


1029/51


año 1511

Rarísimo








BIBLIOTECA
Pere Marés Oriol


EX LIBRIS
FREDERIC
MARES


BIBL
L
MARES

Author huius libri est R. P. fr. Alphonsus de Espina







Contra Judeos et Sarracenos.



Contra infideles et malos christianos.



De bello demonum contra fidei fortalitium



Fortalitium fidei contra Judeos: Sarracenos: aliosque christiane fidei inimicos.

¶ Venundantur a Stephano gueynard: prope sanctum Anthonium.









vide Villagas . to 5 fructus S. fol 222 p2 nº 65

Dice bien que es el Autor el Alonso de espina. Mariana Hist. ge de España lib. 22. c. 13.

Ex domo Cartusiae Maioricensis

Lugduni impressum. ano 1511 per Joannem Romoys.



Abula fortalicij fidei: incipit: cuius sunt libri hec: et premittitur prohemium in quo laudes diuine annotantur et immittitur querela ante thronum maiestatis dei: et ponitur intentio scribentis. In primo libro continentur tres considerationes.

Duodecima ꝯsideratio ꝛ vltia tractat de iudeoꝝ ↄuersiōe ifi ne scili q̄ octo pūct⁹ explicat. cctxxij

¶ Explicit tabula.

Incipit prohemiū in quo diuine laudes annotātur ꝛ mittitur querela ante thronuz maiestatis dei ꝛ ponitur intentio scribentis.



Urris fortitudinis a facie inimici. Tu es dñe deus meus: qui facis magna et inscrutabilia et mirabilia quorū nō est numerus. Tu ext̄edisti celos solus: et gradieris super fluctus maris. Tu ambulas super pennas ventoꝝ. Tu fecisti arcturuz ꝛ orionas ꝛ interiora austri. Tu es celsior celo: profundior inferno: longior terra: et latior mari. Tu es in cuius manu est aīa oīs viuētis ꝛ spiritus vniuerse carnis. Tu auris verba dijudicas: ꝛ faucis cōmedentis saporem. Tu es qui cognoscis decipientem: ꝛ eum qui decipitur. Tu adducis malos cōsiliarios in stultum finem: ꝛ iudices in stuporē. Tu baltheū regū dissoluis ꝛ precingis fune renes eorū. Tu ducis sacerdotes eorū inglorios ꝛ optimates supplantas. Tu cōmutas labiū veraciū ꝛ doctrinam senum aufers. Tu es dñe qui effundis despectionē super principes: et eos qui oppressi fuerant releuas. Tu releuas profunda de tenebris: ꝛ producis in lucē vmbram mortis. Tu es dñe qui multiplicas gentes ꝛ perdis eas: et subuersas in integrū restituis. Tu immutas cor principū populi terre: ꝛ decipis eos vt frustra incedant

















per inuium. Tu facis eos palpare quasi in tenebris: ⁊ non in luce: et errare facis eos quasi ebrios. Tu solus es omnipotēs. Tu solus oē bonū. Tu solus oīa sciēs. Tu solus nosti corda filiorꝝ hoim. Tu solus teipm cōprehendis. Tu solus es vbiqꝫ pñs. Tu sol⁹ creas res de nihilo. Tu solus in instāti oparis. Tu sol⁹ stabilis manēs das cūcta moueri. Tu sol⁹ ex auctoritate miracula facis. Tu solus de qualibet creatura facis qđvis. Tu solus volūtatē hois cogere potes. Tu sol⁹ potes essentie aie illabi. Tu solus potes pctā dimittere. Tu sol⁹ potes gratiā infundere. Tu solus potes in igne ppetuo corpus suare. Tu es corā quo nudus ē infern⁹: ⁊ nullū est operimentū pditioni. Tu extēdis aquilonē sup vacuū: ⁊ appēdis terraꝫ sup nihilū. Tu ligas aquas in nubibus: vt nō erūpant pariter deorsuꝫ. Tu detines vultū soliū tui: ⁊ expādis sup illud nebulā tuā. Tu dñe terminū circūdedisti aquis vsqꝫ dū finiat lux ⁊ tenebre. Tu es ad cuius nutū colūpne celi cōtremiscūt: ⁊ pauēt. Tu es in cuius fortitudine maria cōgregata sunt repēte: ⁊ prudētia tua percussit supbū. Tu es cuius spūs celos ornauit: ⁊ obstetricante manu tua eductus ē coluber tortuosus. Tu es de⁹ excelsus in fortitudine tua: ⁊ nullus ē tibi similis i legislatoribus. Tu es cui⁹ numerus annorū inestimabilis. Tu aufers stillas pluuie: ⁊ effundis ymbres ad instar gurgitū q̄ de nubib⁹ fluūt: q̄ preterfluūt cūcta desup. Tu [illegible]olueris extendere nubes q̄si tentoriū tuū: ⁊ fulgurari lumine tuo desup qꝫ cardines maris opies. Tu das escā oībus mortalibus. Tu dñe in manib⁹ tuis abscōdis lucē: ⁊ precipis ei vt rursus adueniat: annūcians de eo amico tuo q̄ possessio tua sit ⁊ ad eam possit ascendere. Tu sup oēs celos cōsideras: ⁊ lumen tuū sup terminos terre. Tu posuisti fundamēta terre: ⁊ ei⁹ mēsuras. Tu tetendisti sup eā lineā: ⁊ bases ei⁹ cōsolidasti. Tu es quē laudēt astra matutina: ⁊ ante quē iubilant filii dei. Tu cōclusisti hostiis mare circūdans illud terminis tuis: posuisti vectē ⁊ hostia: ⁊ dixisti huc vsqꝫ venies ⁊ nō procedes amplius: ⁊ hic confringes tumentes fluctus tuos. Tu ostēdisti aurore locū suū. Tu fecisti aurorā ⁊ solē. Tu concussisti extrema terre ⁊ excussisti impios ex ea. Tu ingressus es ꝓfundū maris: ⁊ in nouissimis abyssi deambulasti. Tu es cui apte sunt porte mortis: et hostia tenebrosa vidisti. Tu dñe cōsideras latitudinē terre. Tu nosti in qua via habitat lux: ⁊ tenebrarꝫ quis sit locus: vt ducas vnūqđqꝫ ad terminos suos: ⁊ intelligas semitas domos eius. Tu scis qñ nascituri sunt hoies: ⁊ numerū dierꝫ eorū nosti. Tu ingressus es thesauros niuis: ⁊ thesauros grandinis aspexisti: q̄ pparasti in tps hostis in die pugne ⁊ belli. Tu scis per quā viā spgit lux: ⁊ diuidit estus super terras. Tu dñe dedisti vehe

mensissimo ymbri cursum: et viam sonātis tonitrui: vt plueret super terram absq3 hoie in deserto: vbi nullus mortaliū cōmoraf: vt impleret inuiā et desolatā produceretq3 herbas virētes. Tu es pluuie pater. Tu genuisti stillas roris: a te egreditur glacies. et genuisti gelu de celo. Tu induras aquas i similitudinē lapis: et supficiē abyssi constringis. Tu es qui cōiungere potes micātes stellas pliades: et girū arcturi potes dissipare. Tu pducis luciferū in tpe suo: et vesperū super filios terre cōsurgere facis. Tu nosti ordinē celi: et pones rōnem eius in terra. Tu numeras multitudinē stellaꝝ: et omībus eis noīa vocas. Tu dimēsus es altitudinē celi: latitudinē terre: et pfundū abyssi. Tu dn̄e dinumeras arenā maris: et pluuie guttas: et dies seculi. Tu immittis fulgura: et vadūt et reuertētia dicūt tibi assum⁹. Tu posuisti in visceribus hominis sapiētiā. Tu dedisti gallo intelligentiā. Tu enarras celoꝝ rōnem: et concentū celi dormire fecisti: qn̄ fundebas puluerē in terra: et glebas compingebas. Tu es dn̄e qui mēsus es pugillo aquas: et celos palmo ponderas. Tu appēdis tribus digitis molē terre: et libras in pondere. montes et colles in statera. Tu fecisti celū et terrā cū omni ornatu eoꝝ. Tu oīa in numero pōdere: et mēsura disposuisti. Tu es quē celi: et celi celoꝝ capere nequeunt. Tu es omīps sup oīa opa tua: terribilis dn̄s et magn⁹ vehementer: et mirabilis potentia tua: qz si fortitudo querif robustissim⁹ es. Tu dn̄e si subuerter3 oīa vel in vnū coartaueris a nullo contradiceris nec quis dicere poterit: cur ita facis. Tu si destruxeris: nemo est qui edificet: si incluseris hoīes nemo est q̄ aperiat. Tu dn̄e si cōtinueris aquas oīa siccabuntur: et si emiseris eas subuertēt terrā. Tu es dn̄e apud quē est fortitudo cui⁹ ire resistere nemo potest: et sub q̄ curuātur qui portāt orbem. Tu es cui milia miliū assistūt angeloꝝ: et decies centena milia ministrāt. tu es ante cuius cōspectū centum xliiij. milia sunt citharizantes in citharis suis. tu es ante cui⁹ thronū turba magna quā dinumerare nemo potest grās agit. tu vite et mortis habes potestatē. tu es dn̄e quē laudat oīs milicia celestis exercitus: et oīs creatura. tu es maior omni laude. Tu es dn̄e cuius immensa est et inuestigabilis misericordia promissionis tue. qm̄ tu dn̄e altissimus sup omnem terraꝫ longanimis et multū misericors: et penitens sup malicias hoim. tu vis oms hoies saluos fieri: et in agnitionē veritat3 venire. tu es q̄ in reb⁹ p tēp⁹ ortis summā grām fecisti: cū pter salutē humani generis qd̄ nimia charitate dilexisti misisti filiū tuū vnigenitū eternaliter gniatum in plenitudinis tpe in maria virgine humanatū: quē verum deum et hominem confitemur. factus tibi obediens vsq3 ad mortē crucis: vt nos redimeret a

peccato. Hec est fides nostra. Hec cōsolatio nostra. Hec vita nostra. Hec spes beatitudinis nostre firmior ꝙ celū ⁊ terra. Sed o altissime deus multi hec confitentur labijs quoꝝ cor lōge est a te. Alij nituntur euertere hanc veritatem et verbis ⁊ factis quoꝝ q̄dā sunt heretici ⁊ peruersi christiani. Alij sunt iudei: alij sarraceni. Alij vero dyaboli. De errore hereticoꝝ nullus ē q̄ inquirat: intrauerūt dn̄e gregē tuū lupi rapaces: qꝛ pauci sunt pastores multi mercēnarij: ⁊ qꝛ mercēnarij sunt nō est eis cura de ouibus tuis pascēdis: sed tondēdis. Vidēt eñ lupos veniētes ⁊ fugiunt. Cadit asina ⁊ est q̄ subleuet: perit aīa ⁊ nō est qui adiuuet. De perfidis iudeis blasphemātibus nomen tuū ⁊ inaudita crudelia latēter faciētibus infidelibus tuis nullus ē vt plurimū qui recogitet qꝛ munera eoꝝ excecauerūt oculos iudicū: ⁊ presidentiū in clero ⁊ populo: sed ⁊ absona sarracenoꝝ viuentiū inter nos ex interesse predictoꝝ iudicū obliuioni data sunt. Predicatores tui licet pauci clamāt: sed a veritate tua auditū auertunt: et ad fabulas conuertuntur. Impletū est dn̄e verbū tui predicatoris eximij. Erit eñ tēpus cū sanā doctrinā nō sustinebūt. Hec velut quādā querelam dn̄e ex pre diligētiū te mitto ante thronū tuū ⁊ agni imaculati. Succurre ergo dn̄e gregi tuo quē p̄cioso sanguine filij tui emisti. Sāguineos fontes lachrymarū emittit cor meū: qꝛ neminē video cōsolatorē gemētiū: ⁊ fere neminē zelatorē tue fidei catholice sp̄aliter in hac misera hyspania in qua sicut in fine mūdi sita ē: sic in ea cōgregate sunt oēs feces tuoꝝ inimicoꝝ. Inimicus est hereticus. Inimicus iudeus. Inimicus sarracenꝰ. Inimicꝰ dyabolus. Cogitaui ergo dn̄e deus meꝰ ꝓpter gloriā ⁊ honorē tue sc̄tē fidei catholice: ⁊ in remissionē delictoꝝ meoꝝ hūc librū scribere quē fortaliciū fidei nomino: meūq̄ intellectū tue maiestati cōmēdo: et sic cū splēdoribꝰ lucis tue illuminare digneris: vt illa scribā q̄ tue sint placita voluntati ad ꝯsolationē fideliū: ⁊ p defensiōe tue sc̄tissime fidei. In q̄ quicq̄d bn̄dictū inueniať tibi tribuatur a quo oē bonū est. Si q̄d vero minꝰ caute dictū fuerit beniuolū peto correctorē in oibꝰ me submittēs determiatiōi eccl̄ie catholice tue immaculate spōse. Sumēs in tuo noīe ꝓ fundamēto nr̄i inexpugnabilis fortalicij verbū preassūptū. Turris fortitudinis a facie inimici. ps. lx. Et p̄mittitur figura pugne i qua fortaliciū q̄nq̄ turriū cū eius ornatu ⁊ armatura deseruit primo libro. Heretici fodiētes sūe p inuisū fortaliciū ꝓforātes deseruiūt scđo. Iudei vero signati velati ⁊ cathenis vinculati deseruiūt tertio. Bellū sarracenorū ⁊ xp̄ianoꝝ deseruit quarto. Demones vero ab angelis ꝓstrati deseruiunt quinto libro.

¶ Incipit liber primus in quo cōtinentur tres considerationes.















T detur ordo in presenti libro quinq erunt partiales libri quasi quinq turres fortalicij fidei inexpugnabiles. Primus erit de vera christi militũ armatura: ⁊ de fidei catholice excellẽtia. Secũdus erit de bello falsorum xpianorum et hereticorum contra eã ⁊ eorum astucia. Tertius erit de bello iudeorũ contra eam











et eorum crudelitatibus et malicia. Quartus erit de bello sarracenorum contra eandem et de eorum et sue legis immundicia. Quintus erit de bello dyabolorum contra eandem: et de perditione dominorum eorum et miseria. Circa primum librum tres erunt principales considerationes. Prima erit de armatura omnium fidelium in generali. Secunda de armatura verorum predicatorum in speciali. Tertia erit de nobilitate et excellentia fidei catholice in particulari.

De armatura omnium fidelium in generali

Circa primam considerationem que est de armatura fidelium in generali hoc est omnes fideles cuiuscunque status comprehendendo sequamur apostolum ad Ephe. ult. c. Qui spiritu sancto illustratus docuit qualiter fideles debent armari in spirituali bello. Et ponit sex armorum genera. quorum quinque sunt ad resistendum: vnum ad impugnandum scilicet verbum dei. Prima armatura est studium continentie. Secunda est virtus iusticie. Tertia est exempla sanctorum. Quarta armatura est scutum fidei. Quinta est galea spei. Sexta est gladius verbi dei. De prima armatura dicit apostolus. State succincti lumbos vestros in veritate: hac muniuntur fideles contra hostem familiarem scilicet contra luxuriam. de qua dicitur iob. xl. Fortitudo eius in lumbis eius quoniam in eis est vis generatiua. Et debent fideles vt bene sint muniti hac armatura accingi zona quintuplici. Primo debent accingi zona pellicea: que est mortificatio carnis. hac accincti sunt iohannes baptista et helyas. Secundo debent accingi zona iusticie que est pelliceum boni operis. de qua dicitur Esa. xi. Erit iusticia cingulum lumborum eius. Tertio debent accingi zona fortitudinis: vt primis motibus viriliter resistant. de qua dicitur prouerbiorum vlti. Accinxit fortitudine lumbos suos. Quarto debent accingi zona humilitatis. Hoc est linteo quo dominus accinctus lauit pedes discipulorum suorum. Quinto debent fideles accingi zona veritatis scilicet euangelice promissionis. Matth. xix. sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum. Qui hac quintuplici zona accinctus fuerit erit vere armatus studio continentie. De secunda armatura que est virtus iusticie. subdit Apostolus. c. eodem. et induti lorica iusticie. Hac muniuntur fideles contra hostem auaricie. de que dicitur ecclesiastici. iiii. nihil iniquius quam amare pecuniam. Et dicitur lorica iusticie: quia sicut lorica munit totum corpus: sic iusticia reddendo vnicuique quod suum est vniuersaliter soluit omne quod debet: vt nullus possit agere contra eam. Ysa. lix. Indutus est iusticie et lorica. Est enim iusticia in corde: in ore: et in opere. In corde est tripliciter. Primo per amorem Matth. xxi. diliges proximum tuum sicut teipsum. Secundo est iusticia in corde per compassionem. iob. xxx. compatiebatur aia mea pauperi. Est tertio iusticia in corde per iniuriarum dimissionem Matth. vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Est etiam

iusticia in ore tripliciter. Primo p dulcē correctionē. Eccl'.xix. Corripe primū antequā cōmineris. Scđo est iusticia in ore p cōsiliū. puerbiorū.xxvij. vnguēto τ varijs odorib⁹ delectat̃ cor. τ bonis amici cōsilijs dulcorat̃. Est tertio iusticia in ore p feruētē orōnē. iacobi vlt. orate p inuicē vt saluemini. Est vltimo iusticia in manu. i. in ope etiā tripliciter. Prio p donū. puerbiorū.xviij. donū hois dilatat viā ei⁹ τ ante pricipes spaciū ei facit. Est aūt donū datio irrepetibilis. Scđo est iusticia i manu p mutuū. deutero.xxiij. fratri tuo absq; vsura quo indiget cōmodabis vt bñdicat tibi dñs deus tu⁹ in oī ope tuo. Tertio est iusticia in manu. i. in ope p auxiliū. ad gal'.v. p charitatē spūs seruite inuicē. Predicti nouē grad⁹ iusticie sc; tres in corde. tres in ore. tres in ope. sunt quasi quidā annulli fortissimi quib⁹ lorica iusticie cōtexitur vt illos habēs merito dicat̃ armatus lorica iusticie. ¶ De tertia armatura q̄ est sctōꝝ exēpla. Apl'us subiūgit. c. eodē. Et calciati pedes in pparatiōe euāgelij pacis. Dicūtur autē sctōꝝ exēpla calciamenta qꝛ hijs muniunt̃ fideles ꝯtra affectū terrenoꝝ. Quattuor autē facit calciamētū. Prio valet ad defensionē. s. frigoris spinarū τ luti. Sic τ bonū exēplū defendit ꝯtra frig⁹ infidelitat;. cōtra spinas cupiditat; τ ꝯtra lutū libidinis. Vñ dñs dicit luce.x. Ecce dedi vobis ptātē calcādi supra serpētes τ scorpiōes τ supra oēm virtutē inimici: τ nihil vobis nocebunt. Et ps'. ait. ps. lxxxix. Sup aspidē τ basiliscū ābulabis τ cōculcabis leonē τ draconē. Scđo calciamentū velat a puluere. sic et sctōꝝ exēpla velāt a puluere vane glorie siue laudis hūane. vñ hieremie. ij. phibe pedē tuū a nuditate. Tertio valet calciamētū ad calefactionē. Sic sctōꝝ exēpla calefaciunt affectū nostrū erga deū τ primū diligēdū. Vñ et q̄ edūt agnum paschalē iubent̃ esse calciati. exo. xij. Quarto valet calciamētū ad ornatū. Sic τ sctōꝝ exēpla ornāt nos decore ꝟtutū. vñ cāti. v. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamēt; filia pricipis. iudich vlt. Sādalia illi⁹ rapuerūt oculos ei⁹. i. excecauerūt oculos holofernis p quē itelligit̃ dyabolus. inde est q sandalia pōtificis auro τ gēmis τ diuersis colorib⁹ adornant̃. Pro meōria pdictarū ppietatū calciamēti est versus iste. Defendit velat calefacit calci⁹ ornat. ¶ De armatura q̄ est scutū fidei. ait Apl's. c. eodē. In oībus sumētes scutū fidei. scutū ē fides icarnatiōis. Est eī scutū triāgulū: l; sup vnū ita τ [illegible]s est vna psona: triplicē tñ h; substātiā. s. deitatē carnē τ aiam. Itē in scuto coreū desup extēdit̃ in ligno τ pingitur extra. ita τ caro xpi extēsa fuit in ligno cruc;. hiere. xi. Venite mittam⁹ lignū in panē ei⁹. Pictura est effusio sanguinis p diuersas ptes corpis. Isa. lxiij. Quare rubrū ē indumētū tuū. Hoc scutū d; geri a sinistris: qꝛ ibi est cor hois. puerbiorū. iiij. Oī custodia sua cor tuū ...

trenoꝝ.iij. Dabis eis scutū cordis laborē tuū. Hoc scuto muniūtur fideles ꝯtra tela dyaboli. Unde scribitur ab apl'o. In quo possitis omīa tela neq̄ssimi ignea extinguere nequā est caro: nequior est mūdus: sed nequissim⁹ dyabolus. Dicūtur aūt tentamēta dyaboli tela ꝓpter subtilitatē. geñ.iij. Serpēs erat callidior cūctis aīantibus terre. Dicūtur ignea succēsione. vñ iob.xli. halitus ei⁹ prunas ardere facit. Prune sunt carnalia desideria q̄ dyabolus toto conamie in nr̄is mētibus intēdit accēdere. ysa.liiij. Ecce ego creaui fabrū flantē in igne prunas. Hijs igit̄ opponēda est fides q̄ acuto visu inuisibilia cōprehēdit τ subtilitates tētationū ꝓspicit. vñ.ij.corith.ij. Non eñ ignoramus cogitatiōes ei⁹. Est etiā pruna gratia. vñ τ dicit̄ ros matutinus: τ ideo feruorē tentationis extinguit. vñ.eccl'.xliij. Ros obuiās ab ardore veniēti humilē efficiat eū. ¶ De quinta armatura que est galea spei addit apl's in ca. eodē. Et galeā salutis assumite. Hac armatura m[...]niūtur fideles ꝯtra vana huius mundi. Qui eñ sperat eterna de facili cōtemnit temporalia. vñ ysa.iiij. Qui sperāt in dño mutabūt fortitudinē vt sint fortes in spiritualibus: assument pēnas vt aquile vt per spem τ desideriū volent ad celestia. Galea caput ꝓtegit q2 spes eternoꝝ ab aduersitatū ictibus mentē illesam custodit. Est autē triplex spes. Prima dicitur spes venie de qua dicitur ezech.xviij. quacunq3 hora peccator ingemuerit vita viuet τ nō morietur. hec defendit ab ictu desperatiōis. Scd'a dicit̄ spes gratie. i. petri.i. sperate in eā que offertur vobis gratiā in reuelationē iesu xp̄i. hec defēdit a torpore pusillanimitatis. Tertia dicit̄ spes gl'ie: de qua ad Ro.v. Gloriamur i spe glorie filiorum dei: hec defendit a pōdere obstinatiōis. Ecōtra spes τ desideriū reproboꝝ versat̄ circa quattuor: de quib⁹ sapie.v. Spes impij tanq̄ lanugo est. i. flos cardui qui a vēto tollit̄: hec est carnalis voluptas q̄ modica egritudie vel molestia tollit̄ τ tabescit. Sequit̄ scd'o τ tanq̄ spuma gracilis que a ꝓcella dispergit̄: hec est fauor vel gl'ia tēporalis q̄ breuis eē ꝓbat̄. Subiungit̄ tertio: τ tanq̄ fumus q̄ a vēto diffusus est: hoc ē ambitio dignitatis q̄ in ipso ascensu deficit. Concludit quarto tanq̄ memoria hospitis vni⁹ diei preterentis. hec est ꝓsperitas tēporalis. De quinta armatura q̄ est gladius verbi dei. concludit apl's. Et gladiū spūs qd' est v̄bū dei. ad hebre. iiij. Uiuus est sermo dei τ efficax τ penetrabilior omi gladio ancipiti. Uiuus aūt ē in p̄ceptis τ prohibitiōibus: q2 p hec viuificat. ioh. vi. Uerba q̄ locutus su3 vobis spiritus τ vita sunt. id est spiritualis vita. τ psalmista. Eloquium tuum viuificauit me. Efficax est in promissionibus τ comminationibus: q2 omia cōplebuntur tēpore suo. Matth.v. Iota vnum aut vnus

apex non preteribit a lege donec omnia fiāt. Penetrabilior est omī gladio in iudicijs ꝛ dānationibus qꝛ perdit corp⁹ et aīam in gehēnā apoca.i. De ore eius exibat gladius ex vtraqꝫ pte acutus: hec armatura est ad percutiendū pcutit em̄ carnē: qꝛ docet illi⁹ mortificationē Un̄ cāti.iij. vniuscuiusqꝫ ensis super femur suū ꝓpter timores nocturnos. Secūdo pcutit mūdū qꝛ docet illius contēptū. vn̄ Matth.x. dn̄s dicit, nō veni pacē mittere: sꝫ gladiū. Percutit tertio dyabolūꝫ: qꝛ detegit astutias ei⁹. Un̄ iob.xl. Cōscidēt illū amici diuidēt illum negociatores. Dicit̄ autē gladius spūs qꝛ spūſſctūs dat ip̄m. Mat. x. Nō em̄ vos estis q̄ loquimini: sꝫ spūs p̄ris vestri qui loquit̄ in vobis. Itē dicit̄ gladius spūs: quia spūs ducit illū ipsum. Un̄ grego. Nisi intus sit spūs qui doceat lingua doctoris īuanū laborat. ps. Dabit voci sue vocem virtutis. Et quia veri p̄dicatores in bello spirituali singularissimū bellū gerūt ꝛ nimiū vtile ī ecclesia dei: ideo habita armatura fideliū in generali: de predicatorū armatura in sequēti cōsideratione singulariter est dicēdū.

¶ De armatura verorū predicatorum in speciali.



Circa scdam cōsiderationē hui⁹ primi libri qꝛ vera armatura militū xp̄i ad extirpādū predictos errores ꝛ ad crimina increpāda consistit in predicatione verbi dei qd̄ est quasi ignis ardēs ꝛ quasi malleus conterēs petras. Iere.xxiij. ideo vt p̄dicatores euāgelici p̄dictuꝫ bellū securi possint intrare cū spe victorie obtinende quattuor debēt diligēter attēdere in quibus cōsistit eorū armatura. Primū quid ē predicatio. Scd̄m qualis debet esse p̄dicatio. Tertiū cui prodest p̄dicatio. Quartū qualis debet esse p̄dicator. ¶ Ad primū r̄ndet Alanus ꝙ p̄dicatio est manifesta ꝛ publica morū instructio ꝛ fidei ꝛ hoīm informationi deseruiēs ex rōnū semita ꝛ auctoritatū fonte ꝓcedens. Manifesta debet esse p̄dicatio qꝛ ī manifesto ꝓponēda est. Un̄ xp̄s ait Matth. x. q̄ dico vobis in aure predicate sup tecta. Si em̄ occulta esset p̄dicatio suspiciosa eēt sicut latius declarabit̄ ī tertia ꝯsideratiōe hui⁹ primi libri. immo talis p̄dicatio videret̄ redolere heretica dogmata. In cōciliabulis em̄ suis latenter predicant heretici vt facilius illos decipiāt. Publica debet esse qꝛ nō vni sed pluribus ꝓponēda Si em̄ tm̄ vni ꝓponeret̄ non esset p̄dicatio sed doctrina. Hec est em̄ differētia inter p̄dicationē ꝛ doctrinā: qꝛ p̄dicatio ē illa īstructio q̄ pluribus fit: ꝛ in manifesto ꝛ ad moꝝ instructionē. Doctrina vero q̄ pluribus vel vni fit ad sciētie eruditionē. Per hoc ꝙ sequit̄ instructio moꝝ ꝛ fidei insinuant̄ due ptes theologie. vna rōnalis q̄ diuinorū sciētiā ꝓsequit̄. alia moralis

Alanꝰ

que mor¯u informationē pollicetur Predicatio enī nūc de diuinis in struit. quod significatur per ange los ascēdētes. nūc de humanis qd significat p descēdētes in scala iacob. Gen. xxviii. Angeli enī ascendētes et descēdētes sūt pdicatores qui tūc ascēdūt dū celestia pdicāt. descēdunt quādo per moralia se inferioribus cōformant. Per hoc qd sequit hoim informationi deseruiens significatur causa finalis sive vtilitas pdicationis. Et qr rationibus subnixa deb3 esse predicatio et auctoritatibus roborata cōsequenter annectitur hec rationū semita et auctoritatum fonte pcedēs.

Qualis debet esse predicatio.



Circa scd3 hui9 secūde psiderationis. s. qualis d3 esse predicatio. Rūdet q vera euangelica predicatio debet qualificari trib9 cditioib9 negatiuis et totidē affirmatiuis. Procedēdo pmo de negatiuis dico q predicatio euāgelica nō d3 in se habere aliqua scurrilia vel puerilia vel rigmoz melodias et metroz cōsonātias que poti9 sūt ad aures demulcendas q ad aios informandos. et ideo oīarie contēnēda. De tali predicatione dicit a propheta. Caupones vestri miscēt aquam vino: in illa predicatiōe est aqua vino in qua puerilia et scurrilia verba et animos quodāmodo effeminātia ponūtur. Secūdo predicatio non d3 splendere fabulis vbo2 pupurametis coloz nec minus exanguibus verbis d3 esse defecta. sed mediū tenuere beati. qr si nimijs esset coloribus picturata videret nimio studio eē excogitata et potius elaborata ad honorē hominū q ad vtilitatē primorū. et ita minus moueret aios auditorū qui sic pdicant pharisseis cōpantur q ampliabāt fimbrias et dilatabāt filateria sua. Mt. xxiii. Talis enī pdicatio supsticiosa pōt dici non cōtenenda s3 sustinēda. Unī apl'us ait ad philippen. pmo. Quacūq3 occasione xps predicatur i hoc gaudeo sed et gaudebo. Tertio nō debēt in predicatione euāgelica īterseri falsa ad maiorē xpiane religiōis laudē. qr nō min9 irascit xps de falsa laude q de negata veritate. Talis aūt predicatio hereticoz solet esse q vera pponūt et cōsequēter falsa cōcludūt. de quib9 dicit Trenorū. iiii. Lamee denudauerunt māmas lactauerūt catulos suos. lamee virgineas hūt facies sed pedes equinos. pedes eqnei vngulas ñ f. ndūt sed firmiter se terre infigūt. Per lameas intelligunt heretici q ppo nunt facies virginis s3 concludūt aculeu3 scorpionis. Primo enī ponūt vera cōsequenter assumūt falsa. pedes vero habēt equinos quia effect9 mētis in dei dilectione et pximi non diuidūt sed omnes affectus terrenis delectatiōib9 ifigūt talis pdicatio oino abiciēda est et oino est pniciosa. Secūdo qualificat predicatio euāgelica trib9 alijs pditiōib9 affirmatiuis. Pria

est vt initiũ sit ab auctoritate theologie tanq̈ a sui ꝓprio fundamẽto maxie ab euãgelijs psalmis pauli ep̄lis libris salomonis. quia ĩ istis resultat moralis instructio. si spãl'r ergo fundamẽtũ p̄dicatiõis q̄s poneret dicta pħoꝝ vel ꝓcardica ꝓuerbia que ĩ vsu cõi habentur potiꝰ talis predicatio eẽt ridiculosa q̄ euãgelica. nec debet predicator petere thema cũ pulpitũ ascendit a populo sicut vidi de quodã cum talis modus magis videaꝛ preten dere ostẽtationẽ quã edificationeꝫ lꝫ credere illũ ex simplicitate facere. et deinde sũpto themate si fuerit necesse d̄ libris sacre pagine sumẽde sunt auctoritates ad ꝓpositũ vtiles et põt inserere dicta gẽtilium vera sicut et paulus in ep̄lis suis aliq̄n pħoꝝ auctoritates iterserit. quia tunc accipiantur ab eis tanq̈ ab iniustis possessoribus et debet cauere q̄ fundamẽtũ sue predicationis non sit ꝓpositio nimis obscura vel difficilis ꝓposita ne auditores eaꝫ fastidiãt et ita minꝰ attẽte audiaꝛ. Secũda cõditio affirmatiua est q̄ habeat ĩ sentẽtijs põdus vt virtute sentẽtiarũ aĩos auditoꝝ emolliat ad lacrimas moueat. excitet mẽtẽ. pariat cõtritionẽ cõpluat doctrinis: itonet minis blãdiaꝛ ꝓmissis. et ita tota tendat vtilitatẽ ꝓximoꝝ. Et sũt p̄dicationis tres spẽs. vna q̄ ẽ verbo. de q̄ mar. vlt. p̄dicate euãgeliũ oĩ creature. alia scripto. vnd̄ ap̄lus dicit se p̄dicasse corĩtheis q̄n eis ep̄las scribit. alia ẽ in facto. vñ dicit gre. oĩs christi actio nostra est instructio: sed illa est perfectissima vbi ad minꝰ occurrũt duo. s. doctrina ⁊ opus. Exẽplo xp̄i q̄ cepit facere ⁊ docere. Act. i. Hec eñ cõmuniter faciũt pondus predicatiõis: quia cuius vita despicitur restat vt eiꝰ predicatio contemnatur. ¶ Item confirmat predicationem operuꝫ perfectibilitas: et exẽploꝛum virtuositas: quia qui fecerit ⁊ docuerit hic magnus vocabiꝛ in regno celoꝛum. Matth. v. Hec est eñ lex predicatoꝛũ vt impleant qd̄ docẽt cũ turpe sit doctoꝛi si culpa redarguit ip̄m: vt catho ait. Tertia cõditio p̄dicatiõis affirmatiua est q̄ sit breuis. vnde ad coꝛinth. xiiij. dicit ap̄s. In ecclesia volo quinq̈ v̄ba magꝰ loqui. i. pauca sensu meo. i. vt intelligã ⁊ ab alijs intelligar: ⁊ sic eos instruam q̄ decẽ milia v̄boꝛuꝫ in lingua. i. q̄ maximã verboꝛũ copiã sine huiusmodi ĩtellectu. Sciẽdum autem q̄ ap̄lus specialiter se dicit hic velle loqui quinq̈ verba quia p̄dicatores ecclesie debẽt annũciare quinq̈. s. credẽda: agẽda: vitãda: timẽda: ⁊ sperãda: qꝛ p̄dicatio dꝫ eẽ de his q̄ ꝑtinẽt ad fidẽ. et sic habeꝛ primũ: ⁊ de his que ꝑtinẽt ad mores: ⁊ sic habẽꝛ alia quattuoꝛ. s. v̄tutes ⁊ vitia pena ⁊ gl'ia. Et qꝛ ista debẽt predicari cũ breuitate sermonis. Ideo dicit apostolus quinq̈ verba. i. pauca. Similẽ doctrinã tradit predicatoꝛibus pater nr̄ seraphicꝰ frãciscus dicẽs ĩ regula. Moneo q̄ ⁊ exhoꝛtoꝛ fratres meos vt in predicatio-

ne quas faciunt sint examinata et casta eorū eloquia ad vtilitatez et edificationē populi: annūciando eis vitia τ virtutes penā τ gloriā cum breuitate sermonis q᷑ verbū abbreuiatū fecit dn̄s super terrā. exemplū huius ponitur in libro de vita τ moribꝰ ap̄lorū vbi dicit̄ ꝙ sermotionatus est quidā corā alexandro τ longū egit sermonē τ tedio affectus. Alexāder dixit. nō est laudabilis ꝑdicatio q̄ iuxta predicātis vires asserit̄. sed iuxta possibilitatem audiētium commendabilis potius reputatur hoc ibi. Ex quibus omnibus clare patet qualis debet esse predicatio euangelica.

¶ Ꝙ etiā nolentibꝰ audire prodest euangelica predicatio.



De tertio huius secūde ꝯsiderationis scʒ cui ꝓdest predicatio. R̄ndet̄ ꝙ euangelica ꝑdicatio nō solū ꝓdest volētibus audire. sʒ etiā nolētibꝰ. vn̄ dicit apostolus scd̄o ad thimo. iiij. ꝑdica verbū insta oportune iportune argue obsecra icrepa in oi paciētia τ doctria Erit eni tēpus cū τ sanā doctrinā nō sustinebūt sed ad sua desideria coacervabūt sibi magistros prurientes auribꝰ. τ a veritate quidem auditū auertent ad fabulas autē ꝯuertent̄. Quod exponēs nicolaꝰ de lira dicit sic. ꝑdica verbū. s. euāgelicū. insta. i. īstant̄ facias h̄ oportune. i. illis q̄ desiderāt audire importune. i. etiā illis q̄ nō accipiunt gratiose q᷑ aliquādo ē ibi ꝓfectus magnus sicut dicit. August. de seipso audiēte ꝑdicationē sancti Ambrosij: τ curiositate motus τ nō ex vtilitate. Cūq₃ itēderē ꝙ pulchre diceret me inuito intrauit ꝙ verū dicebat. τ sic ꝯuersus ad fidē multū ꝓfecit in eccl̄ia dei. Argue peccātes ex ignorātia. obsecra peccātes ex infirmitate vt abstineāt ꝓpter reuerentiā rei sacre scʒ passionis eius in baptismate cōicate: increpa verbis duris peccantes ex certa malitia in omni paciētia ad repugnātes: doctrina ad recipiētes ipos diligenter instruendo Et subditur ratio ꝑdicte mōitiōis dicens. Erit enim tēpus cuʒ sanam doctrinā non sustinebunt. quasi dicat propter hoc instādū est doctrine veritatis quādiu sunt aliq̄ volētes audire τ antequā veniat tēpus in quo sana doctrina nō sustinebitur sed s̄m sua desideria coacervabūt sibi magistros loquētes sibi tātūmodo placētia prurietes auribꝰ. i. desiderantes audire ab istis doctoribus τ a veritate q̄dem. i. a doctoribus veritatis audiētiū auertēt reputantes eorum doctrinā nimis durā. sicut io. vi. Dixerunt aliqui de sermōe christi durus est hic sermo: τ quis potest eum audire. ad fabulas autē cōuertentur. i. ad doctrinam humanitus confictam et veritate carentem. Ex quibus clare patet quibus predicatio est fienda τ quibus prodest.

¶ Qualis debet esse predicator.


Irca quartū & vltimū huius secūde cōsiderationis vidēdū est qualis debet esse pdicator. Ad hoc respondet dupliciter: primo in generali. secūdo i speciali. De primo dico q generaliter loquēdo oportet q verus predicator sit sanctus. qr peccatori dixit de?. quare tu enarras iusticias meas & assumis testamētū meū p os tuū ps. xlix. predicatores eni sunt organū veritatis: & aliquādo subtrahitur sermo pro culpa pdicatoris. aliqñ p culpa auditorum. put ait greg. mor. iij. in fi. Tūc eni ē smo viu? & efficax cū ē pdicatoris pura sanctitas & vtuosa perfectibilitas sicut fuit de beato stephano. Act. vi. de quo dicit q nō poterāt resistere sapiētie & spiritui qui loquebat de quo habet pulchrū exēplum. x. libro Ecclesiastice historie: vbi dicitur q cū sancti pres cōuenissent ad cōsiliū Nicenū & ibidē eēnt phi & dialetici. quorum vn? cflictū cū epis monebat in dialectica intātū q fiebat ingēs spectaculū cōuenietib? ad audiēdū nec poterat philosophus concludi a quoq aut cōstrigi. tāta eni dicēdi arte obiectis qōnibus occurrebat vt vbi maxie putaretur obstrictus velut āguis lubric? laberetur: qd vidēs quidā ex pfessoribus vir simplex & nihil aliud sciēs nisi ihesū & hūc crucifixū poposcit se posse cū pho sermociari qd vidētes illi qui nouerāt ei? simplicitatē noluerūt pati ne risui haberet scā simplicitas Ille tñ perstitit monēs sermonē ac dicēs. In noie ihū xpi philosophe audi q vera sunt. Deus vnus ē qui fecit oia & creauit virtute vbi sui. h verbū & sapia quā nos dicimus caro factū est & filius natus est. & per passionē suam nos a morte liberauit: & resurrectiois sue nobis vitā eternam pmisit quē expectamus iudicē oiū. Credis ita philosophe. At ille. Velut nūq vllum ptradicēdi sermonē didicisset ita obstupefact? virtute vborum ac mutus ad oia hec solū potuit responderi ita sibi videri nec aliquid posse eē magis verū. Cui senior. si hec ita credis surge & sequere me. & huius fidei signaculū suscipe Et conuersus philosophus ad hoies ait Audite o viri eruditi dū vbis mecū res gestum est verba verbis opposui. & que dicebātur dicēdi arte subuerti vbi vero p verbis virtus pcessit ex ore dicētis. nec resistere verba virtuti. nec aduersari homo deo potuit. & io si quis vestrum potuit sentire que sensi in his que dicta sunt credat xpū & sequatur hūc senē in quo locutus est deus. & ita philosophus xpianus effectus est & tādē gratulatus est se eē victū. Sanctitas ergo & vite pfectibilitas magis efficiūt i predicatore vt vtiliter pdicet q scie luminositas. ppter quod ait dñs Esa. xxxv. Super montē excelsū ascēde tu qui euāgelizas syon. i. super eminētiā vite put expoīt Gre. super Ezech. omelia. x. & ideo dicit speculator

Ezech. ca. iij. speculatorē dedit te. Beatus aūt Hiero. in epistola ad nepotianū monachum elegāter scribit qualis debeat esse predicator i sermone dicēs. Nolo te declamatorem esse et rabolū garrulūq; sine ratione sz mysteriū peritū et sacramētorū dei tui eruditissimū verba voluere et scelleritate dicēdi apud iperitū vulgus admiratione sui facere indoctorum hominū est. Preceptor quōdā meus Greg. nazāzenus rogat⁹ a me vt exponeret qd sibi vellet i luca. Sabbato de vtero pthapon eleganter lusit. Docebo te inquiēs in ecclesia vbi oi populo acclamāte cogeris inuit⁹ scire qd nescis. aut si certe solus tacueris ab omnib⁹ stultitie deputabis. Nihil tam facile q̄ vilez plebiculā et idioctā cognitionē lingue volubilitate decipere. que quicquid nō itelligitur miraf. hec ille. ¶ Nūc descēdo magis i speciali qualis debeat eē pdicator vbi diuini vbi quinq; sūt per ordinē declarāda Primū qualis debeat eē pdicator in hitu exteriori. Secūdū qualis dz esse predicator in puersatiōe. Tertiū qualis pdicator debet esse in pdicatione. Quartū qualis in aio. Quintū qualis dz esse pdicator in pmio. ¶ Ad primū dico q predicator vbi diuini dz esse in habitu exteriori camelus. i. dz indui vestib⁹ pauprimis et despectis in quo reluceat mūdi cōtēptus. Talis apparuit mūdo primus pdicator pnie. Johānes baptista tāq̄ forma et exēplar omniū pdicatorū qui vēturi erāt: sicut patet. matth. iij. vbi dicif. Erat iohānes indut⁹ pilis camelorū qd ē vestimētū vile et asperū. qr magis mouēt facta q̄ verba in moralibus. et vita sancta q̄ eloquia pposita. Attēdat etiā predicator nō solū habitū in iohāne sed et victū. s. locustas et lactucas silnestres agrestes. qr debita dispositio pdicatoris ē mortificatio carnis vt sit subdita spiritui. Sm q paulus dicit. i. Chor. ix. Castigo corpus meū et in seruitutē redigo ne forte cum aliis predicauerim ipse reprobus efficiar. Sic etiā xpūs incōparabilis predicator indut⁹ fuit pauprimis vestimētis qr iquit ipe. Qui mollibus vestiūtur in domibus regū sunt. Math. xi. Sic beatus pater noster Franciscus pauperum pf̄archa voluit frēs suos apparere mūdo dicēs: et frēs oēs vestimētis vilib⁹ induātur vt possint ea repetiare de saccis et aliis petiis cū benedictione dei. Tales eñi pecie et repeciatiōes velut margarite fulgēt in hitu fratrū minorū ostendētes mūdi cōtēptū in quo condēnanf pdicatores qui curiose mollibus vestiūtur specialiter miores. ¶ De secundo scz qualis debeat eē predicator in cōuersatōe. Respōdeo q predicator euāgelicus in sui puersatiōe dz eē agnus vt possit de eo dici. Ecce agn⁹ dei canēs sibi a peccato. et pximo a scandalo studeat amare et amari blandū se et affabilē exhibere cū oi castitate nec semp sit inter turbas: sz aliqñ recedat ab eis et vadat in desertū locuz. exēplo xpi

Mat.xiiij. vbi dicit ꝙ cū audisset iesus mortē.s.iohannis ꝓpter doctrinā veritatis secessit inde in desertū locū.secessit nō timēs mortē sed ostendit ꝙ aliquādo cedēdum sit malitie humane.ꝛ vt daret exēplū p̄dicatoribus verbi diuini aliquando recedēdi a turbis ꝛ redire ad locū solitariū propter duo.p̄mo ad recolligendū proprios defect⁹ qui cōtrahuntur i conuersatiōe cū hoībus.secūdo ad vacādū oratiōi vt ibi predicator hauriat ꝙ postea populis effundat.Debet etiā i sua cōuersatiōe fugere populi applausuȝ sicut legim⁹ de christo Marci.i.ꝙ cū multa demōia eijceret.ꝛ demonia clamarēt et cetera.nō sinebat ea loqui.Sequitur ꝛ diluculo valde surgens egressus abijt in desertū locū.In hoc dans exemplūȝ vt predicatores mirabiliū diuinorum operator debeat fugere mūdi applausum.verūtamē qꝛ nō debet dimittere salutem animarū:sequitur eam⁹ in proximos vicos ꝛ ciuitates.❡Circa tertiū scȝ qualis debet esse p̄dicator euāgelicus in p̄dicatiōe.Dico ꝙ debet eē martha ꝛ ignis:martha in sollicitudine:qꝛ predicator verbi diuini retardans opus p̄dicationis pro amicis carnalib⁹ vel terrenis negotijs ineptus est regno dei.Et ponitur exemplum de arante ꝛ retro aspiciente.luce.viij.nemo mittens manuȝ ad aratrum ꝛ aspiciēs retro aptus est regno dei.Secūdo debet eē ignis in feruore vt possit inflāmare corda audientium.exemplo helye de quo dicitur Eccle.xlviij.surrexit helyas quasi ignis ꝛ verbuȝ eius quasi facula ardebat.quia vt dicit Bernard⁹.qui ardet icēdit.❡De quarto scilicet qualis eē debeat p̄dicator in aīo.Rn̄deo ꝙ p̄dicator euāgelicus debet esse aīo leo qꝛ nō dꝫ aduersitate terreri.cogitās ꝙ ē missus sicut agn⁹ iter lupos.Matthe.x.nec debet turbari si non habeat tēpus p̄cogitandi qd̄ respondeat ꝑsecutorib⁹ duplici de causa.primo qꝛ in tali casu sufficit fidem cōstanter ꝯfiteri corā ꝑsecutorib⁹ qd̄ pōt facere quilibet xp̄ian⁹ quātūcūqꝫ simplex.Scd̄o qꝛ hoībus de deo ꝯfitētib⁹ sp̄us sanct⁹ nō deficit i necessitate dicēte saluatore.Mat.x.Cū autē tradēt vos nolite cogitare quō aut quid loquamini.Dabitur ei vobis in illa hora quid loquimi.ꝛ pꝫ ex p̄dictis ꝙ nō loqtur h̄ christus de v̄bo predicationis sed cū fuerint traditi ań iudices qꝛ p̄dicator v̄bi diuini p̄cogitare dꝫ quō debeat verbū diuinū predicare siue ꝓponere fm̄ ꝙ dicitur prouerbiorū.xvi.hoīs est aīm p̄parare ꝛ dei gubernare linguā aliter tēptaret deū si negligent de h̄ cogitet dū tamē habeat tēpus oportunū.Sit ergo animo leo impteritus ꝛ non turbatus:ponēs ante oculos suos cū peccata publica habuerit reprehendere illud verbuȝ iohannis baptiste.Nō licet tibi habere vxorem fratris tui.ꝛ verbum petri ad principes sacerdotū obedire opꝫ deo magis ꝙ̄ hoīb⁹ ꝛ verbum dei ad iheremiaȝ.Jeremie.i.

Accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos oia q̄ ego precipio tibi ne formides a facie eorum. ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitā et in colūpnam ferream et in murum ereum super omnē terrā regibus iuda et principibus eius et sacerdotibus eius et omni populo terre et bellabunt aduersum te et non preualebunt: quia ego tecum sum ait dn̄s vt liberē te. ¶ Circa quintum scz qualis debeat esse predicator in premio. vtrū debeat attendere pro premio sui laboris temporale emolumentum. Respōdeo q̄ verus predicator euāgelicus nō debet attendere aliquid aliud nisi gloriā dei et salutē animarū. Sūt enī quidaʒ qui finē sue predicationis constituunt mercedē terrenam horum autem predicatio sumptuosa est. et tales potius mercennarij q̄ predicatores sunt. Sicut accidit istis temporibus qm̄ sic conducuntur predicatores pro pecunia quarūdam bullarū colligenda ac si essent operarij qui vt ad vineas excolendas conducūtur in platea vt pro qualibet bulla quā dederūt recipiant tātū. vt ex hac auaricia dissolute sunt multe religiōes in isto regno. Predicatio tn̄ illorum suscipienda est et audiēda. vnde dn̄s de similib⁹ p̄dicatorib⁹ dicit Math. h. xxiij. Que dicunt facite: que auteʒ faciunt nolite facere: dicunt enim et non faciunt. Sed de quo debet viuere predicator euāgelicus. Respondeo q̄ predicatores sumptus debent habere a populo cui predicant. sicut ostēdit ap̄lus. i. corint h. ix. Dupliciter. Primo auctoritate vsus publici et rationabilis. Secūdo auctoritate diuine leg̃. Primū ostendit sic dicens. Quis militat suis stipēdijs vnq̄. quasi dicat nullus. immo milites sumunt stipēdia a populo terre quā defendūt. Idē ostendit de agricolis et gregū pastoribus. De agricolis dicit. Quis plantat vineam et de fructu eius nō edit. De gregum pastoribus dicit. Quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat. apostoli vo fuerunt milites contra hereticos insurgentes et in vinea dn̄i cultores et gregis dn̄i pastores. ꝓpter ea a populo eis sumptus dabatur. Secundū ꝓbat sic dicens. Nūquid s̄m hoiem dico. i. ex auctoritate cōsuetudinis humane tm̄ scz q̄ predicatores sumptus habere debeāt a populo quasi dicat. immo cū hoc auctoritate legis diuine. Scriptū est enī deutero. xxv. Non alligabis os bouis trituranti. i. predicatori laboranti in area dn̄i. Confirmatur predicta ex precepto xp̄i quod dedit apostolis quando misit eos ad predicandū verbū dei. Math h. x. dicens. Gratis accepistis. s. gratiā vobis collatam: siue sit gratia gratum faciens siue gratia gratis data. gratis date eodē modo sicut accepistis pro sp̄ualibus eius actibus vt pro administratione sacramentorum et predicatione et similibus non debet quicq̄ postulando recipi quasi precium. et sic tollitur cupiditas predicatorū: male acci

piendo. Tollit etiā xp̄us cupidita tē p̄dicatoꝝ i male possidendo ibi deꝫ dicēs. Nolite possidere auruꝫ neqꝫ argētū neqꝫ pecuniā in ȝonis neqꝫ peram neqꝫ duas tūicas. i. ve stes supfluas neqꝫ calciamēta sꝫ integra qꝛ apostoli vtebanť sanda lijs vt habeť. Ma. vi. p que oīa dat intelligere ꝙ p̄dicatoꝛ euāgelicus dꝫ esse absolutus a sollicitudīe mū diali vel tpali qꝛ tpalia ī sui acqui sitōne molestant et adhuc plus in sui possessiōe qꝛ sūt iā quasi mēbra īcorporata ipsi habenti. ꝛ iō magis trahūt hoīs aīuꝫ ad deordinatā di lectionē sui ꝛ qꝛ hoc suffocat v̄buꝫ dei. ideo nō debꝫ eē in predicatori bus euāgelij. Sꝫ attēdēdū ꝙ xp̄s negauit p̄dicatorib⁹ eūtib⁹ p viaꝫ virgā. Ma. x. ꝛ concessit eis. Mar. vi. q̄ videtur ꝯria. dicēdū ꝙ virgā hic et ibi accipiť equoce. qꝛ Ma. x. v̄ga accipitur methaphorice. vñ sensus est non virgā. i. non innita mini subsidio tpali. sicut corpus in nitiť baculo sustētanti. In marco accipitur virga ad lr̄am cū dicitur ꝙ nō portarēt in via nisi virgā tm̄ qꝛ doctores hebreorū i signū doctri ne portabāt virgam in manu. qꝛ cō suetū erat apud iudeos prouideri eis de victu a populo quē docebāt ideo xp̄s voluit ꝙ hꝰ sufficeret apo stolis p sua puisione. p h̄ em̄ ōnde batur ꝙ populus cui p̄dicabāt de bet eis puidere. ꝛ ideo sequitur di gnus ē operarius cibo suo. quia de iure naturali ꝛ diuino ꝛ humano il li qui seruiūt cōitati in sp̄ūalibus ꝛ in diuino cultu et vera doctrina debent a cōitate de tēporalibus p uideri. dignus est ergo operarius i. predicatoꝛ q̄ operať opus dei ad vtilitatem populi cibo suo. i. victu conuenienti. per quod etiā intelli gitur vestimētū ꝛ domicilium sine quibus nō viuit deceñť gen⁹ huma nū. Et ideo dicit apostolus primo corinth. ix. ꝙ domin⁹ ordīauit hijs qui euāgelium annunciant de euā gelio viuere. vbi dicit glosa predi catoribus ordinauit viuere de euā gelio vt expeditiores sint ad pre dicandum verbū dei quā licētiam dedit eis dn̄s qn̄ misit eos ad pre dicādū dicēs. Ecce ego mitto vos ꝛc̄etera. et paulopost. in quācunqꝫ domū intraueritis in eadē manete edētes ꝛ bibentes que apud illos sūt: dign⁹ ē em̄ opari⁹ mercede sua hec ibi. verus p̄dicatoꝛ euāgelicus p premio dꝫ expectare vitam eter nā sicut eis pmittiť a sapiā īfinita ecclesiastici. xxiiij. qui elucidāt me vitā eternaꝫ habebunt. veri predi catores sunt diuine sapientie p sa lute hominuꝫ elucidatores. Debet etiam verus predicatoꝛ ex hoc offi cio vltra premium essentiale ꝙ me thaphorice dicitur corona expecta re premium accidentale. non quod libet sed illud quod correspondet siue debetur operi excellēti et pri uilegiato scilicet martirio virgini tati predicationi. Et sic triplex di stinguitur aureola fm ꝙ tres sunt hostes quos per pugnam vinci mus qui sunt caro mundus et de monia. Martires enim vincūt mū duꝫ et ita debeť eis prima aureola

marci. 6.

quia vincūt hostes inferentes passiones ad ex. Virgines vincūt carnē et sic eis debetur secūda aureola. quia superant passiones innatas. et sicut est ista excellentior victoria: sic et excellentior aureola. Predicatores vincūt dyabolū et sic debetur eis tertia aureola que pro tāto est excellētissima ꝙ crudeliorē et fortiorem vincūt inimicū expellentes non solū de se sed etiam de cordibus audiētiū. nec etiā dicēdū est vt dicunt quidā ꝙ aureola ꝓ torum debetur prelatis solūmodo quibus cōpetit ex officio predicare et docere. Sed quibuscūqꝫ q̄ licite exercent actū istū. Prelatis autē non debet aureola hec quāuis habeant officium predicandi nisi actu predicent ꝙ aureola nō debetur auditui sed actui pugne: secundū illud apl'i. ij. Non coronabitur nisi qui legitie certauerit Patet igitur ex predictis quid est predicatio. qualis debꝫ esse: et cui prodest ac qualis dꝫ esse predicator euāgelicus. in quibus consistit armatura spūalis viri predicatoris cū quibus ad pugnā pōt exire ipauidus contra hostes annunciando populo dei scelera eorū et domui iacob peccata eorum.

¶ De nobilitate et excellētia fidei catholice.



Circa tertiā et vltimā cōsiderationē hui⁹ primi libri q̄ est de excellētia ꝛ nobilitate fidei catholice in particulari. in qua velut in speculo mūdissimo milites xp̄i se intuētes optime ꝛ delectabiliter armari poterūt. Sex sunt articuli per ordinē declarandi. Primus est ꝙ iesus xp̄s est filius dei viui. Secundus ꝙ fides xp̄i est lege moysi antiquior. Tertius est ꝙ fides xp̄i est lege moysi stabilior. Quart⁹ est ꝙ fides xp̄i est lege moysi nobilior Quint⁹ est ꝙ fides xp̄i ē lege moysi vtilior. Sextus est ꝙ lex moysi iā non est lex sed cessauit esse lex. ¶ Primus articulus est totius religionis xp̄iane fundamentum et ideo eum voco turrꝫ omenagij nostri fortalicij. Reliq̄ q̄nqꝫ articuli sunt ad eius ornatū. Hūc ergo cū sit principalior inimici tam iudeorum ꝙ̄ sarracenorꝫ timētes per eū deuinci. vt eum destruant corde et opere sapiētes vtrorūqꝫ ad hoc applicant totum suū studiū. Verūtū lapides et sagitte suorꝫ argumētorū ad eius propriā lucem amouendam non ascendūt adhuc tam alte quātū nebula celo loco vbi est substancia solis existe altiore in mille et pluribus gradib⁹ ꝙ̄ ascēdit nebula in aere. Vn̄ quantū pōt ignis vnius crucibili puissimi ꝯ aurum qđ iā fuit multotiens appuratum trāseūdo per magnos ignes fornaceis. tm̄ possunt oīa argumēta non solū accepta ex oibus sciētijs hūanit⁹ acquisitis adinuentis sꝫ etiāꝫ accipiendo dicta sacre scripture sicut sepe faciunt iudei sarraceni et heretici cogitando ex eadem posse iuuari contra eandem. et iam sunt

vltra mille.ccc.lx.ãni q multi posuerunt oẽs vires suas ad destruẽdã hanc altissimã turrim siue hãc veritatẽ.s.q iesus xpus ẽ fili⁹ dei viui certissime firmius fundata q̃ celum et terra et preciosior q̃ aurũ in pluribus fornacibus depuratũ quod euidẽtissime declaratur testimõio quattuor examinũ publicorũ super ea factorum.

¶ Primum examen.

Primum examẽ fuit factum p iudeos quousq occiderunt xpm iesum. ex quo dederunt causam q predicta veritas esset magis fortificata. Est ergo hec veritas q iesus christus filius marie est verus deus et verus hõ. verus homo qz verus filius marie. verus deus qz verus filius dei. verus dico non p gratiam vel per verbũ sed per sua naturã qz sua natura essentia. substantia et vita est ipsam et natura essentia substãtia et vita dei. sicut qz est ex eadẽ natura qua maria dicitur verus filius marie. hec veritas fuit toties disputata et examinata q securissime dico preciosiorem et puriorem esse q̃ aurum. qd per plures magnos ignis fornaces transiuit Et fuit primũ examen psonale inter ipsum et sapientes legis iudeorum vltimis tribus annis vite sue. quos expendit predicando publice non solum in sinagogis iudeorum i hierusalem et aliis ciuitatibus locis et castellis sed etiam in campis et etiam de mari cõprimente eũ multitudine gentiũ i terra vt accederet ad eum et hoc rationabiliter faciebãt scz volentes ad eum accedere. ex quo quotienscunq aliquis accedebat et tangebat vestimẽta sua statim sanus erat quacunq infirmitate detineretur. Disputando etiam cum sapientiorib⁹ quorum studium erat postq̃ viderunt tantã multitudinem gentium sequi predicationes eiusdẽ obseruare si possent eũ capere in aliquo verbo maledicto. et vltra hoc i speciali studium eorũ erat obscurescere predictã veritatem in cuius cõfessione est salus omniũ hominum. s. q esset filius dei viui. Uñ contra ipsum arguebãt sicut hoies pui intellectus attẽdẽtes ad quatuor regulas per quas regũtur homines fructus terre elementa et celi dicẽdo sibi. Ex quo hõ erat. quõ se faciebat deum in quo blasphemabãt contra totã ptãtem dei. qui cũ possit oĩa facere. q nõ possit facere q ipse sit hõ. ex quo esse hoiem est vna de excellẽtiorib⁹ reb⁹ p deũ factis Unde qz primo est credere factum quã modum eius intelligere. xpus rñdit eis verũ esse quod ipse dicebat allegãdo quattuor testimonia quorũ neutrũ iudei potuerunt negare. s. testimoniũ dei patris: quod dedit de suo filio. Testimoniũ ioh. baptiste testimonium operum suorum que faciebat. et testimonium quod in multis suis passib⁹ dabat de eo scriptura vera et reputata p iudeos vera et auctentica dicendo

retur synagoga sed ecclesia. dicēs Petro super hāc petraȝ edificabo ecclesiam meā. Math. xvi. qḋ duplici ratione factum est. Prima vt fieret distinctio iter iudeos ⁊ xpianos. Nō enim videbatur rationabile vt locus sine habitatio christi vbi suos filios debȝ hereditare nomine iudaico nominaret. Scḋa rō est ꝓprietas vocabulorum quia sicut synagoga grece aggregatio dicitur latie. Sic ecclesia grece latine conuacatio dicitur: et q xpiani conuocati sunt: ideo a conuocatione ecclesia dicta est. Congregatio enim est pecorū et bestiarū conuocatio vero hominū ⁊ ſm hoc iudei ⁊ quecunq alia hominū cōgregatio quales sunt sarraceni bestijs cōparant: xpiani vero hominibus Quanta ergo est differentia bestiarū ad hoies tāta est iudeoꝝ et aliorum infideliū ad xpianos q illi cōgregantur illi cōuocātur. vt notat beatus Ysido. xi. ethimol. In illa ergo celesti habitatione. scȝ ecclesia triūphanti hereditas illa beatifica pplo dabit xpiano. ¶ Et nota q gloria celestis que est illa hereditas ex ꝓprietate naturali nulli debetur nisi soli deo: hominibꝰ autem ex cōditione naturali debetur solum terra. Gen. ij. Formauit deꝰ hominem de limo terre. quod confirmās dauid in ps. cxiij. dicit celū celi domino. i. gloria celi domio terram autē dedit filijs hoim. Si ergo gloria ex ꝯditiōe naturali nulli debetur nisi soli deo. quomō ergo populo xpiano datur pro hereditate. Respondeo q ex sola dei ꝓmissione. quia si deus eam ꝓmisit alicui cum non possit mētiri nec falli si promisit certissime dabit. Modo videamus cui ꝓmisit populo illaȝ nō iudeis cum non possint ostēdere in tota lege moysi q deus eis ꝓmisit gloriam paradisi. Nec agarenis quibus ꝓmisit machometus gloriam porcorum ⁊ asinoꝝ. vt videbitur. li. iiij. sȝ solis xpianis deꝰ ꝓmisit gloriaȝ suā. qḋ pulcerrime declarat sanctus Vincētius in quodā sermone ꝑ similitudinem regis habētis vnicā filiā dilectissimam qui conduxit tres seruos. vni ꝓmisit optimā ꝓmissionē. alteri. xx. aureos pluresq pecunias. tertio vo promisit filiā cū regno si bene sibi seruiret. Modo queritur cui istoꝝ debetur filia regis. ⁊ quis poterit legitime eam peter. ex certū est q nec primus nec secundus: sed tertius ex promissione licet nō sit dignus eam habere. tamen quia sibi rex ꝓmisit pōt eam petere. Ita in ꝓposito. iste rex nobilis est ille de quo Apoc. xix. Rex regū ⁊ dñs dominātium. ⁊ vocabitur nomen eiꝰ verbum dei. filia pulcra quā habȝ est gloria celestis ita est pulcra ſm Aug. q si ibi non liceret stare nisi vniꝰ diei mora innumerabiles anni huius vite pleni delitijs contēnerentur. Iste rex conduxit tres seruos. s. populos. Primo populum iudaicum in exitu egypti et in monte synai. Moyses fuit cursor et notarius huius conductoris et isti populo ꝓmisit promissioneȝ

ecce quid dicit instrumentum si in preceptis meis ambulaueritis: et mādata mea custodieritis dabo vobis &c. Leuit. xxvi. et Deutro. xviij. vbi nihil explicatur nisi promissio bonorū tēporaliū. vide ibi. Quādo ergo iudeus moritur licet seruauerit legem moysi totaliter. et vixerit in illa sanctissime si dici potest nō pōt a deo petere gloriā paradisi: qr respōderet sibi de⁹. O miser tu petis filiā meā: et nunquid non solui iam tibi qd promisi. et sic consequēter proijcitur iudeus in infernum. Scdo coduxit populū agarenorū. Et lz vn⁹ agaren⁹ vixerit hic beatissime: et fuit misericors: castus et cetera nō poterit in morte sua petere filiā summi regis. Videamus pactū qd fecit deus cū eis. Ipsi eni descendūt ab abraā per Ismahelē filiū ei⁹. et ideo dicunt Ismaelite et per agar ancillā. ideo dicunt agareni. Iudei vo descendūt ab abraā per sarā. ideo debent dici saraceni Ismahelis patri ismahelitarū promisit deus dicens abrae. Super ismahel quoqz audiui te. Ecce benedicam ei et augebo eum valde. xij. duces generabit. cccc. xij. flozeni et faciam illum crescere in gentem magnam. Gen. xvij. Ista pmissio est iam impleta: vt patz Gen. xxvi. vbi nominātur illi. xij. duces. Quādo ergo ille agarenus moritur si voluerit petere gloriam paradisi respondebitur ei vt iudeo et sic proijcitur in infernum. Modo videamus quid promisit populo christiano non bona temporalia: immo dicit qr despiciamus illa: et vult qr habeamus hic labores: infirmitates: et miserias. Sed si bene seruimus sibi promittit nobis dare filiam suam cum regno suo: quattuor euangeliste quasi quattuor notarij fecerunt de ista promissione instrumentum. Testes sunt duodecim apostoli: et septuaginta duo discipuli: ecce clausula instrumenti. Quicunqz fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse intrabit in regnum celorū. Matth. vij. Et ideo quando christianus vixit fm voluntatem dei in patiētia et bona vita moritur. Dicit sibi christus. Quid vis? Respondet. Domine ego seruiui vobis: vellez hereditatem quā mihi promisisti. Respice instrumentum: licet non sim dignus peto gloriā paradisi: tunc christus dat promissum. scilz gloriam suam. Ecce ergo qualiter nullus potest habere hereditatez glorie paradisi nisi solus populus christianus: quia istum populum elegit deus: vt daret filiam suam cum regno. Unde dicit Isa. li. Audite me qui sequimini quod iustuz est et queritis dnm. Attendite ad petrā vnde excisi estis: scz ad xpz a quo christiani. et cauernā laci de qua precisi estis. Hec est cauerna vulneris lateris. Attēdite ad abraam patrem vestrum per fidem: et ad sarram qr peperit vos: qr vnuz vocaui eum: scz ad pactū promissionis filie et benedixi et multiplicaui eū. ¶ Quarto ostendit dignitas xpiane religiōis. s. eē filiū dei

et heredes ex angelico testimonio quia intelligens angelus predictam excellentiam non sustinuit a iohanne adorari. Apoc. xix. ait enim Iohannes. Cecidi ad pedes angeli: vt adorarem eum et dixit mihi: vide ne feceris: conseruus enim tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium iesu deum adora. Cecidit iohannes ad pedes angeli: vt adoraret eum: non tamen sicut creatura creatorem: sed sicut seruus vehementer ac cum seruili subiectione honorat dominum suum creatum. Nempe angelus in veteri testamento sustinebat sic se ab homine adorari: quod tamen non sustinere hic: immo manifeste prohibere videtur: propterea sequitur. Et dixit mihi. Uide ne feceris: scilicet taliter reuerentiam mihi. Cuius causam subdit dicens. Conseruus tuus sum. i. tecum: et sicut tu sum seruus eiusdem dei et domini iesu christi. Et ne credatur quod respectu solius Iohannis propter singularem preexcellentiam eius hic diceret et non de omnibus christianis qui christi sunt serui: ideo subdit. Et fratrum tuorum habentium testimonium iesu christi. i. qui perfecto corde confitentur ac testificantur iesum christum esse verum deum et dominum vniuersorum atque hominum redemptorem et saluatorem. Et ideo merito fideles christiani confitentur iesum christum verum filium dei cuius sunt filii per gratie adoptionem: qui tam caram matrem dedit eis: et tam excellentem hereditatem promisit: et conseruos eorum angelos fecit. Et sic patet ex predictis quinque articulis excellentia fidei catholice ac etiam religionis christiane.

¶ Quod lex moysi cessauit esse lex.



Sextus et vltimus articulus est: quod lex moysi iam non est lex: sed quod cessauit esse lex. Hoc etiam cedit ad ostendendum maiorem excellentiam legis noue siue fidei christiane: vt ipsa sola iam dicatur lex dei. In presenti articulo erunt quattuor puncta principalia. Primus erit ostendere quomodo iudei iam non habent legem. Secundus erit ostendere quomodo propter circumcisionem qua vtuntur iudei semper sunt in maiori ira dei et abhominatione. Tertius erit ostendere quomodo omnia in figura contingebant illis. Quartus erit ostendere quecunque erant scripta de messia venturo: impleta fuerunt in christo iesu saluatore nostro. ¶ Circa primum punctum notandum quod ratio fundamentalis quare iudei non habent aliquam legem et quare cessauit ea que primo dicebatur sua: et que erat lex dei quam non solum licitum erat non soluere: sed ad obseruandam eam obligabantur: et iam non sunt obligati ad seruandum immo obligantur ad non seruandum. quia cessauit esse lex dei perdita virtute quam primo in ea erat quam ideo perdita fuit: quia facta fuit mutatio in substantia et natura veritatis quam significa

bat scriptura: qd declarat septem passib⁹. ¶ Quorum prim⁹ est q lex iudeoȝ pter ea ad q primo obligabantur ipsi ⁊ oes alij homies per legē nature scriptā non in tabulis lapideis nec cartis papiri vel pargameni. ij. Chorinf. iij. sed vt hō non excuset ab eius obseruatione scripta in cordibus: vsq ad illud tempus erant certa mandata per que regi debebant vsq ad aduentum messie: quia ad hec mandata nō erant obligati alij hoies: quoȝ durāte lege moysi multi fuerūt salui seruādo legē nature: sed fuerūt obligati iudei: de quorum semine erat nasciturus messias quē audire debebant sicut moysen. Deut. xviij. et in quo debebat esse benedictio oim gentium Gen. xij. Que etiam debebat dare testamentum nouū non simile testamēto priori. Hiere. xxxi. Item qui debebat esse dux ⁊ preceptor gentium ordinatus per deum qui esset lux earum Esa. xlij. ¶ Secundus passus dependens a primo est q lex moysi principaliter attendebat aduentū messie: ratione cuius elegit deus iudeos pro seipso populum peculiarem et dedit ei legem mandata et sacramenta vsq ad tēpus correctionis posita et ordinata. Ad Hebre. ix. Item fecit pro eis multa miracula que et alia multa non fecit nationibus gentium: sed permisit q regerentur gētes per suū liberum arbitrium sm q eis videretur. ¶ Tertius passus est q quādo talem diuisionē fecit deus: scȝ iudeorum ⁊ gentilium habentem principium in persona abrae duo fecit. primo obligauit se. secundo dedit signū principale. fuit obligatio quā deus fecit abrae ⁊ alijs patribus q de semine eorū nasceret messias qui eos debebat docere ⁊ dirigere eorū opera ⁊ eos redimere ⁊ in sua gratia exaltare sup oēs gentes qui non crederent in euȝ. Secūdo vt esset notificata differentia huius ppli peculiaris ab oibus alijs que ppria differentia esset principaliter ⁊ staret in fide. q de semine abrae deberet nasci saluator mūdi quod alij populi ex quo eis non erat dictum nō credebant: qȝ ad Romanos. x. Fides ē ex auditu credendo id quod aliqs audit propter auctoritatem dicētis: intelligendo q talis est verax ⁊ potēs facere quod dicit. Hec fides cū sit virtus non corporis: sed anime per se ipsam non apparēs extra de⁹ dedit abrae circūcisionē in signū q illi in quibus esset crederēt aduētum messie sic q sm q res prius est q signum eius. prius intelligebatur esse fidem in populo iudeorum: et consequenter circuncisio sicut signuȝ fidei sm q legitur de abraam. Genes. xv. q primo credidit ministerium ⁊ postea fuit ei data circuncisio signū iusticie magne fidei: quando contra totam naturam credidit verbis dei. Genes. xviij. q sara haberet filiū de cuius semie nasceretur ille qui esset benedictio gentium propter quod abraaȝ dictus fuit pater. nō

solum iudeorum:sed multarũ gentium. ¶ Quartus passus est q ad significandũ mysteria gratie pertinentia messie quomodo habebat eos redimere sustinendo mortem: ⁊ dando eis gratiam suaȝ fuerunt ordinata sacrificia: et multe cerimonie siue p moysen:siue per dauid:⁊ salomonem stabilite: sed et de aduentu messie ⁊ de tpe in quo haberet esse:⁊ de operibꝰ que haberet facere.⁊ de aliis rebus que in tempore debebant accidere nõ solum moyses:sed etiam omnes pphete locuti sũt ex pte dei. ¶ Quintus passus est precedentibus pendens est q circuncisio ⁊ lex moysi erat sicut vnũ instrumentũ obligationis inter deũ ⁊ iudeos expresse continens qđ deus habebat implere:⁊ illud quod iudei interea habebant facere: videlicet illud quod ante legẽ faciebãt. Abraam: isaac ⁊ iacob:⁊ alij patres sui circuncidere se ⁊ filios suos in signum q de genere iudeorum messias haberet esse. Item ⁊ facere sacrificia ⁊ cerimonias significans mysteria messie pertinẽtia: ⁊ q omnes essent in spe sui aduentus dispositi ad recipiendum suam doctrinam ⁊ sua mandata:et sic fecerunt se dignos ad recipiendum gratiam quam eis habebat dare.

¶ Sextus passus ẽ q ſm ea que dicta sunt lex moysi ante aduentũ messie erat vna obligatio plena ⁊ vacua:plena figura ⁊ vacua res eius plena promissione: ⁊ vacua promissio: quia deus promiserat et nondum impleuerat:sed habebat implere p eum promissum in aduentu messie ⁊ in signũ q illud habebat implere sicut dictũ est dedit eis circũcisionem ⁊ alias cerimonias ⁊ sacrificia in lege specificata q̃ oia et quo erant mandata seruari sicut signa ⁊ figuras illius qđ habebat esse in aduẽtu messie erãt ordinata vt fierẽt tẽpore certo:ergo anteq̃ impleret predictũ tẽpus erat in lege virtus obligatio facta durans vsq promissum esset impletũ. Unde q: lex erat vacua ⁊ plena requirebat ipleri illo quo erat vacua: ⁊ euacuari illo q̃ erat plena ſm qđ ẽ qđcũq instrumentũ obligatiõis p qđ aliquis pmittit alteri dare ei vel facere aliqđ magnũ qđ:talis obligatio anteq̃ ipleat promissum est plena ⁊ vacua:vacua:q: non est adhuc datũ vel factũ qđ promissum est plena spe ⁊ virtute:q: talis obligatio dat ius illi cui facta est: vt possit petere ⁊ cõpellere promittentẽ vel ad minus conqueri de eo si in tpe qđ assignauit nõ impleuit pmissum:ita q q̃tum est vacua promissio tantũ est plena spe ⁊ veritate ⁊ iure ad petendũ ⁊ requirendum obligatũ vt impleat promissum.

¶ Septimus passus est q predictis intellectis quicũq potest p seipsum cognoscere q si talis obligatio est vera q substãtia ⁊ natura veritatis dato q notificet per scripturã nõ est in eo qđ ẽ intus. sed qđ principalius ẽ in eo qđ est extra.s.in actu q̃ trãsit quo vnus

se obligauit alteri z in actu futuro qui est adimpleri promissum: q̃tum ad primū actum nō pōt haberi mutatio: quia nec deus cum tota sua potestate pōt facere qḋ preteritū sit nō preteritum: licet potuit facere qḋ nō trāsiret. Sed ex quo nō trāsiuit z iā in se est nihil z qḋ nō trāsierit etiā est nihil dicere q̄ deus pōt facere q̄ preteritum nō sit preteritū est tantū sicut dicere q̄ deus ex nihilo facit nihil qḋ nullum est possibile: nec potest intelligi quomodo ex nihilo fiat nihil. Et ideo ex quo actus primus obligationis iam trāsiuit z ille non potest mutari q̃tum ad talem actū obligatio semper esset vera. Sed q: talis actus fit principaliter ꝑpter id quod futurū ē. qḋ est adimpleri promissuꝫ si obligatio est vera: vel non attenditur ad scḋm quod est finis ipsius videlicet si est impletū vel nō quod fuit promissum: q: in q̃tum nō fuerit impletū: quia substantia z natura obligationis non est mutata licet trāsierit tēpus semper manet obligatio in sua veritate z firmitate: immo plus firmatur q̃to amplius trāsit de tempore in quo debebat impleri promissum ex q̄ illi cui facta fuerat obligatio accrescit plus de iure z virtute ad illud petendum. Non sic certissime est quando realiter fuit solutū promissum: quia statim ipso facto scriptura obligationis cessat esse vera: quia iam mutata est substantia z natura veritatis impleto qḋ in ea primo erat vacuū z euacuato: illo quo primo erat plena. Primo enī erat plena iure et virtute ad petendū ꝓmissum z ad faciendum res ordinatas quousq; esset solutum debitū: sed quādo est solutū promissum: scꝫ qḋ postq̄ est solutū nō pōt iuste petere sicut prio sic nō potest facere res ordinatas seruari quousq; sit solutum debitum. Et ideo perdita virtute manet vacua iure quo primo erat plena: quia impletum fuit quod in ea erat vacuum nō potentibus stare istis duobus simul. scilicet q̄ vera obligatio respectu vnius z eiusdē rei sit plena z vacua. Sed q̃tum impletur ex vna parte tantu ꝫ euacuatur ex altera. Unde si soluitur pars debiti iā deficit sibi pars iuris quod sibi primo pertinebat. non potens iuste petere sine paucum sine multum quod iam solutum est. Uerumtamen in scriptura obligationis nihil mutatur: quia ipsa stante clausa in archa: nec rasa scriptura: nec cancelata: nec scripta in spatulis solutione facta per solum actum solutionis mutata substantia perdit veritatem et virtutem suam que primo erat in ea ex q̄ prio erat plena: z sufficit q̄ ille vel alter notarius vel sine notario fideles persone dent testimonium esse factam solutionem. Et si nō esset qui de solutiōe facta daret testimoniū: sufficit testimoniū qui est deus cui nihil occultat

propter q̄ꝺ soluto iā debito est fal
sa illa que primo erat vera obliga-
tio: quia fuit facta mutatio in sub-
stantia et natura in qua erat prin-
cipaliter veritas eiusdem. et istis
ergo explicatis passib⁹ siue ratio-
nibus tam clare sicut sol lucet ma-
nifestatur iudeos non habere legē
aliquam. ex quo est impletū q̄ꝺ eis
per deum fuit promissum. s. aduen-
tus messie: ꝓpter q̄ꝺ fuit in ea im-
pletum q̄ꝺ erat vacuum. ⁊ euacua
tū illud quo primo erat plena. Et
istis terminis vsus est iesus xp̄us
loquens de ista materia quando di
xit. nolite cogitare ꝙ ego veni sol-
uere legem. vult dicere frāgere eā
vel facere cōtra eam. non veni sol
uere eam: sed adimplere. Matth.
v. Eisdem v̄bis vsus est. Luc. iiii.
quādo in synagoga nazareth aper
to per eum libro Ysaie. scriptura
q̄ occurrit in aperiēdo erat. Spi-
ritus domini super me ad euange-
lizandum pauperibus misit me ⁊c.
Ysa. lxi. Et cū cedisset ⁊ oculi om-
nium existentiū in synagoga essent
intenti ad illud quod diceret dixit.
Hodie est impleta ista scriptura in
auribus vestris. quia ipsemet erat
ille de quo loquebatur Ysaias ⁊ sic
anteq̄ꝫ ipse veniret illa scriptura
erat vacua. sed quando missus per
spiritū dei predicabat statim fuit
plena et completa. similiter dixit
Petro quando volendo eum defen
dere ꝙ non caperent eum iudei ab
scidit auriculam vnius illoꝝ. An
putas quia non possum rogare pa
trem meū et exhibebit mihi plusq̄ꝫ
duodecim legiōes angeloꝝ. quo
modo ergo implebuntur scripture
Matth. xxvi. Item tempore quo
habuit mori: quia nondum erat im
pletum dictū dauid. psal. lxviii. Et
in siti mea potauerūt me aceto: vt
adimpleretur cum dixisset. Sitio
dederunt ei bibere acetum felle mi
xtum: consequenter dixit. Consum
matum est. Ioh. xix. Et post resur
rectionem suam ostensis manibus
et pedibus que fuerant plagata: et
latere aperto dixit eis. hec sunt ver
ba que locutus sum vobis cum ad
huc essem vobiscum: quoniā neces
se est impleri omnia que erāt scri-
pta in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psal
mis de me. Luc. vlti. Dixerat⁹ eis
hec anteq̄ꝫ vltima vice ascenderet
in hierusalem ꝙ implerentur scri-
pture: cum ꝓditori traderetur prin-
cipibus sacerdotum et cōdemna-
tus per eos ad mortem ipsi darent
eum gentibus: vt flagellarent eū
et crucifigerent ⁊ occiderent: ⁊ ꝙ
ipse resurgeret tertia die. Matth.
xx. Marci. x. ⁊ Luc. xviii. Ergo ex
quo omnes iste auctoritates sunt
ꝙ omnia scripta in lege moysi in
ꝓphetis et in psalmis complerentur
⁊ implerent in mort ⁊ in resur
rectione iesu xp̄i cum id q̄ꝺ est im-
pletum et plenum non impleatur
manifeste intelligitur ꝙ scripture
veteris testamēti erāt vacue quous
q̄ per seipsum eas impleuit iesus
christus. ⁊ propter hoc ipse iuste
loquebatur quādo discipulis suis
dixit. Matth. v. ꝙ non cogitarent
ipsum venisse ad soluendum legē:

quia non venerat ad faciendum cõtra eam sed implẽdum eam. Plus est ꝙ cecus qui non intelligit ꝙ ille qui soluit illud ad qd̃ erat obligatus ex quo implet obligationem in quo erat vacua ꝙ soluendo debitum frangit obligationem: nec facit contra eam quando ipse finit complet ꝛ perficit finem ad quem obligatio fuerat facta. Sꝫ hoc bene sequitur ꝙ ex quo implet illud soluendo promissum ꝙ facit eã vacuam iuris ꝛ virtutis quo illi, cui erat facta obligatio, primo ptinebat etiam si circa ipsum pmaneat scriptura obligationis sine mutatione aliqua ꝗntum ad litteram ex quo soluto debito est mutata substantia ꝛ natura veritatis que faciebat obligationem primo esse veram. Qui attẽte considerare voluerit supradictas rationes clare poterit intelligere ꝙ iniuste vel si dixero insipienter non mentiar. Agareni imponunt fidelibus iesu xp̃i non esse christianos: quia nõ se circuncidunt ꝛ quia non seruant sabbatum. ꝛ quia non faciunt pascha agni sicut fecit iesus xp̃us: vel ꝙ comedunt carnes porci quod ipse non fecit si probassent ꝙ postꝙ ipse soluit per eũ promissum ad abraã ꝛ alios patres ipse fecit: predicta haberent aliquem colorem. sed ꝙ postea non deberet facere etiam si grossissimus esset ingenio quilibet homo illud potest intelligere ꝙ ex quo predicta ꝛ alia multa habebãt cursum suum anteꝙ pmissio esset impleta omnibus contingentibus iudeis in figuram vt infra videbitur. ꝛ sic debebant dimittere ea cũ veritas veniret. sicut figura imaginis quãdo est iam depicta ꝛ finita cessat. Sic est de figura domus que cessat quando ipsa est facta. Unde quia circuncisio ꝛ alia plura in magnum mysterium per ipsummet deum erant data sicut pro pignore quousqꝫ esset solutum debitum. ipsemet qui habebat soluere eas seruauit. Sed si post mortem suam quando dixit. Consummatũ est. Johan. xx. vult tantum dicere iam sunt repleta omnia mysteria ipse seruauerat quod ipse seruauit antea scilicet ꝙ celebrasset pascha agni ordinatum ipsis iudeis in figuram sue mortis que habebat fieri. ꝛ sic de alijs figuris eoipso ꝙ dederat intelligi deum non complemisse quod pmiserat suis patribus sanctis patriarchis, regibus ꝛ prophetis ꝙ habebat eos redimere ꝛ liberare de potestate dyaboli. ꝛ cũ esset preteritum tempus in quo debebat impleri. quid aliud erat seruare legem moysi sicut prius nisi dare testimonium deum nõ esse verum. Ex quo in tempore per eum assignato non impleuerat per eum promissum. Et ꝙ plus est cum maior ꝛ principalis pmissio dei esset ꝙ deus habebat filium suum dare in mortem pro salute illorum et totius mundi cũ ipsemet fuisset mortuus dabat vel poterat dare testimonium ꝙ nõ fuisset mortuus: sed ꝙ debebat mori iterum. ꝛ ꝙ vna vice vel pluribus ad minus quolibet

anno semel sicut summus sacer-dos quolibet anno intrabat semel in sancta sanctorum cum sanguine sacrificij. Hebreo. ix. figurando sacrificium quod erat multo maioris dignitatis et excellentie cum maiori efficacia et complemento. san ctificante existentes in peccato q sanctificaret sanguis hyrcorum et taurorum que erant principalia legis moysi sacrificia significantia mortem que habebat esse filij dei in cruce propter salutem toti9 mundi. q non pluribus: sed vna vice solum semel habebat impleri filio dei existente. vno solo et non multi. Et cum ipse esset homo natus de genere iudeorum et ordinatio est homines semel mori. Sic filius solum semel et non pluries debuit mori. Qui seruauerat sicut prius legem moysi declarat intelligere q nō erat mortu9 sicut a deo patre suo accepat mandatū. erat iste honor quem iesus filius virginis et dei debebat patri suo per actus suos dare continue testimonium q deus pater suus non erat verax. ex quo non impleuerat per ipsum promissum. Altior pro certo in eo erat reuerentia ad patrē: quia stando in cruce cum summi sacerdotes et alij homines stantes iudei promittebant q crederent in eum si descenderet de cruce contēnendo gloriam et honorē ei promissum: quia a patre acceperat mandatum ponēdi animā suam moriēdo cū esset ei leuius descēdere de cruce viuus q post mortē resurgere de sepulchro factus obediēs patri vsq ad mortē voluit plus implere q erat iudeis promissum per deum complēdo obligatione eis datam. et sic dicēre veritatē pdicta obligatiōe implere legē moysi in quo erat vacua et faciēdo eam vacuā iure quo erat plena: scz iuris et petitionis q competebat iudeis quousq esset impletum pmissum: quod ius fuerat eis datum cum multa solēnitate qua maior altera esse non potest nec cogitari quando promissum p se factum confirmauit deus iurando per seipsum cum non posset intelligi aliquod maius per quod iurasset. vt Gen. xxij. et Exo. xxxiij. sicut homines quando debite et iuste iurant per rem quam cogitant maiorem esse seipsis vel per rem quā magis amant. Et ideo non potuit dare maiorem firmitatē deus sue promissioni q iurando per seipsum. Et vt intelligeretur q sine aliqua dubitatione volebat illud implere sicut prius iurauerat abrae replicauit iuramentum faciēdo eādem promissionē ipsi dauid cū iuramento firmatam. Et illud quod in hac materia est altissime cōtemplationis cū deus fecisset multas promissiōes iudeis et suis primis patribus addita expresse conditione q ipse impleret promissa sua si seruarent sua mandata et perseuerassent in suo seruitio. et q si nō facerent non solum nō daret eis per ipsum pmissa. sed q puniret eos magnis penis dando eos in potestate suorum inimicorum: et ponē-

do eos extra terram promissionis. Sed tamen hanc promissionez benedictionis omnium gentium in semine abrae ꝙ mitteret messiam ad saluandum eos fecit deus sine conditione. Et vlterius ꝙ cum singularissima deuotione ꝛ firmum intellectum debet considerari ꝙ hec fuit maior promissio quã fecit de⁹ maior dico: ꝛ sic pro certo affirmo. Fuit enim magna promissio dei facta iudeis ꝙ liberaret eos a seruitute egypti ꝙ daret eis terram promissionis ꝙ daret eis bona in ea eis specificata. Uerũtamẽ he sunt paruissime promissiones in comparatiõe illius que intelligebatur spiritualis et principalis propter opera eorum virtuosa: et propter obedientiam et obseruantiam suorum mandatorum que erant satis difficilia ꝙ daret eis post hanc vitam paradisum gloriam celestem in eternum durantem. que promissio licet incomparabiliter sit maior ꝙ omnes alie: quia omnis largitor est maioris excellentie et dignitatis ꝙ suum proprium donũ ex quo est dominus eiusdez: propter quod quando aliquis dat aliquid de suo ex quo ipse est maior non intelligitur dare seipsum: sed quando dat seipsum intelligitur dare omnia sua. Et ideo promissio paradisi nõ potest equari promissioni. de qua loquimur facte per deum abrae: et aliis iudeorum patribus. hoc est ꝙ promisit dare seipsum nobis mandato filio suo qui est ipsemet deus facere omnia pertinentia ad salutem nostram. et illius quo non potest dici maior amor ponendo animam suam pro amicis suis. Et sic patiendo mortem: vt nos liberaret a potestate inimici: quam super nos habuerat propter peccatum primi patris nostri. Istud tamen sine precio donum volens deus totum et totaliter impleri expresse reuelauit dauid prophete ꝙ sua promissio et testamentum erat sine aliqua conditione: et ꝙ tam firmum erat et fidele ꝙ prosperum seruaret sua misericordia. Et si filii israel dimitterent legem suam corrumpendo iusticias: et non seruando mandata sua visitaret peccata eorum in flagellis: sed tamen ꝙ nũꝙ amoueret misericordiam suam: nec faceret contra suum datum testamentum: nec faceret verba sua vana et sine effectu. sed ꝙ semper impleret quod fuit per eũ ꝓmissum: ꝓpter has ergo ꝛ alias ꝙplures consideratas rationes nisi si voluerit loqui contra totam rationem non potest aliquis dicere ꝙ iesus christus post mortem suam per quam deus pater suus impleuerat quod promiserat. ꝙ ipse sicut prius debebat seruare in se legem moysi dando per suos actus testimonium nõ esse impletũ qđ erat implẽdũ. et ꝙ multo maioris attentionis est ꝑ suos proprios actus confitendo deum patrem suum: quia nõ impleuit in tẽpore assignato promissum: ꝛ futurũ

q erat mendax et periurus. Quis non dico hec dicere: sed τ solũmodo audire potest tam grandẽ blasphemiam. ¶ Quia ergo christo iesu post mortem suam non fuit conueniens seruare legem moysi: quia in eius obseruatione faciebat magnam offensam τ iniuriam deo patri suo dando testimonium de eo ex quo non impleuerat promissum nõ esse veracem. Sed periurium imaginetur vnusquisq; in seipso si fidelibus iesu christi licitum est seruare legem moysi sicut prius: τ sic circũcidere se τ facere cerimonias in lege moysi ordinatas sicut pro pignore vel diuisa quam debebãt ducere in se iudei quousq; eẽt impletum illud quod per deum eis fuerat promissum quid aliud esset hoc nisi per suos actus continue dare testimonium q non erat adhuc crucifixus iesus christus: sed q ad implendum per deum promissum debebat venire in mundum et crucifigi. τ tamẽ tempus in quo debuit compleri promissio dei iam esset preteritum. sicut dictũ est. erat dare testimonium q ex quo defecerat deus in dictis suis non erat verax sed falsus τ periurus. Et quis dubitat q quicunq; affirmaret talem blasphemiam de deo: q talis non esset amicꝰ dei: nec esset in sua gratia: sʒ ĩ suo odio τ inimicitia. τ qđ nimiũ aggrauat non quotidie semel: sed vel septies sicut iusto accidere potest qđ in vna die cadat septies. prouerbiorũ. xxiiij. Et totiens resurgat si in tali odio τ ira dei esset cõtinue de nocte τ de die per actus suos τ vitam dando testimoniũ deum in sua promissiõe defecisse. Et sic patet consideratio prima huius sexti articuli. sciliʒ q iudei iam non habent legem: quia lex moysi cessauit postq̃ eam xp̃s adimpleuit. ¶ De secundo pũcto huius articuli qui est quasi corelariũ precedentis notandum q sicut dictum est cum tẽpus promissionis iam sit preteritum τ per iesum xp̃m impletũ qui diceret adhuc legalia seruanda esse iste esset blasphemus τ in continua ira dei. τ cõstat q in tali ira; τ odio dei sũt certissime τ continue iudei cũ ipsi sint circuncisi τ circuncidant filios suos soluto debito: retinentes pignus quod datum fuit quousq; esset debitum solutum: τ ducendo eam cõtinue in se pro diuisa in magna iniuria τ offẽsa dei: sicut si nõ obseruasset iuramentũ per eum factum. Sed diceret hic forte iudeus ego libenter dimitterem circuncisionem si possem τ acciperẽ baptismũ τ sequerer xp̃m: sed nõ possum circuncisionem dimittere: quia obligat ad perpetuum: quia illud pactum datũ abrae τ semini eius per deum fuit federe sempiterno. vt patet Genes. xvij. Ergo cum obliget ad perpetuum oportet vt illud obseruem. Respõdeo iudeo q sempiternum non accipitur pro perpetuo vel eterno: sed p longo tempore ptʒ. Exo. xij. vbi habetur q ritus τ festiuitas pasche debebat celebrari federe sempiter

no. tamē ihere. xxiij. scribitur Ecce dies veniunt dicit dn̄s. ⁊ nō dicent vltra viuit dominus qui eduxit filios israel de terra egypti. et per consequēs sequitur illo tempore vel in illis diebus nō curabitur de phase. quia istud festum nō erat aliud nisi memoria liberationis filiorum israel de terra egypti Circuncisio licet per longum tempus deberet durare. tamen adueniente xp̄o debebat cessare: quia fuit data abrahe in signuꝫ xp̄i de eo nasciturī vt habetur ad Ro. iiij. c. Modo ita est ꝙ adueniente signato cessat signum, sicut bibito vino remouet circulus qui erat signū vini. Simile est etiam de cōtractu obligationis sicut late dictum est in p̄cedenti consideratione. quia si sit cōtractus obligationis de. x. florenis vsqꝫ ad festum sancti Johannis vel vsqꝫ ad alium determinatuꝫ terminum solutis illis cōtractus est nullus Simile etiam est de promissione regis facta militi de castro aliquo dando ⁊ in signum talis ꝓmissiōis datur sibi anulus. quē portet vsqꝫ ad impletionem promissi dato castro miles nō portabit amplius anulum: quia nihil aliud significabat nisi promissionem factā de castro. Item adueniente rege cessant signa ⁊ solēnitates q̄ propter regis aduentum fiebāt. Item adueniente festo cessat vigilia q̄ erat dispositio et preparatio ad festuꝫ. ita circūcisio erat vigilia et preparatio ad aduentum christi ⁊ ad baptismum quod est maximū festum

Item possessio limitata iter duos terminos nō extendit se circa primum nec vltra secūdum. sed talis possessio fuit circuncisio limitata inter abraham ⁊ christū Gen. xvij. hoc erit pactum inter me ⁊ te. quasi dicat incipiat in me ⁊ non ꝓgredietur vltra me. Clarissime ergo ex omnibus supradictis patet cessatio circuncisionis ergo iudei vtētes eadem cum hoc sit magna iniuria vt satis dictum est ac si non soluisset promissum propter hoc sunt in continua ira et odio dei. ¶ Tertius punctus est ostendere quō oīa i figura ↄtingebāt illis sicut dicit ap̄lus. i. Cor. x. ⁊ addit scripta aūt ad correctionē nr̄aꝫ: vbi duo sunt notanda in predictis verbis. Primo tempus vmbre prefiguratum: secūdo tēpus gr̄e consūmatū primū fuit sub lege mosayca. secundū est sub lege euangelica. primū fuit figuratum. secūdum gratiarum. In primo solum fuit figuratio ac per hoc imperfectio quia nihil ad perfectuꝫ adduxit lex ad hebr. vij. In secundo est veritatis exhibitio ac per hoc perfectio. Unde vocat ab apostolo plēitudo tēporis ad gal. iiij. ¶ Pro primo ergo dicit ap̄lus omnia in figura contingebāt illis. In figura dicit ꝑsignante illa que tempore gratie sunt impleta. ⁊ bene dicitur in figura sicut enim videmus ꝙ filius cesaris vel herculis et si sit in se res aliqua principaliter tamen signum est cesarē vel herculem representans. sic et omnia que fuerunt facta in veteri

testamēto fuerunt in se res alique sicut paradisus: archa noe. diluuiū arcus celestis. nubes. tabernaculū templum et huiusmodi. principaliter tamen signa erant non quidem rei presentis sicut sunt sacramenta noue legis que significant gratiam iam presentem: sed fuerunt signa gratie et veritatis exhibite in nouo testamento. Jo. i. Lex p moysen data est: gratia et veritas per iesum xp̄m facta est. Unde possumus dicere de his que sunt tēpore gratie exhibita illud quod scribit Sapiētie. xiiij. Figura eorū e lōgin quo allata est. Item sicut illud qd̄ per suam figuram cognoscitur imperfecte cognoscitur intuitiue. qr non videtur in se sed quasi abstractiue quia cognoscitur in alio puta in sua imagine. sic et filij israel qui solum figuras et corticem littere attendebant ea que impleta sunt tempore gratie ꝛ si aliquo modo cognoscebant impurissime tamen ꝛ valde imperfecte. in signum cuius cum moyses de monte descēderet cornuta et splēdida facie nō potuerunt hebrei claritatem vultus eius aspicere et si aliquos radios cernebāt vultus tamē sui claritatē nullatenus attingebāt Exo. xxxiiij. Et sic iudei solū videbant figuram et attendebāt littere corticem. medullā tamen spiritualis sensus nequaq̄ attingebant ꝛ vsq̄ in posternum diem velamē super cor iudeorū positum est vt nō possint cognoscere veritatē. Sꝫ xp̄iani reuelata facie gloriam domini speculantur sicut dicit apostolus. ij. ad Cori. iij. Unde doctor catholicus figuratur per moysen: est em̄ assumptus de aquis baptismalib⁹ de quo dicitur numeri. xij. q non p figuras et enigmata sed palā deū videt. quod quidem verum est nō tamen simpliciter: quia videmus per speculum ꝛ in enigmate. i. Cori. xiij. sed solum respectu iudeorū ¶ Pro secūdo additur scripta ad correctionem nostram. Primū em̄ tempus fuit quodāmodo peccata cōmittēdi. Secundū autem est tēpus peccata corrigendi. lex enīꝫ p hibet concupiscentiam: et sic dando ipsi⁹ notitiam ipsam excitabat ꝛ quoniam sacramenta legis non conferebant gratiam. Ideo p quidam occasionem non datam quidē cum lex esset sancta ꝛ iusta. sꝫ acceptam a iudeis carnalib⁹ quasi eos impellebat ad peccādum. Unde ꝛ lex dicebatur lex peccati et mortis sicut ap̄ls ad Ro. vij. et. viij. Tēpus autem gratie est tempus peccati corrigendi: tum quia pena iudeorum reddit xp̄ianos cautiores et quia sacramenta noue legis gratiam conferunt et scriptura euangelica expressius peccata condemnat. Unde et si de omni scriptura canonica verum est quod dicit apostolus. ij. ad Timo. iij. Omnis scriptura diuinit⁹ inspirata vtilis est ad docendum ad corrigendum. ad arguendum. ad erudiendum in iusticia vt sit homo dei perfectus ad omne opus bonuꝫ instructus. principaliter tamen verum est de scri

ptura euangelica. Hec enim docet fidei veritatem. arguit mundi vanitatem. corrigit peccati vilitatē erudit precepti equalitatē. ¶ Circa primum iterum sciendum est ꝙ in veteri testamento sub figurarum innolucris prefigurabantur quatuor que sunt christianis tempore gratie reuelata videlicet credēdorum continentia, cauendorum immundicia: inimicorum fraudulētia et malicia. sacramentorum virtutũ et honor virtus et efficacia.

¶ De prefiguratione credendorum: et primo de prefiguratiõe sancte trinitatis.



Quātũ ad pmũ notandum ꝙ omnes articuli fidei in scriptura veteri sub figuris multiplicibus quasi sub quibusdā sigillis que nunc soluta sunt velabantur. articulus enim trinitatis et vnitatis de quo dixerat moyses ſm veritatem hebraicam, ge. i. c. In principio creauit heloim qḋ est plale huius nominis hel quod est idem quod deꝰ: heloim dixit propter personarũ pluralitatē et creauit propter essentie vnitatē de quo etiam refert eisdem eodē ca. ꝙ volens formare hoiem dixit faciamꝰ hoiem ad imaginem et silitudinem nostram: faciamus dictum est propter personarum pluralitatem: et nostram propter substātie vnitatē de quo etiam. ps. lxvi. dicitur Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus et cetera. ter dicit deus non propter tres deos sed propter tres diuinas personas. Eum autem dicit in singulari metuāt eũ et cetera: hoc dicit propter nature identitatem. de quo etiā dicit Isaias ppheta ca. vi. Seraphim clamabant alter ad alterum. sanctus sctũs sanctꝰ dñs deus sabaoth. ter dicit sanctus quia tres sunt diuine psone. dñs deus addit quia est in tribus deitas vna. De hoc articulo qui est primum credibile habes expressam figuram in sancto abrahā de quo sic dicitur gen. xviii. ꝙ tres vidit vnum adorauit dicens dñe: et cetera. tres sibi apparuerunt quia tres sunt diuine psone quas sicut vnum adorauit dicens. dñe quia in eis est vna deitas que est precisa rō adorandi tres diuinas psonas.

¶ De prefiguratione dominice incarnationis.



Articulus dominice incarnationis i veteri testamento sub figurarum inuolucris fuit. de qͦ dicit Esa. Ecce virgo cōcipiet et piet filium et cetera Esa. vii. Et ihieremias nouum faciet dominus super terrā. Femia circūdabit virum. ihere. xxxi. hec figuras multiplices i veteri testamēto hūc ei figurauerũt paradisus voluptatꝪ. gen. ii. et arcꝰ diuine charitatis. Gen. x. Quid p

paradisum, nisi virginem intelligimus: in cuius medio. in vtero fuit lignum vite. i. dei filius et in quo deus sola virtute nulla creatura cõcurrente opere posuit hominez. i. christum. quid per arcũ variuz nisi iesum intelligo quẽ deus posuit in nubibus. i. in marie visceribus radijs diuine gratie penetratis qui fuit ɀ est quantum ad homines signuz diuine reconciliationis. in cuius signum arcus est versus celum ɀ corda versus nos. Et ideo nõ oportet timere sagittas ire dĩ submersiõis generalis aquaɀ. Hunc etiã figurabãt rubus visionis et vellus gedeonis. ignis fuit in rubo quia diuinitas fuit humanitati sed nõ cõburebatur rubus quia propter istã vnionẽ nõ fuit ɔsumpta hũanitas nec in diuinitatẽ cõuersa. Exo. iij. Item ros fuit in vellere. i. diuina gratia in maria virginitate cõseruata. ipam dei filio fecũdans. terra fuit circũquaqз sicca. qɀ caro marie nõ fuit aliquo semine polluta. Judicuз. vi. Hũc etiã figurauerũt arche testamẽti ɔditio, solis descẽsus. ɀ porte clausio. Quid per archaз nisi mariã intelligimus quid p vrnã aureã inter archã inclusaз: nisi humanitatem xpi. quid p manna quod erat intra vrnã nisi diuinitatem eius intelligo. de ista archa habetur Exo. xxv. De cõtẽtis autẽ in archa explicat ap'ls ad hebr. ix. c. Sol descendens per decem gradus ĩ horologio archã signat qꝫ sol iusticie descẽdit per decem ordies craturarum et de decimo assumpsit humiliorem naturam de corpore gloriose virginis marie. Nouem ordines fuerunt nouez ordines angelorum. decim⁹ ordo fuit hominũ de hoc descensu habet. iiij. Regũ. xx. Porta fuit clausa perpetuo ɀ tñ solus rex ingreditur et egredit p eã. porta significat virginez qɀ virgo mãsit perpetuo et tamẽ rex glorie solus ingressus fuit in eam per carnis assumptionem ɀ egressus p eam p stupendã editionem de qua habetur Ezech. xliiij.

De pfiguratiõe natiuitatis xpi.

Articulus autẽ natiuitatis xpi de quo dixit Jsa. propheta ca. ix. paruulus natus est nobis et cetera fuit figurat⁹ ĩ natiuitate: Jsaac. de qua gen. xxi. ĩ natiuitate Samuelis de qua. i. Reg. i. Hi enĩз ꝙuis nõ fuerunt nati de virginibus sunt tamen nati de sterilibus ɀ supra nature cursuз: fuit autem figuratus expressius in ascensu floris de quo Esa. xi. Flos de radice yesse ascendet. ɀ in egressu fontis Johelis. iij. Fons egredietur d domo domini et cetera: ɀ in ortu solis de quo Eccl's. i. Oritur sol et cetera. Jn abscisione lapidis danielis. ij. dicitur ꝙ abscisus est lapis de mõte sine manibus qui statuam cõtregit: huius statue caput erat et auro purissimo. pectus autem et brachia de argento. vẽter ɀ femora de ere; pedes de ferro et terra p hãc

statuam figurantur quattuor magna regna sibi in orbe succedentiū ſm φ daniel diuinit⁹ edoct⁹ ibi exponit. Primum est regnū chaldeorum φ significatur per caput aureum vt ibidem dicitur. Secūdum est regnum Persarum: quod figuratur per argentum quod subiecit sibi regnum chaldeorum. Tertium est regnum grecorum. s. Alexandri quod subiecit sibi regnum Persarum ⁊ figurantur per es. Quartum est regnum romanorum quod figurat per ferrū quod subiecit sibi regnū grecorum aliaqꝫ regna mundi sicut ferrum domat oia. Per lapidē abscisum de monte sine manibus significatur xp̄s siue regnum xp̄i cui subijciendū erat predictum regnū romanorum. In hac expositiōe omnes catholici et hebrei cōueniunt Quo supposito sic arguit. In hac prophetia exprimitur φ ille cui subijciendum erat regnum romanorum et imperium est ipse xp̄s cū hoc ergo sit completum tempore cōstantini et siluestri pape quo tempore romanorum imperium subiectum est per veram fidem iesu christo filio marie virginis. Sequit φ iste est verus christus veritas et signatum huius figure. quia mons significat virginem: lapis christum. abscisio lapidis natiuitatem eius que fuit de virgine sine manibus. i. sine opere cuiuscunqꝫ creature. Hic lapis confregit statuam mundi vanitatem dictum regnum romanorum sibi subijciendo.

¶ De p̄figuratione vite ⁊ conuersationis christi.



Vita xp̄i ⁊ cōuersatio d̄ qua Baruth. iij. In terris visus est ⁊ cū hominibus conuersatus est fuit figurata per columnam que filijs israel p̄cedebat q̄ de nocte erat ignis illuminans: de die vero nubes refrigerans. Vita enim christi illuminauit mundum contra noctem ignorantie ⁊ refrigerauit contra estum concupiscentie: nec vacat a mysterio φ illa nubes erat tenebrosa egyptijs et luminosa hebreis. qr in vita christi fuerunt reprobi excecati et electi illustrati: de hac calūna habet Exo. xiij.

¶ De prefiguratione doctrine ⁊ p̄dicationis christi.



Doctrina autē xp̄i ⁊ predicatio fuit figurata in legis datiōe que fuit facta. Moysi. Exo. xx. et in legis secunda prescriptiōe Exo. xxiiij. ⁊ in legis repetitiōe que fuit facta in Deut. quasi per totum: propter quod dicit Hiero. in epistola ad paulinum. Deuteronomium vero secunda lex et euangelice legis prefiguratio fuit etiam figurata in locutione angelorum qui ex persona dei loquebantur sanctis patribus et precipue in locutione illius q̄ loquebatur Moysi et filijs

israel aliqn in mōte aliquādo in deserto aliquando ad ostium tabernaculi. aliquando inter cherubim qui propiciatorium obumbrabant: vide scripturas.

¶ De pfiguratione passionis xpi.



Articulus de passione xpi: morte & sepultura. de quo dan. ix. propheta predixerat dicens. Occidetur christus fuit multipliciter figuratus. Fuit enim xps venditus i ioseph. Ge. xxx.i. Nudat⁹ in noe, Gene. ix. Ligatus in Sansone. iudi. xvi. Irrisus in helisco cui dicebant pueri. Ascende calue. iiij. reg. ij. Consputus in iob. Iob. xvi. Cesus et verberatus in Esaia. qui dicebat. Corpus meum dedi percutientibus et genas meas vellentibus. Esaia. lix. suspensus in botro qui portabatur invecte; & in serpēte eneo. de primo. Nume. xiij. de secundo. Nume. xxi. Clauis affixus in Isaac qui portabat ligna & quē pater ligabat super struem lignorum. Genesis. xxij. capi. Et crucem christus baiulauit et super eā fuit colligatus. quia in ea fuit clauis affixus. Translanceatus in adā. Apertum enim fuit latus ade et inde fuit formata mulier Geñ. ij. et apertum fuit latus christi dormientis in cruce. & inde fuit formata ecclesia quia de christi laterali vulnere fluxerunt ecclesie sacramēta. Fuit occisus in abel, geñ. iiij. Sepultus in iona. Fuit enim Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic et saluator fuit tot dieb⁹ et tot noctibus in corde terre sicut ipse dixit in euangelio. Math. xij. hanc figuraꝫ habes ione. ij. Hec sepultura fuit figurata in quiete domini que fuit. vij. die. geñ. vij.

¶ De pfiguratione descensus anime xpi ad inferos.



Articulus de descensu anime xpi ad inferos fuit figuratus in descēsu dei qui descendit in egyptum vt liberaret populum israel de manibus egyptiorum Exo. iij. & anima christi descendit in infernū qui per egyptum tenebrosum figuratur vt educeret vinctos suos de lacu in quo non erat aqua. sicut dicit Vaticinans zacharias: zacha. ix. Christus etiam est prefigurat⁹ in Abacuch. qui tulit prandium cōsolationis. danieli viro desideriorū i. sanctis patribus deliberati desiderantibus qui erant in lacu leonum. Daniel. vlti.

¶ De prefiguratione resurrectionis christi.



Articul⁹ resurrectionis christi De q̄ in ps. iij. ex psona christi exurrexi quia domin⁹ suscepit

me.et alibi.ps.lvi.Exurgam dilu culo.fuit figurat⁹ in iacob. de quo Gen.xxviij. q surgens mane Iacob tulit lapidem quem supposue rat capiti suo:et erexit in titulum Iacob est christus qui surrexit ma ne.supple a mortuis:mane dico cū adhuc essent tenebre:et tulit lapi dem.i.humanitatem suam quā sup posuerat capiti suo.id est i deo sup ple substantificauerat. Caput eñ christi deus est: vt dicit apl'us.i. Corint h.xi.Et erexit in titulum.s. a fidelibus contemplandum: pre dicandum:ꝛ adorandum.fuit etiaꝫ figuratus in sansone. de quo dicit Iudi.xvi.q dormiuit ad noctē me dium.et consurgēs tulit ambas fo res:corpus scꝫ ꝛ animam suaꝫ. Ex his duabus figuris ortum habue rant ille due opiniones. August.et Grego.dicit eñ Aug.q xp̄s surre xit mane.i.diluculo diei pasche ha bens pro se factum Iacob. Greg. autē dicit q surrexit media nocte habens factū sansonis pro se. qui possunt concordari per hoc q chri stus surrexit in principio diei ter tie.et sic post mediam noctem. sta tim enim post mediam noctēꝫ dies naturalis incipit:ꝛ potest dici ma ne.ꝛ hoc pro Augustino.vel dicen dum q surrexit dominus ſm veri tatem mane etiam diei artificialis hoc enim reputatur probabilius. non tamen erat clara dies: immo adhuc erant tenebre. vnde quasi de nocte surrexit. et sic saluatur opinio vtriusq3.

¶ De p̄figuratiōe ascēsionis xp̄i.



Articulus de ascensione xp̄i de quo in ps.lxvij.Ascendisti in altum.ꝛc. Et alibi.ps. xlvi.Ascendit deus in iubilo. fuit figuratus in translatione Enoch. Genes.v.Et in ascensione Helye iiij. Regū.i.in regressu iacob qui dixit. Gen.xxxij. In baculo meo transiui iordanē istum:ꝛ nūc cum duab⁹ turmis regredior. Christ⁹ in baculo crucis transiuit iordanē mortalitatis ꝛ cū duabus turmis scꝫ angelorū ꝛ hominuꝫ regressus est in celū. Fuit etiaꝫ figuratus in aduentu filij hominis vsq3 ad antiquum dierum.de quo Danielis. vij.Ecce dicit ibi in nubibus celi quasi filius hominis veniebat et vsq3 ad antiquum dierum peruenit:ꝛ dedit ei potestatem honoreꝫ ꝛ regnum.

¶ De prefiguratiōe aduētus xp̄i ad iudicium.



Articul⁹ de aduentu christi ad iudicium.de quo expresse p phetauit Iohel.iij.ca. ibi enim dicitur ex persona dei. Congregabo omnes gentes:et de ducam illos in vallem Iosaphat ibi disceptabo cum eis.Fuit etiaꝫ expresse figuratus Danielis, vij. vbi dicitur q throni positi sunt ꝛ antiquus dierum sedit. Thronus

eius flamme ignis: et ibidem iudicium sedit et libri aperti sunt: ibique dicitur. quod fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie sedentis: qui consumpsit bestiam cum vndecim cornibus quo facto sancti acceperunt regnum. Throni figurabant sedes apostolorum antiquus sedens iudicem xpm qui est antiquissimus secundum diuinitatem. Fluuius igneus egrediens figurabat xpi sententiam acutiorem quam sit ignis que consumit demones cum reprobis cunctis. Iudicabuntur enim ex his que apparebunt in libris conscientiarum: qui tunc aperientur: quo facto sancti regnum dei perpetuo possidebunt.

¶ De prefiguratione generalis resurrectionis.



Articulus autem de xpi carnis resurrectione: de quo propheta ait iob. xix.c. dicens. Scio quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circundabor pelle mea: et in carne mea videbo deum. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius: reposita est hec spes mea in sinu meo. Fuit figuratus Eze. xxxvii. vbi dicitur quod ossa que prius erant arida vehementer accesserunt ossa ad ossa vnumquodque ad iuncturam suam et super ea nerui et carnes ascenderunt et ingressus est in ea spiritus et vixerunt. Que omnia exponit ibidem propheta de resurrectione mortuorum Unde ibi dicitur. Hec dicit dominus. Ecce ego aperiam tumulos vestros et educam vos de sepulchris vestris populus meus etc.

¶ De prefiguratione vite eterne et mortis eterne: malis et bonis dande.



Articulus autem de vita eterna quam electi post mortem assequentur fuit figuratus in scala iacob de quo dicitur Ge. xxviii. quod vidit scalam tangentem celum et angelos ascendentes et descendentes et dominum innixum scale. Scala significat vitam sanctam que habet multos gradus: quoniam multi sunt gradus sanctitatis. Per hanc descendunt angeli dei vt informent homines et ascendent viri angelici: vt videant dominum ipsi scale innixum: cuius quidem visio erit vita beata. Fuit etiam figuratus in terra promissionis quam filii israel post transitum deserti post multos labores multaque prelia adepti fuerunt: sic et sancti post transitum deserti penitentie sequentes ducatum columne nubis et ignis: id est vite: saluatoris post multos labores bonorum operum: post multas victorias vitiorum et hostium spiritualium beatificam vitam que eterna erit finaliter assequentur. Sub isto articulo continetur fides de morte eterna reprobis debita: que fuit figurata Numeri. xvi. vbi dicitur. quod Chore datan et abiron: et multi alii propter peccatum suum viui descenderent in

infernum: sic ⁊ reprobi viri vita naturali priuati: tamen vita gratie ⁊ glorie descēdunt in infernum: et tūc erit verū qđ dicit. Math.xxv. Qđ ibunt reprobi in supplicium: iusti autē in vitam eternā. Electi figurantur p pincernam pharaonis cui dixit Joseph. Memento mei cum tibi bene fuerit ⁊c. Reprobi aūt per pistorē qui amputato capite suspensus est in cruce. Genesis.xl.

¶ De pfiguratiōe vnitatis eccl'ie

Articulus de vnitate ecclesie fuit figuratus in archa noe: in tabernaculo federis: in templo salomonis ⁊ in hierusalē terrestri In archa fuerunt cōgregata aialia de oi sexu ⁊ genere: ⁊ i ecclesia catholica sunt collecti iudeus et gentilis: masculus ⁊ femina: liber ⁊ seruus: hō irrationalis ⁊ vtens ratione. Archa ferebatur super aquas ⁊ eccl'ia fuit sup tribulationes hui' mūdi: ad archam colūba rediēs portauit ramū oliue: ⁊ xp̄s ad ecclesiā reuertēs spūaliter denunciat pacem. In mūdo inquit pressuram habebitis in me autem pacem. Johā.xvi. Extra illam archam nullus saluari potuit: sic et extra ecclesiam nullus potest esse saluus. De his oibus habes Geñ. vij. ⁊ viij. In tabernaculo et in tēplo colebatur ⁊ adorabatur deus. Fiebant ibi sacrificia per que remittebant peccata: ⁊ pctōres recōciliabant deo: sic in sola ecclesia est diuinus cultus offertur grata sacrificia: recōciliant peccatores: ⁊ remittunt ibi peccata. Unde bene dicit ecclesia. Credo vnā sctām ecclesiam catholicam sctōꝝ cōionē: remissionē peccatorū. i. in qua sola est sctōꝝ cōio ⁊ remissio peccatoꝝ. Hierusalē etiam erat ciuitas sacerdotalis ⁊ regia. sed excellētius sancta ecclesia: qꝛ in ea sunt omnes xp̄iani sacerdotes ⁊ reges facti in sanguine iesu xp̄i. Apoca. v. sic igit habemus totā fidei cōtinentiā in scriptura veteri multipliciter figuratam ⁊c.

¶ De prefiguratione cauēdorum scȝ septē capitaliū vitiorū ⁊ trāsgressionis decē preceptorum.



Quantū ad secūdū sciendū q peccata que oino cauere debemus fuerunt figurata multipliciter: scilȝ in lepre plaga de qua Leuit.xiij. In lepra marie de qua Nume.xij. In lepra giezi. de qua.iiij. Reg.v. In morticinis ⁊ immūdicijs q fuerūt in multis locis phibita in lege: pctm̄ em̄ aiaȝ fecit leprosam. ⁊ ipam eiecit a consortio angelorū: facit em̄ aiam immundā ⁊ fetidam plusq esset aliq legalis immūdicitia: vel aliquod morticiniū faceret. Septē autem pctā mortalia fuerūt figurata per

septem funes quibus ligatus fuit Sanson. Iudicu. xvi. Sunt enim peccata quedam vincula et funes quibus ligantur peccatores ne libere possint incedere vel operari. Decem autem transgressiones contra xpi precepta decalogi fuerunt figurata per decem cornua bestie. Dan. vii. de quibus ejiciebantur. xi. loquens contra deum blasphemias [illegible] quod desperatio et finalis impenitentia figuratur. Sic ergo habemus quod peccata in generali et peccatorum numerus [illegible] fuerunt in scriptura veteri figurata etc.

tro. Figurantur etiam per illos qui persequebantur filios israel in deserto: contra quos pugnauerunt. Moyses et Josue. Et non vacat a mysterio. quod nunquam potuerunt superare Jebuseos: per quos carnis vicia que nunquam perfecte in hac vita de lege communi superantur figurantur. Figurantur etiam per goliath. saulem et absalonem persecutores dauid. Item figurantur per egyptios. chaldeos. medos. persas. grecos et romanos: hebraici populi persecutores.

¶ De [illegible]

¶ De prefiguratione virtutis et [illegible]

Quantus ad ter [illegible]

Quantum autem ad quartum notandum quod arma et remedia quibus sanantur peccata et vincuntur spirituales inimici sunt [illegible]

¶ [illegible]

[illegible]

¶ De prefiguratione sacramenti confirmationis.

Confirmatio fuit figurata in vnctione regũ. hoc eñi sacramento xpiani roborantur in fide: et sicut reges ad spũalia bella preparantur vide de vnctione saul. i. Reg. x. et de vnctiõe dauid prime. Regum. xvi.

¶ De prefiguratione sacramenti eucharistie.

Sacramentũ eucharistie fuit figuratũ in oblatione melchisedech q̃tum ad spẽs: offerebat eñi panẽ et vinũ. Ge. xiiij. Et in agno paschali q̃tũ ad cõtentũ in sacramẽto: qđ est vera caro xpi. Exo. xij. Et in manna ad saporẽ spũalem. Exo. xvi. habebat eñ mãna oẽ delectamentũ et saporẽ suauitatis. Sap. xvi. Et m̃ltos orñs in sacramẽto altaris. Figuratũ etiã fuit per oĩa sacramenta antique legis.

¶ De prefiguratione sacramenti penitentie.

Sacramentũ autẽ pñie q̃tũ ad cõtritionẽ i gemitu dauid fuit figuratũ de quo in. ps. vi. Laboraui in gemitu meo et c. Et in fletu ezechie. iiij. Regũ. xx. Quãtũ ad cõfessionẽ fuit figuratũ in leprosis: de qbus p̃ceptũ est vt se ostenderẽt sacerdoti. Leuit. xiij. Et in cõfessione dauid q̃ dixit postq̃ pctm̃ commiserat: peccaui dño. ij. Reg. xij. Quãtũ ad satisfactionẽ fuit figuratũ i facto regis Niniue. Uide Jone. iij. quõ p hũilitatẽ et ieiunia dño satisfecit. Quãtũ aũt ad vniuersa figuratur hoc sacramẽtũ p septẽ lotiões q̃bus se lauit Naaman in iordane et mũdata fuit ei⁹ lepra. iiij. Reg. v. Jordanis itẽptat iudiciũ: et significat penitẽtiam p quã pctõres se iudicãt ne iudicent a dño. et i hoc Jordane se dz lauare septies cõtra septẽ pctã mortalia: vt sic mũdet spũalis lepra. Figurat etiã p. xi. saga cilicina q̃bus tegebat tabernaculũ. Exo. xxvi. q cõtra. x. p̃cepta decalogi sunt. x. trãsgressiões q̃ figurant p. x. plagas egypti. Uide in Exodo de quorũ medio egreditur. xi. i. desperatio et finalis impenitẽtia: que fuit figurata p. xi. cornua bestie sicut dictũ est supra. Et figurant hec. xi. mala nõ solũ p. xi. cornua verũ p. xi. aplos: de q̃bus in. ps. lxxxij. Moab et agareni et c. vide glo. et interpretatiões cõtra q̃. xi. mala debet se peccator pungere. xi. sagis cilicinis penitẽtie: vt sic vulnus aperiatur et virus egrediatur.

¶ De prefiguratione sacramenti ordinis.

Sacramentum ordinis fuit figuratũ in institutione ordinis leuitarũ et ministrorum taberna

culi. de quibus in li. Numeroꝝ. Et in ordinatione sacerdotum. de qua Exo. xviij. precipue autẽ fuit figuratũ sacerdotiũ ecclesie in sacerdotio melchisedech. de quo Gen. xiiij. Sacerdos enim ecclesiasticus nõ est sacerdos ſm ordinẽ leui: sed ſm ordinem melchisedech in psal. cix.

¶ De prefiguratione sacramenti matrimonij.



Sacramẽtum autẽ matrimonij nove legis fuit figuratũ i matrimonio qð fuit inter adã ⁊ euã vñ ipse dixit, ꝓpter hoc relinquet homo patrẽ ⁊ matrẽ ⁊c. Gen. ij. Adã enim non legitur habuisse nisi vxorẽ vnicã. vnde ibi dixit. adherebit vxori sue nõ vxoribus. Figuratum etiã fuit per matrimonium quod fuit inter Isaac ⁊ rebeccã. de quo Gen. xxiiij. Ipse enim isaac fuit vnicus vnice: ꝓpter hoc immunis fuit ab illa maledictione quã incurrit Lamech qui prius induxit bigamiã Gen. iiij. Et tale dꝫ esse matrimoniũ ecclesie. De tali enim dicit ap̃ls ad ephes. v. Sacramẽtũ hoc dico magnũ in xp̃o. ⁊ in eccl̃ia. Nec etiã dico quin bigamia vel octogamia sit verũ matrimoniũ: sed tamẽ multũ deficit a ratione sacramẽti. Notat super hoc Alexãder de ales in. iij. tractatu. ij. super precepto. ꝙ habere plures vxores fuit adulteriũ ipsi Lamech. propter duo. Primo quia fuit contra ius naturale. scꝫ ne facias aliũ quod tibi non vis fieri. Et vir non vult ꝙ vxor diuidat carnẽ suã cũ multis. ⁊ ita peccauit in deum. Secundo quia fuit contra morem ⁊ cõsuetudinẽ ⁊ moderantiã. Ex incontinentia enim immod:rata plures habuit. ⁊ sic scandalizauit primũ. sancti ꝟo patres non cõmiserunt adulterium in habendo plures. nec peccauerunt cõtra ius naturale: quia cũ eis occulta inspiratiõe fuit dispensatũ. nec contra morem: quia iam erat in cõsuetudinẽ tractum. Et nota ꝙ causa dispensationis fuit triplex. s. ꝓpter multiplicationem cultus dei exemplo Abrae. Gen. xvi. Item in figuram. Coniugium enim patrũ significabat connubium christi et ecclesie que multiplicatur per contemplatiuos et actiuos. s. filios et mercennarios. quod figuratũ fuit in vxoribus Jacob liberis ⁊ ancillis siue concubinis. Gen. xxvi. Itẽ ꝓpter moderantiam ⁊ temperantiã. Moderate enim appetebant antiqui patres coitum. s. ꝓpter solaꝫ ꝓpagationem ad cultum dei. exemplo dauid. ij. Reg. xxvi. ¶ Ad maiorem autem euidentiam predictorum. Nota ꝙ concubina dicit̃ duobus modis. Uno modo assumpta ad tempus ad prolem producendã ꝙ dicitur assumpta ad tẽpus. hoc dicitur ad differentiam vxoris: et ꝙ dicitur ad prolem procreandaꝫ: hoc dicitur ad differentiam meretricis. talis concubina non est vxor et coitus cum ea est fornicarius et

illicitus ƺm se. et est etiam contra legem naturalem ꝛ scriptam. Jus enim publicum legis natural is dictat procreationem filiorum cum educatione ꝛ hereditatis successione. qꝫ non posset esse nisi esset copula parentum inseparabilis. Jtē est contra ius priuatum rationis. qꝫ dictat non facere aliī qꝫ homo fieri non vult sibi et ecōuerso. Quilibet enim vir vult: vt effect⁹ eius cui copulatur sibi inseparabiliter adhereat. Secundo modo dicitur concubina assumpta inseparabiliter ad semper. sed conditionis seruilis. et sic realiter erat vxor. Sed tamen dicitur concubina: quia nō erat principalis vxor. vñ Gen. xvi. Sara dedit abrae Agar in vxorez. Rachel dedit balam ancillam viro suo in coniugium. Gen. xxx. licꝫ autem quelibet talium diceretur vera vxor et inter virum ꝛ eam diceretur verum matrimonium. deficit tamen a ratione sacramenti: quod est vnici ad vnicam: vt dictum est. ¶ Ulterius notat hic dominus bonauentura in. iiij. ꝙ predicta dispēsatio de pluribus vxoribus nō fuit tempore nature instituta. quia tūc non erat necessitas sterilitatis: nec in tempore gratie est. quia multiplicatum est genus humanum ad cultum xpi. Sed ratione vtilitatis fuit tempore abrae: quia ante eum multiplicabantur non ad cultum dei: sed ad mala. ꝛ ideo deleti sunt de terra. Sed ratione honestatꝫ ad illos se extendit qui vxoribus ꝛ cōcubinis temperātur et ad cultum dei multiplicandum sciebant ꝛ volebant vti. Hec autem dispensatio facta est diuina inspiratione in patriarchis et rege dauid quando et quoniam vtrisqꝫ facta est de semine dauid repromissio. Et quia isti erant tanꝙ capita. ꝛ imitandi erāt tanꝙ sancti intellexerunt recte dispensationem ad omnes extendi qui erant imitatores eorum ꝛ mos fuit ex hoc introductus durās vsqꝫ ad christi aduentum.

¶ De pfiguratōe extreme vnctōis



Sacramentuꝫ extreme vnctionis fuit figuratū in multiplici vnctione veteris testamenti. Tūc enim vngebantur reges ꝛ sacerdotes templum et altare et certe cū christianus est propinquus morti. tunc propinquus est: vt sicut rex adipiscatur regnum glorie. vt etiā sicut sacerdos offerat deo sacrificium laudis perpetue: vt etiam in eius anima templo et altari summus pontifex deus colatur. laudetur et honoretur in eternum: ꝛ propter hoc vngitur christianus cum est propinquus morti. Ungebātur etiaꝫ antiquitus pugiles. ꝛ sic christianus in morte. quia aggreditur bellum fortissimum. tūc enim ipm hostis impetit vehementius: propter quod oportet ipsuꝫ tanꝙ strēnuum pugilem strenue dimicare. Ungebantur etiā antiquitus spon

se cum viris tradebantur. Unde et vxor ab vngendo dicitur. eo q vngeretur. et certe anima christiani cum debet exire de corpore debet tradi celesti sposo. et traduci in tabernaculũ eius: vt eius castis amplexibus perpetuo delectetur.

¶ De prefiguratione septem donorum spiritussancti.



Septem autẽ dona de quibus dicitur Isa. xi. figurata sunt per septem crines capitis samsonis: quibus rasis ab eo recessit fortitudo Judicũ. xvi. et vere exclusis a capite hominis. i. ab anima septem donis spiritussancti recedit ab homine fortitudo. Figurãt etiam sm expositionẽ Gre. go. per septem filios iob. Job. i. per dona enim spiritussancti adoptatur homo in filium dei perfectissime. vt sit dignus hereditate superna.

¶ De prefiguratione septẽ vtutũ.



Septem autẽ virtutes figurantur per septem dies: quib9 deus cuncta fecit opera et postea quieuit quia per virtutes illuminatur anima et in ipsis quiescit cum per ipsas perueniatur ad requiem spiritualem in presenti et eternam in futuro. Figurantur etiam per septẽ dies festiuitatum legalium. per ipsas enĩ anima solemnizat. colit deũ et a vitijs cessat. Figurantur etiã per illas septem mulieres. de quibus Isa. iiij. Apprehenderunt septem mulieres virum vnũ &c. Nemo enĩ est vir: nec vir vnus vnitate gratie: nisi quem iste domine apprehendunt.

¶ De prefiguratione septem bonorum spiritualium. et primo bonitatis crucis in passione christi.



Hunc etiam alia bõa spiritualia que multũ valent ad superationẽ hostiũ ac etiã ad purgationem viciorum. Primũ est virt9 crucis et passiõis xpi que fuit figurata in baculo dd. et in. v. lapidibus quos accepit de torrente: cum quibus occidit philisteum i. Reg. xvij. baculus crucem figurabat. v. lapides. v. plagas iesu q̃s christianus cum funda sue considerationis debet contra demones facere. et sic debellabitur hostis.

¶ De prefiguratione bonitatis et orationis matris iesu christi.



Secundum autẽ bonum est virtus oratio matris christi q̃ fuit figurata per Judith q̃ holofernem occidit Judith. xiij. et

hester que amā ꝛ hostes populi israel occidi procurauit. vide in libro hester et per iahel que sisaram percussit. Iudi.iiij.ꝛ per bersabee matrē salomonis.de qua.iij.Reg.ij.ipsa enim et si fuit sponsa dei patris sicut hester assueri.fuit tamen vere mater veri salomonis cui dicit filius suus illud verbum quod dixit salomon matri sue.iij.Reg.ij.Pete mater mea quod vis: neqꝫ enim phas est vt auertam faciem tuam.Omnia etiam que salomon dicit in laudem spōse in lib.Cāti.de gloriosa matre domini spiritualiter exponuntur.

¶De prefiguratiōe bonitatis virtutis: potestatis siue auctoritatis ecclesie in orando.



Ertiū bonū est virtus potestas siue auctoritas ecclesie: cuius oratio summe placet deo Est enī ipsa vnica sponsa xpi cui dixit sponsus Cāti.ij. Ostende mihi faciem tuā.sonet vox tua in auribus meis.vox enim tua dulcis ꝛ facies tua decora.

¶De prefiguratione virtutis orationis sanctorum noui testamenti.




Uartū bonū est oratio sanctorū noui testamēti qui iam cū xpo regnant: scꝫ apostolorum qui fuerūt figurati i sanctis patriarchis et pphetis.nam sancti patriarche factis ꝛ pphete dictis gratiam noui testamenti prefigrarunt et meritis populum deo reconciliare efficaciter meruerunt.de quibus Isa.xxvij.Qui ingrediūtur impetu ad iacob.florebit ꝛ germinabit israel.implebunt facieꝫ orbis semine ꝛc. Sanctorū martyrum qui fuerunt figurati in sanctis machabeis: qui interpretantur victoriosi. fuerunt enim re et nomine victores. Sanctorum confessorum qui fuerunt figurati in filijs pphetarū.de quib⁹ in.i.ꝛ.ij.Regū. Sanctorum et sanctarum virginum qui fuerunt figurati in abel.qui fuit primus virgo de quo Gen.iiij. Et in filia iepte.Iudi.xi. Et in abysag sunamite q̄ fouit Dauid regē.de q.iij.Reg.i.

¶De prefiguratione bonorum pastorum ecclesie.



Uintū autēꝫ bonum est sedulitas bonorum pastoruꝫ ecclesie: qui fuerunt figurati per Moysen Iosue ꝛ Dauid. Illi enī orādo ꝯmaxime ꝛ nihilomin⁹ operādo ꝓstrauerūt hostes.Uide quō moyses orādo ꝓstrauit amalech.Exo.xvij.Sic ꝛ boni pastores eccl'ie orādo ꝛ operando.docēdo ꝛ lucis exēpla ministrādo hostes eccl'ie superāt ꝛ p ipsos sub diti ad sanctitatē opera ꝓuocant:

De prefiguratione bonitatis diuine inspirationis.



Sextũ bonuȝ est diuina inspiratio q̃ etiã indulcorat huius immodi amaritudinem: et illustrat animam contra errorum caliginem. Quantũ ad primũ figurat per illud lignum quod ostẽdit dñs moysi: qđ cum in aquis missuȝ fuisset. in dulcedinem verse sunt. Exo. xv. Quantũ ad secundũ figuratur per fauum mellis: quem gustauit Jonathas ꝛ illuminati sunt oculi eius. i. Regum. xiiij. Que etiam figuratur per angelũ dñi qui descendit in fornacẽ ꝛc. Dan. iij. quoniam refrigerat concupiscentiam.

De prefiguratione bonitatis discrete considerationis hominis.



Septimũ bonũ est discreta hoĩs cõsideratio. debet enim homo sepe considerare et ad memoriam reducere. vij. christi beneficia. vij. matris gaudia. vij. effusiones sanguinis iesu. vij. ordines sanctorũ qui sunt in patria. vij. offensas: quibus offendũt homines deũ. per. vij. peccata mortalia. vij. plagas nouissimas. de quib⁹ Job. Apoca. xv. per quas intelliguntur vij. inferni supplicia. vij. dotes glorie quas merentur electi. per. vij. opera misericordie. vij. sanctorum ordines figurantur per septem boues pulchras ꝛ crassas: ꝛ septem dotes glorie per septẽ spicas plenas ꝛ formosas oẽs: quia reprobi per septẽ fedas boues: ꝛ cõfectas macie: ꝛ septẽ inferni supplicia ꝑ septem spicas percussas vredine de quibus omnibus habet Gen. xli. Per quas septem cõsiderationes ruit mundi vanitas: peccati vilitas: carnis complacentia: ꝛ demonũ fraudulentia. Unde figurantur iste septem cõsideratiões per illos septẽ circuitus quos fecerũt filij israel circa vrbem Iericho ipsos archa dñi precedente. Josue. vi. Sic ꝛ xp̃s qui est archa domini xp̃ianum precedat in presenti exilio sit semꝑ ante sue mẽtis oculos: ꝛ sic septẽ circuitus ꝛ septẽ considerationes predictas faciat q̃tum ad ipsum mũdi vanitas destruet. Apparet igit ex premissis q̃ ſm q̃ dicit appostolus ad Hebreos. ix. Facta in veteri testamẽto fuerunt parabole instantis tẽporis: ꝛ sic omnia in figuram contingebant illis. i. Chorinthiorum. x. Et sic patet primũ principale huius considerationis tertie.

De prefiguratiõe correctionis nostre in tempore gratie.



Circa secũdum huius tertij puncti est sciẽdum q̃ tẽpus gratie vt dictũ est. est tp̃s peccata corrigendi ꝛ cauendi ad

que multum valent peccata veterum que punita fuerunt tēporaliter In quorum quidem punitionibus figurabatur punitio xpianorū sempiterna si comittant similia.

¶ De prefiguratione correctionis superbie.



Ad correctionē enim superbie et inobedientie multū valet moralis Adam figura in tunicis pelliceis eiusq eiectio de paradiso. que ipse et vxor sua meruerunt pro se et cunctis posteris suis pro eo q consentiētes suggestioni dyaboli superbi et inobediētes fuerunt. Ad hoc etiam multū valet expulsio Saul de regno qui ꝑpter superbiam et inobedientiā regnū israel amisit sicut de hoc habetur. i. regū. xv. et. xvi. Ad hoc etiā multū valet suspensio Absalonis in quercu. qui propter superbiam et ambitionē regnandi suspensus in quercu. fuit a Joab interfectus ij. Reg. xviij. Multum etiam valet ad hoc plaga cōminata Ezechie propter hoc q quadam ostentatione ostenderat babyloniis oēs thesauros domus sue. iiij. Regū. xx. valet etiam ad hoc mors illorū pricipum quinquagenariorum qui superbe loquentes Helye meruerūt extingui ab igne celesti. iiij. Reg. i.

¶ De prefiguratione correctionis inuidie.



Ad correctionē etiam inuidie multū valet maledictio Cayn q ꝑpter inuidiā abel interfecit. Ge. iiij. reprobatio esau. q fratri suo Jacob inuidens et odio habens sicut dicitur Gene. xxvij. fuit temporaliter reprobatus. Valꝫ ad hoc tribulatio quam passi fuerunt filij Jacob qui inuidētes ioseph. Ipsumq odio habentes sicut dicit Gene. xxxvij. sustinuerunt propter hoc tribulationem multiplicem in egypto sub eodem Joseph fratre suo. Valet ēt ad hoc vexatio saul q inuidens Dauid nec rectis oculis ipsum aspicere valens propter hoc quod dixerunt mulieres. percussit Saul mille. et Dauid. x. milia fuit inuasus a maligno spiritu. i. Regū xvi. Ad hoc etiam multuꝫ valet lepra Marie et leuitarum plaga. qe inuidētes murmurauerūt contra moysen. De maria habetur Nume. xij. de leuitis. xvij. Ad hoc etiā multum valet interfectio Adonie qui inuidens salomoni regi israel propter hoc fuit iterfectus. iij. Regū. ij.

¶ De prefiguratione ad correctionē Iracūdie.



Ad correctionē iracūdie valet maledictio Cayn. cui dixit dominus vbi supra. Cur iratus es. quare concidit vultus tuus et cetera. Valet etiam maledictio

fratris symeon et leui. qui irati propter stuprum dine interfecerunt sichimitas. Genesis. xxxiiij. de quibus dixit Jacob maledicendo Ge. xlix. In furore suo occiderunt virum. maledictus furor eorum et cetera. Ualet insuper ad hoc submersio pharaonis et egyptiorum qui turbati et irati propter exitum filiorum israel insecuti fuerunt eos. et tandem submersi sunt in mari rubro. Exod. xiiij. Ualet etiam ad hoc mors nabal de quo dicitur. i. Reg. xxv. quod erat vir durus. maliciosus et pessimus. propterea factum est cor eius emortuum. et ita percussit dominus Nabal. et mortuus est.

¶ Auaricie.



D correctionem etiam peccati auaricie occurrit Achor vel achan qui accepit de anatehemate iericho regulam auream propter suam auariciam et argentum et pallium propter quod fuit lapidatus et cuncta que illius erant igne consumpta Josue. vij. Occurrit etiam achab qui concupiuit iniuste vineam naboth propter quam et ipsum fecit interfici cui dixit helyas in hoc loco in quo linxerunt canes sanguinem naboth lambent sanguinem tuum etc. iij. Reg. xxi. Occurrit insuper giezi qui propter cupiditatem suam et auariciam accepit a naaman tria talenta argenti et vestes mutatorias duplices. propter quod lepra naaman adhesit ei. iiij. Reg. v. voluit etiam vendere gratiam sanitatis Occurrit helyodorus qui volens rapere pecunias que erant in erario fuit verberatus egregie. et positus in gestatoria sella. ij. Mach. iij.

¶ Accidie.



D correctionem autem accidie occurrit dina que peruagans regionem egressa vt videret mulieres illius terre fuit a sichem oppressa. Gen. xxxiiij. Filij israel qui vacantes ocio expectantes moysen fecerunt vitulum. Exod. xxxij. et propter vitulum quem adorauerunt. xxiij. milia fuerunt interfecti. Dauid qui ocians in solario domus concupiuit bersabee cum qua et concubuit et postea vriam virum suum interfici fecit. ij. Reg. xi. Sodoma cuius peccati occasionem dicit propheta fuisse habundantiam diuitiarum ocium et saturitatem panis. Ezech. xvi.

¶ Gule.



D correctionem autem gule occurrunt Eua. Esau. Jonathas. loth. holofernes. filij israel. et sacerdotes bel. propter gulam enim eua maledictionem meruit. Genesis. ij. Esau primogenita vendidit. Genesis xxv. Loth propter hebrietatem incestum commisit. Gene. xx. Jona-

chas patrez offendit. et aliqualiter populum turbauit. i. regũ. xiiij. Holofernes a Judith fuit interfect⁹ Judith. xiij. Sacerdotes belis q̄ deuorabãt que offerebantur a Dario trucidati sunt Dañ. xiiij.

¶ Luxurie.



D correctiõem autem luxurie occurrũt inũdatio diluuij. Gene. vij. ⁊ consumptio. v. ciuitatum. Genesis. xix. Interfectio fichimitarũ propter dinaz. Genesis. xxxiiij. Peritio filiorum israel in deserto qui fuerunt fornicati cũ madianitis. ⁊ ideo multi fuerũt percussi. Nume. xxv. Destructio tribus beniamyn qui propter vxorem leuite quã abutendo interfecerunt quasi omnino consumpti fuerunt Iud. xix. ⁊. xx. cap. Infortunium dauid cui ꝓpter vxorem vrie hoc contingit ꝙ absalon filius suus ingressus fuit ad cõcubinas suas. ij. Regũ. xvi. sic propheta ei predixerat. ij. Regũ. xij. Interfectio amõ propter thamar sororem suam. ij. Regũ. xiij. Infatuatio sansonis. Iudi. xvi. Apostasia salomonis cuius cor fuit depratum per mulieres. iij. Regũ. xi. Interfectio presbyterorũ qui cõcupierunt susannã. Daniel. xiij.

¶ Idolatrie.



D correctionez ydolatrie occurrit illud Exod. xxxij. Sedit populus manducare et bibere et surrexit ludere. i. coram vitulo conflatili choreas ducere vl' ludere. i. ad instar puerorum vitulum adorare. qui opere fusorio factus erat. Pueri enim fingunt sibi de luto quedã ydola q̄ postea pueriliter adorant vnde nihil aliud fuit ludere coram vitulo ꝙ ydolum factum adorare et ibidem dicitur ꝙ leuite de mandato Moysi propter hoc peccatũ interfecerunt quasi. xxiij. milia hominum. Illud etiã occurrit de hoc idem ꝙ quasi omnia flagella et captiuitates populi israelitici fuerunt propter ydolatrie scelus: hoc dictum ad primum preceptũ. ¶ Ad correctionem blasphemie que est cõtra secundũ preceptum habes lapidationez blasphemi. Leui. xxiiij. ¶ Ad correctionem violantiũ sabbatũ habes punitionẽ illi⁹ q̄ ligna i sabbato colligebat. vid' Nũe. xv. hoc dictũ ad tertium preceptũ ¶ Ad correctionem vero temeritatis vsurpantium officia ministrorum ecclesie habes percussionem oze qui archam tetigit. ij. Regũ. vi. leprã ozie qui thura incẽdebat ij. Paral. xxvi. ¶ Ad correctionez inhonorantiũ parentes habes maledictionem cham qui irrisit patri suo. genesis. ix. Et maledictionem ruben qui fedauit cubile patris sui cui dixit pater. non crescas. Genesis. xlix. Maledictionem absalonis qui expulit patrez suuz de therusalẽ ⁊ polluit concubinas eius. vbi supra. ¶ Ad correctionẽ homicidij habes iterfectionẽ illoꝝ

50. absalon

qui interfecerunt isboseth.ij.regū.iiij.ꝛ interfectionem Joab qui abner et amasan interfecerat de quo iij.Reg.ij. ¶ Ad correctionem mechie habes multa que supra statim dicta sunt. ¶ Ad correctionem furti habes lapidationem presbyterorum. Danielis.xiij. ¶ Duo vltima precepta non habuerunt penā determinataꝫ in lege. Idcirco q̄uis transgressio ipsorum sit peccatum mortale ac mortis eterne meritum ipsorum tamen punitio nō fuit alicubi in scriptura veteri figurata.

¶ De prefiguratione ad correctione malorum principum.



D correctiōeꝫ autem maloruꝫ principum occurrit pharao propter quē egyptus periit. Exod.xiiij. Occurrit roboan propter queꝫ regnū israel scissum fuit.iij. Regū.xij. Itē sennacherib propter cuius maliciam et superbiaꝫ percussit angelus domini.clxxxv.milia assyrioꝝ.iiij.regū.xix. Occurrit etiam nabuchodō. qui ꝓpter maliciam suam fuit quasi conuersus in bestiaꝫ. Daniel.iiij. Item antiochus de quo dicitur.ij. Mach.ix.ꝙ de ipsius corpore vermes scaturiebāt. ꝛ infra dicitur ꝙ homicida et blasphemus miserabili vita functus est. Occurrit etiā trāslatio regnoꝝ de gente in gēteꝫ que maxime ascribitur et attribuitur malitie principū Eccli.x.

¶ De prefiguratione ad correctione maloꝝ prelatoruꝫ.



D correctioneꝫ malorum prelatoruꝫ occurrit heli q̄ fuit negligens in correctione filioruꝫ qui de sella corruens mortuus fuit. multaqꝫ mala populo acciderūt.i.Regū.iiij.

¶ De prefiguratione ad correctione malorum sacerdotum.



D correctioneꝫ malorum sacerdotū occurrunt filij hely ofni et phinees, qui nescientes sacerdotis officiū.i.Reg.ij. corruerunt in precio.i.Regū.iiij occurrunt etiaꝫ nadab et abiu qui obtulerunt igneꝫ alienū.et ideo fuerunt a domino percussi.deuorauitqꝫ eos ignis. Leuit.x. Ignem alienum offerunt sacerdotes auari et luxuriosi quos gehēne incendium deuorabit.

¶ De prefiguratione ad correctione omniū predictorum.



D correctioneꝫ omnium predictoruꝫ occurrit considerare virtutes sanctoꝝ veteris testamenti videlicet iusticiā noe. de qua Ge.vi. Fidē ꝛ obediētiā abrahe. de fide hēs Ge.xv. et obedientia. Ge.

xxiij. Item de virtute eius et pace quā voluit habere cū Loth. hēs Ge. xiij. Occurrit secundo cōsiderare simplicitatem iacob. Ge. xxv. Castitatē ioseph. ge. xxxix. Humilitatem dauid hēs in multis locis i. Regū. Ieiunium Moysi de quo Exo. xxiiij. Ieiuniū helye. de quo iij. Reg. xix. Abstinētiā Judith vide in libro illo Danielis ⁊ sociorū eius. Dan̄. i. zelū phinees q̄ interfecit fornicatorem. Nume. xxv. et Mathathie. qui trucidauit sacrificātē super arā. i. Mach. ij. Occurrit etiam cōsiderare sedulitatē laborādi Ruth. et largitatē Booz. vide in libro ruth. Patiētiā Job. ⁊ Thobie vide in libris eorū. Occurrit etiā ꝯsiderare zelū Samuelis qui interfecit regem Agab. i. Reg. xv. et helye qui interfecit sacerdotes Baal. iij. Reg. xviij. Occurrit etiā cōsiderare strenuitatem machabeorum et martyriū Eleazari. ⁊ illoꝝ. vij. fratrum. ij. Macha. vi. ⁊. vij. Sic ergo patz ꝙ bn̄ dixit apl'us ꝙ facta veteris testamenti scripta sunt ad correctionē nostraꝫ Dicit enim apostolus. i. Corinth. xi. dum iudicamur aūt a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mundo dānemur. Sed multum terribile est qđ scriptura dicit ꝙ difficile est corrigere quē deus despexerit. Eccl's. vij. vere signum est diuine despectionis quādo homo a malis suis nō corrigitur qui totiens et in tot locis corripit per scripturas. Patet ergo clarissime ex his que dcā sunt in hac tertia cōsideratione ꝙ omnia que predicamus de christo iesu. oīa credenda. omnia cauenda omnis inimicoꝝ spiritualium malicia: omnis virtutis sacramentoꝝ ⁊ efficacia. oīa predicta et alia fuerunt in lege et prophetis et psalmis prefigurata. et ad nostram correctionem scripta. quia omnia illa in figura contingebant illis. i. Corinthiorum. x.

¶ Quia omnia scripta de venturo Messia impleta sunt in iesu xp̄o.



Quart' pūctus et vltimus huius terrii articuli est videre quomodo oīa que scripta erant de messia vēturo fuerunt impleta in christo iesu saluatore nr̄o ⁊ ideo ipse verus messias nec ali' expectandus. Pro cuius claro intellectu aperiuntur. xij. Thesauri. Primus erit de tempore aduentus christi. Secundus de eius ꝓgenie Tertius de assimilatione. Quart' de loco natiuitatis. Quintus de eius nomine. Sextus de eius veneratione. Septimus de modo viuendi. Octauus de modo moriendi. Non' de causa mortis. Decim' de eius resurrectione. Undecimus de premio credentium. Duodecimus de pena persequētium in presenti et in futuro.

¶ Quia verus messias debebat venire in destructione secūdi tēpli et ablatiōe sceptri israel. ⁊ ipletione lxx. ebdomadaꝝ danielis.

PRim⁹ thezaurus aperitur de tēpore aduentus messie. qđ sacra scriptura pronūciauit et specifice determinauit. Pro cuius declaratione hic adducam quattuor testimonia. Primuȝ est testimonium prophetaruȝ: secūdum glosas Talmuth. licȝ in illo libro reperiantur multe vanitates τ abhominationes et hereses. nō soluȝ contra legē euangelicā: ſȝ etiaȝ contra essentiaȝ diuinam. τ contra legem scripture ac cōtra legeȝ nature vt suo loco videbitur propter que puniri deberent. Veruntamē ad conuincendam maliciaȝ eoruȝ proprijs auctoritatibus suorum doctorum concludetur aduentus messie sicut optime fuit disputatū cum sapientibus eorum et conclusuȝ τ determinatum coram summo pontifice Benedicto. xiij. Presentibus pluribus cardinalibus. prelatis τ magistris in theologia. et alijs multis notabilib⁹ personis. Anno domini. M. cccc xij. xviij. pontificatus eiusdeȝ summi pontificis. Secundum est testimonium inquisitionis iudeorum. Tertium erit testimoniū iosephi. hystoriographi eorum. Quartuȝ erit testimoniuȝ Pylati qui eum tradidit crucifigēduȝ arbitrio eorum. ¶ De primo dico ꝙ tēpus assignatuȝ aduentus messie erat in fine secundi templi Jherusalem pauloante destructionem eiusdē templi: vt patet Malachie iij vbi dicitur. Ecce ego mitto angelum meum. et preparabit viam ante faciem meam τ statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quē vos vultis Ecce venit dicit dominus exercituuȝ In dicto textu sunt tria vocabula que significant suum aduentū multuȝ prope. Primum est ecce. quod ostendit rem presentem ante nos. Secundum est statim: quod ostendit rem breuissimam vel sine tempore. Tertium est ecce venit. Iteȝ quando dixit ad templum suum ostendit ꝙ in hora sui aduent⁹ erit templum edificatum et in bono statu per cōtrarium illius quod credunt iudei qui dicunt ꝙ quādo ipse veniet: inueniet eos in captiuitate τ templuȝ desertū. Itē secundo sicut dixit Isa. ca. lvi. Hec dicit dñs. Custodite iudiciū τ facite iusticiā ꝙ iuxta est salus mea vt veniat et iusticia mea vt reueletur. τ declarant doctores hebreoȝ in beresit raba. i. genesi magno. Rabi mosse darsan quid voluit dicere. iuxta est salus mea. vt vēiat τ iusticia mea vt reueletur: hoc dicitur pro rege messia. propter quod dixit Daniel capitulo. ix. τ adducat iusticia sempiterna. Item tertio dixit. zach. ix. Exulta satis filia syon. iubila filia iherusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus τ saluator ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filiuȝ asine. In quo dixit ecce rex tuus ostēdit eius aduentum breuissimum. Et quod restat in hoc textu ostendit ꝙ loquit

de christo iesu: quia in tali habitu intrauit in hierusalem. Multũ facit admirari quomodo omnes isti prophete fuerunt cõcordes: vt omnes vna voce dicerent aduentum messie esse tam propinquissime et ꝙ postmodum retro cesserit tanto tempore a tempore vltimo predictorum prophetarum vsq; hodie cum transierint iam vltra mille septingenti anni. Inuenimus enim balaam Numei.xxiiij. dixisse ꝓphetando pro rege dauid. videbo eum sed non modo intuebor illum. sed non prope et ab eo vsq; ad dauid non fuerunt nisi quadringenti anni modicum plus. Quare per vim habemus dicere ꝙ pauco tempore post dictos prophetas habebat eẽ aduẽtus messie. Dicet iudeus per dicta prophetarum bene ostenditur esse aduentus messie in breui. sed quomodo probabitur ei ꝙ ille aduentus fuit in fine templi secũdi in eadem hora qua fuit aduẽtus iesu christi. Dico ꝙ hoc ostenditur multum bene multis auctenticis prophetijs et rationibus. ⁊ primo per Isa.cap.ix. qui dixit. Paruulus enim natus est nobis. ⁊ filius datus est nobis. Et factus est principatus super humeros eius. ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis. consiliarius deus fortis pater futuri seculi. princeps pacis. multiplicabitur ei⁹ imperiũ ⁊ pacis nõ erit finis. Nõ est dubiũ quin ista ꝓphetia loquatur de messia: quia impossibile est aliquez hominẽ carnalem in quo nõ sit diuina natura intitulari tam excellentissimis titulis. Item quia ipsimet doctores hebreorum dicunt hoc in prologo hecarabeti idest lamentationis magne. Ubi dicit rabi Oze galileus in noĩe messie ẽ pax. q2 sic scriptũ est pater futuri seculi: princeps pacis. Itez in libro canhedrin in capitulo quod incipit totus israel. Dicit rabi thauhum. Que est ratio ꝙ quecunq; men que est in medio vocabuli est apta ⁊ hec est clausa. Respondet quia deus voluit facere de Ezechia messiam: et venit virtus iudicialis ⁊ dixit ante deum saluatorem mundi. Dauid qui dixit ante te: tot cantica: ⁊ tot laudes: non facis messiam et Ezechiam pro quo fecisti tot miracula: et non dixisti vnum canticum ante facies messiam: et ideo deus clausit men. Et illa hora exiuit filia vocis. id est vna reuelatio et dixit secretum meum mihi: secretum meum mihi: ve mihi. Et declarat rabi Salomon ꝙ dicebat deus hoc secretum de aduentu messie meum est. Et qđ propheta respondit. ve mihi vult dicere. O miser quando veniet ille messias. ¶ Et ꝓdicta auctoritate possimus elicere tres ꝯclusiões. Prima ꝙ messias est ipsemet de⁹: q2 ꝓdicti tituli nõ possunt iustificari nisi de ipsomet deo. Scđa cõclusio est ꝙ messias natus est de maria existẽte virgĩe: q2 illa littera men. posita in verbo multiplicabitur. quod in hebraico dicitur lemarbe ostendit nomen eius: quod est in

hebraico merien. In latino maria ambo noia incipiũt in illa littera men: sed in recta scripta quasi cursu naturali debebat esse men aperta. Inſtrumvero est clausa per cõtrariũ τ contra naturã totius scripture ostẽdit dictã merien vel mariã esse clausam siue virginẽ. Sic eni ɔtra cursum nature cõcepit et peperit. q2 nõ ex virili semine: sed mystico spiramine. Tertia cõclusio est que ad propositum facit ꝙ dictamen clausa ostendit tempus aduentus messie punctualiter: q2 hec prophetia fuit dicta ĩ quarto anno regis Achaz. et ab illo anno vsq3 ad destructionẽ p2imi tẽpli que facta fuit. xi. anno regis Sedechie transierũt. cl. anni. Itez durauit captiuitas babylonie. lxx. annis. Temp9 scdm̃ ꝙ edificauit neemias durauit. ccccxx. ãnis si subtrahamus. xl. annos qui trãsierũt a passiõe xp̃i vsq3 ad destructionẽ templi per Titũ remanent sexcẽti anni ĩ q̃ transierunt ab horã in qua dicta fuit predicta ꝓphetia vsq3 ad passionem xp̃i: et tantũ sumat men clausa in nũero ꝑm hebreos. cuius figura in habedario hebreorũ hec est: ex quibus seqtur ꝙ in illa men clausa ostẽdit nobis de9 illa dño secreta cum dixit. Secretum meum mihi. Secretum meum mihi. Primuz ꝙ mater messie debebat esse maria siue virgo. Secundo ꝙ tempus saluationis aduentus messie fuit punctualiter sexcentorum annorum a reuelatione prophetie vsq3 ad passionem saluatoris. Iterum potest idem probari in vna auctoritate que est in medrasttuphin. i. glosa psalteriũ vbi dicit rabi. Iohanam tribus annis cum dimidio stetit gloria domini in monte oliueti dando voces τ dicendo. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est Isa. lv. Item dixit in hereсit raba. i. in generi magno rabi mosse darsan. Quid voluit dicere salomon in cãticis canticorũ cap. i. qñ dixit. Exultauimus τ letabimur in te: qñ hoc erit. Quãdo pedes dei stabũt in monte oliueti illa hora erimus nos leti. Dico ꝙ manifeste apparet. q2 isti tres anni cum dimidio sunt illa dimidia ebdomada quam dixit Daniel pro messia. Confirmauit aũt pactum multis. Inuenim9 eni ꝙ sic fuit: q2 saluator noster recepit baptismũ in etate. xxx. annorũ: τ deinde vsq3 ad tẽpus passionis fuerunt quasi tres anni cũ dimidio: quib9 ambulauit per galileã τ per montem oliueti conuocando homines ad penitentiam. τ respectu huius dicebat predicta verba Isa. recitata per rabi Ioanni: scз. Querite dñm dum τc. vt supra. Itez potest probari manifeste ꝙ aduent9 messie debet esse in predicto tempore per auctoritatem quandam que est in libro canhedrin. in cap. quod incipit. Totus israel: et in libro Abadazara capi. i. vbi dicit. sic legitur ĩ studio helie. Sex mille anni est mundus duo milia vanitatis. duo milia legis: τ duo mi-

lia messie. Sed propter peccata nostra iam sunt extra magna pars. Iterum in eodem capitulo dixit Helias rabi iuda: non est minus mundus quam quinquaginta quinque iubilei. In ultimo iubileo veniet filius david. glosa. Rabi salomon istud summat quattuor mille ducenti et quinquaginta anni: et in ultimo iubileo filius david veniet. Notum est quod mors messie fuit circa tempus: quando impleti sunt quattuor mille anni a creatione mundi. Et posito quod non inveniatur punctualiter quod essent illa hora quattuor mille anni non est mirum: quia maior decomputatio quam sit hec invenitur in verbis dei: in textu legis cum deus dixit abrae. Scias quod futurum est semen tuum in captivitate in terra aliena quadringentis annis. Et quando fuerunt liberati dicit textus: quod steterant ccccxx. annis. Et postquam bene visitavimus computum: invenimus. quod ex quo Iacob descendit in egyptum usque quo fuerunt liberati per manus moysi non transierunt nisi ccx. anni. Item si bene numeramus computum invenimus quod subiectio captivitatis non fuit nisi quasi centum anni. ergo secundum hoc non est mirum si doctor divisit sex mille annos de duobus in duobus milibus. ergo facta acciderunt circa illam divisionem modicum plus vel minus. Et posito quod dicat aliquis quod secundum auctoritatem illam tempus adventus redemptoris deberet esse in plenitudine quattuor milium annorum post destructionem templi intantum quod salvatio foret ducentis annis anticipata ante computum doctoris. Dico quod est mirabile: quia Esa. in fine capituli. lx. illud prenosticavit dicendo. Ego dominus in tempore subito faciam istud et qui habent oculos ad videndum possunt intelligere quod rationabilius est: quod adventu salvatoris anticiparetur ex gratia dei ducentis annis ante tempus suum: quam in preteritum transeundo mille ducenti anni post quattuor mille non veniendo. Iterum ad ampliorem probationem dicte conclusionis invenimus quod dicit Talmuth hierusalem ista in libro beraoht i capitulo haicore et me qua rabeti. id est lamentatio magna: dicit sic. Accidit uni iudeo qui stabat laborando quod dedit mugitum bos transitque unus arabs: audivitque vocem bovis et dixit iudee fili iudei. Solue: solue: solue: tuos boves et tuum apparatum: quia sanctuarium vestrum destruitur. Iterum bos dedit secundum mugitum: et dixit ei arabs iudee fili iudei liga tuos boves et prepara illos: quia natus est rex messias. Et dixit ei iudeus quod est nomen suum. Respondit menahen. id est consolator. Dixitque ei iterum iudeus. Et quomodo est nomen sui patris. Dixit ei. Ezechias: id est fortitudo dei: dixit iterum iudeus. Et ubi est natus dixit ei. In bethleem iude. Dicit rabi abon. Et quid oportet discere ab arabibus quod textus clarus est

in Esaia.x. qui dicit. Libanus cū excelsis cadet: et dicit statim post Et egredietur virga de radice yesse. ¶ Ex predicta auctoritate eliciuntur et multum bene quattuor conclusiones. Prima quia aduentus messie fuit circa destructionem templi. Secunda quod messie nomen est menahen quod sonat in hebraico consolator: quia per manum eius fuit consolatum genus humanum de peccato Adam. Tertia quod est filius dei: quia nomen patris quod hic intitulat ipse quod est ezechias significat in hebraico idem quod deus fortis. Quarta quod natus est in bethlee3. Item dixit Talmuth in beresit Raba antiqua dicit rabi Simuel filius nahaman. Unde probabis tu quod in die in quo fuit destructio templi in illa die natus est messias: de quo dixit. Esa. c. vlti. Ante quam parturiret peperit: antequam veniret partus etiam peperit masculum in hora qua fuit destructio templi dederūt voces israel sicut mulier existens in partu: et dicit ionathas in translatione chaldaica antequam ei veniret angustia fuit saluata: et antequam veniret dolores partus reuelatus est rex messias. Itē dicit in eodem libro rabi simuel filius Johannā semel ibat Helias per viam in die qua fuit destructū templum: et audiuit vnam filam vocis: id est reuelationem clamantem et dicentem. Templum sanctū vadat ad destructionem quando illud audiuit helyas imaginatus est quomodo posset destruere mundum: et iens inuenit homines arātes et seminantes: et dixit eis. Deus est iratus contra mundum: et vult destruere domum suam et captiuare suos filios inter gentes: et vos intromittitis vosipsos inuitis temporalibus. Exiuit altera reuelatio et dixit. Dimitte eos facere: quia iam natus est saluator israel. Dixit ipse et vbi est ille: dictum est illi. In bethleem iude. Iuit illuc et inuenit mulierem quandam sedētem in porta domus sue: et filium eius inuolutum in sanguine: et iacentem ante eam: dixitque ei filia. Filium peperisti: et dixit sic. Et ait ei. Et quid est hoc quod sic est inuolutus in sanguine. Respondit grande malum est: quia in die in quo natus est destructum est templum. Dixitque ei. Surge filia et accipe eum: quia per manum suam debet esse magna saluatio. In illa hora surrexit mater et accepit puerum: et ipse recessit inde vsque ad quinque annos: et in fine quinque annorum dixit. Ibo et videbo saluatorem israel: si nutritur in forma regum vel angelorum. Iuit ergo et inuenit mulierem in porta domus sue: et dixit ei filia. Quid est de illo puero. Respondit rabi. Nonne dixi tibi quod cum malo nutritur: quia in die qua natus est fuit templum destructum: et vltra hoc: quia habet pedes nō ambulat: oculos habet et non videt: aures habet et nō audit: os habet et non loquitur: et sic sedet sicut vnus lapis: et dum ipse loqueretur cum ea insufflaui

ventus a quattuor partib⁹ mũdi et proiecit eum in mari magno: et ea hora Helyas scidit vestimenta sua et euulsit capillos suos: et dixit ve quia perdita est saluatio israel. Et exiuit vna filia vocis id est reuelatio: et dixit Helya. Nõ est sicut tu cogitas: sed quattuor centis annis habitabit in mari magno: et lxxx. annis vbi ascẽdit fumus circa filios Chore. et lxxx. annis in porta rome quod remanet annoꝝ per omnes ciuitates vsq; ad finẽ. Ecce quomodo apparet manifeste ex omnibus predictis auctoritatibus aduentũ messie esse in destructione templi. ¶ Sed iudeus poterit arguere dicendo: ꝙ predicte auctoritates probãt aduentuz et destructionem fuisse eadem die: sed veritas non est sic. quia a die passionis vsq; ad destructionem transierunt. xl. anni. Hic potest dari optime duplex responsio. Prima ꝙ istud nomen dies accipi potest tripliciter. scilicet stricte: large: et largissime. Primo accipitur prout sol est supra orizontem. Secundo accipitur pro. xxiiij. horis. Tertio accipitur pro tempore sicut inuenimus in Esa. ca. xix. vsq; ad. xxxix. Ubi sepe fit mentio de hoc nomine dies et necessario habet accipi pro maiori tempore ꝙ est annorum. Secunda responsio est ꝙ si templũ bene durauit post passionem quadraginta annis: veritas tamen est ꝙ in hora passionis perdidit templũ oẽm sanctitatem suam et cessauerunt omnia miracula que fiebant in eo. Nolite ergo querere o iudei maiorem destructionem ꝙ illam. Unde dicit Thalmuth in libro de Joma in capitulo quod incipit septem dies legunt magistri decez miracula q̃ facta erant in domo sancta. scilz ꝙ abortiuit ex odore carnis sctẽ. Non fetebat caro sancta aliquo tẽpore: nunꝙ apparuit musca in tẽplo: nunꝙ accidit pollutio sacramenti magno in die indulgentiarum. Nunꝙ inuenta est macula in pane propositiõis: et licet pedes starẽt in templo cum habebat hu milliari spaciosi inueniebantur. Nunꝙ nocuit serpens nec alacerni hierusalem. Nunꝙ dixit vir socio suo strictum hospitiuz habuit in hierusalez. Nunꝙ fuit sufficiẽs pluuia ad extinguendum ignem altaris. Et nunꝙ fuerunt sufficiẽtes venti ad torquendum pilare fumi quod ascendebat de altari. Et dicit trãsmaya et adhuc plres: quia partes vasorum terrenorum que frangebantur in templo fundebantur in eodem loco: et dicit abaye: et adhuc plume auiũ sacrificij et cinis altaris incensi omnia fundebantur in loco suo. et totum hoc cessauit. xl. annis ante destructionẽ templi: sicut scriptum est. Signa nostra non vidimus non est vltra propheta neq; apud nos est sciens vsq;quo. ps. lxxiij. Item dicitur in eodem libro: legunt magistri ꝙ. xl. annis in quibus administrauit symeon iustus omni hora vẽiebat sors dei ad manuz dexte-

ram.sed extunc aliquando in dexte
ra aliquādo in sinistra. Item clco
polone efficiebatur albus aliquan
do non. Item candela que erat in
occidente templi omni hora erat
incensa:sed extunc aliquando incē
sa.et aliquādo extincta. Itē ignis
altaris excedebat per seipsum et
non erat necesse sacerdotibus mit
tere ligna:nisi bis in die solum:vt
affirmaret preceptum q̄ habebat
sacerdos de mittēdo ligna. Leuit.
vi. Sed et illo tunc aliquando ex-
cedebant aliquādo non intantū q̄
sacerdotes non cessabant ponere
ligna tota die. Itē dicitur in Tal-
muth hierosolomcrista.in libro de
yoma.in ca.quod incipit duo hyrci
legūt magistri.q̄.xl.annis ante de
structionem templi inueniebāt ex-
tinctam candelam que erat in occi
dente et copolane stabat semꝑ ru-
beus:ꝛ sors dei veniebat ad manū
sinistram:ꝛ claudebant portas tē-
pli in sero et inueniebant eas aper
tas de mane. et dixit rabi Iohan-
ni filius zachai.Templum:templū
quare nō terreris. iam scimus q̄ tu?
finis debet esse destructio. quia ꝑ
te prophetauit zacharias.cap.xi.
Aperi libane portas tuas ꝛ come-
dat ignis cedros tuos. Ecce ergo
clarissime quomodo.xl.annis ante
destructionem qua hora fuit christi
passio cessarunt omnia miracula et
perdidit templum sanctitatē suā.
Et nō solū tunc dicta miracula ces
sauerūt.sed eadē hora amotum fuit
sceptrū iuda.ſm illud qd̄ ꝓpheta
uit iacob.ꝛ scriptū est in libro can-
hedrin. in ca.qd̄ incipit haudbod
qui et in libro de abdozara. in ca.i.
dicunt sic.legunt magistri.q̄.xl.an
nis ante destructionē tēpli fuerūt
amoti canhedrin.i.lxx.iudices con
sistorij gazit:ꝛ fuerunt positi in ha
mith.declarat Rabi sichim. locus
erat in hierusalem qui vocabatur
hamith.dicit rabiadin.ꝛ ex illo tūc
nunq̄ amplius iudicarunt iudiciū
criminale:quia iudiciū criminale
non poterat fieri nisi in consistorio
gazit:ꝛ dicit rabi mosse darsan q̄
non auferetur sceptrū de iuda.hoc
dicitur ꝓpter cōsistorium gazit qd̄
erat in terra iuda:ꝛ dux de femore
eius.isti sunt canhedrin qui erant
sedentes in cōsistorio Gazit. quod
erat in terra iuda:ꝛ dixit sic Iacob
canhedrin.qui stabant sedentes in
consistorio gazit nunq̄ erant amo-
ti a terra iuda iudicādo iudicia cri
minalia quousq̄ veniat syso q̄ est
messias:ꝛ dicit rabi ra chanum qui
fuerunt amoti a consistorio canhe-
drim gazit:et fuit eis amota pote
stas iudicandi iudicium criminale
consueuerunt saccos super coria sua.
ꝛ euulserunt capillos suos:ꝛ dixe-
runt ve nobis:quia amotum est sce
ptrum iuda ꝛ filius dauid non ve
nit. Qui multū non est corde cecus
bene potest videre clarissime quo-
modo sequitur ex omnibus supra-
dictis auctoritatibꝰ aduētus mes-
sie pro illa hora. ¶ Uerūtamen pro
maiori sanctificatione potest vide
ri hec veritas ex magna publica-
tione:que ibat ex ore omnium gen-
tium eo tempore de aduētu messie

intantū q̄ quia viderunt illa hora regere vnum qui regnabat in ciuitate iude qui dicebat̄ biter q̄ erat homo magne fortitudinis: ⁊ victor preliorum cuius nomen erat bacoziba. statim reputauerūt eū messiā intelligentes q̄ in illa hora erat tēpus assignatum aduentus messie dicitur in libro canhedrin. in capi. quod incipit totus israel q̄ barcoziba regnauit. xxx. annis cum dimidio: ⁊ dixit doctoribus. Ego sum messias ⁊ rabi aquiba quando videbat barcozibam dicebat. iste est messias. Item dicit Rabimoysen de egypto. in capi. de iudicibus in lectionibus regū. rabiaquiba ir agnus sapiens erat: et de maioribus tamulih erat ⁊ portabat arma barcozibe regis ⁊ dicebat de eo q̄ ipse erat rex messias: quousq̄ ipsū interfecit adrianus ꝓpter peccata sua.

¶ Item possumus verificare predictam conclusionē ex prophetijs danielis. scz per illas. lxx. ebdomadas: quas tradit in. ix. ca. sui libri que non potest declarari nisi ꝑ rege messia: sicut dicit Rabimoyses magister gerūdensis in glosa quā fecit super danielem. vbi dicit sic. Et vngatur sanctussanctorū. Iste est messias sanctificatus filiorum dauid. ⁊ dicit Rabimesse darsan. Et adducatur iusticia sempiterna iste est rex messias. Item dicit in fine libri: qui vocatur ceder hoziā Rabi yose. lxx. ebdomade numerate sunt a destructione primi templi vsq̄ ad destructionem templi vltimi. q̄ sunt. lxx. anni captiuitatis babylonice. ⁊. cccc. xx. quibus durauit templum secundū. ⁊ in fine illorum debebat venire messias. et sic declarat gaon raby cahadias ⁊ rabi abraā abenazadra. ¶ Item predictam ꝓphetiam exponit petrus alfonsi conuersus multum grate fm antiquos hebreos declarando tempus aduentus messie: sic dicens in libro danielis. Tempus aduentus xp̄i. sic est danieli per angelum reuelatum. lxx. ebdomade sunt constitute super populum tuum ⁊ super vrbem sanctuarij tui: vt consumetur preuaricatio ⁊ finē habeat peccatum ⁊ deleatur iniquitas ⁊ adducatur iusticia seculorum ⁊ impleatur visio et prophetie ⁊ vngatur sanctussanctorum. Scito ergo ⁊ aduerte ab exitu sermonis: vt iterum edificetur hierusalem vsq̄ ad xp̄m ducem ebdomade septima ⁊ ebdomade. lxij. erunt et rursum edificabitur platea et muri in angustia temporum: ⁊ post ebdomadas. lxij. occidetur xp̄s ⁊ ciuitatē ⁊ sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo ⁊ finis eius vastitas. ⁊ post finem belli statuta desolatio confirmabit autē pactū multis ebdomada vna ⁊ in dimidio ebdomadis deficiet hostia ⁊ sacrificium: ⁊ in templo erit abominatio desolationis ⁊ vsq̄ ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. ꝓphetia tanc ista clausa est: ⁊ ad intelligendū difficilis. ⁊ sunt ibi termini multi designati: sed tn̄ offices ad designandum christi aduentum sunt positi. In primis igitur iccirco

dum est q ebdomade iste annorum sunt ebdomade cum igitur ait. lxx. ebdomade constitute sunt sup populum tuum: et super urbem sanctuarii tui: ut consumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniquitas et adducatur iusticia seculorum: et impleatur visio et prophetie et vnguatur sanctussanctorum. Cum illud inquam ait nominari voluit: quia septies septuaginta in. cccc. xc. anni erant constituti ab eiusdem anni prophetia: vsque ad destructionem Hierusalem et templi que a Tyto Romanorum imperatore facta fuit: cuius destructionis tempore iam christus venerat qui et iusticia seculorum et sanctussanctorum erat: per quem etiam et peccatum omne et iniquitas est deleta et prophetia omnis impleta. Cetera autem omnia que sequuntur ad horum. ccccxc. annorum diuisionem et declarationem sunt posita p hoc autem q ait. Ab exitu sermonis: vt edificetur hierusalem, vsque ad christum ducem ebdomade. lxx. innuitur: q ab huiusmodi die prophetie vsque ad Cyrum regem Persarum qui ab ipso deo per Ysaiã. xlv. christus appellatus est. fuerunt. lxx. annorum. ebdomade. i. xlix. anni. Cuius Cyri precepto cepit hierusalẽ edificari: in cuius reedificatione postquam cõsummatum est opus vsque ad aduentum Tyti super hierusalem. cccc. xxxiiij. anni fuerũt. et hoc est qd dicit ebdomade. lxij. i. cccc. xxxiiij. anni erunt: et rursum edificabitur platea et muri in angustia temporum: et posuit ebdomadas septem: et postquam occidetur christus ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus: scz romanus cum duce venturo. i. Tyto et finis eius vastitas et post finem belli statuta desolatio. [illegible]od autem sequitur confirmabit pactum multis ebdomada vna. illa profecto ebdomada vna septem sunt anni obsidionis septẽ enim annis obsessa est ciuitas ab exercitu romanorum et infra illos septem annos adeo coacti fuerunt intus et afflicti: q non habuerunt vnde sacrificium facere possent. et hoc est qd ait in dimidio ebdomadis. et infra ebdomadã deficiet hostia et sacrificium et in templo erit abominatio desolationis: q etiam additur vsque ad consummationem et finem perseuerabit desolatio. innuat q captiuitatis et desolatio illa fine foret caritura. Septem ergo ebdomade vsque ad Cyrum et lxij. ebdomade a Cyro vsque ad Tytum et ebdomade obsidionis vna profecto. lxx. sunt ebdomade hec est expositio predicti Alfonsi medici imperatoris Hyspanie regis alfonsi qui cum esset sapientissimus inter iudeos illuminatos a deo conuersus fuit ad xpm et scripsit optime dyalogum fidei catholice anno domini. M. c. vi. ¶ Qui autem plenius voluerit scire diuisionem dictarum. lxx. ebdomadarũ sicut eas diuisit Daniel. i. ad. vij. et ad. lx. et ad duas et ad vnã et illa vna et duas dimidias inueniet multum optime in glosa magistri Nicolai de lyra

super danielem. Sed ꝛ ꝑpter nonnulla que addūt moderni iudei in ꝓphetia Jacob. de sceptro ꝛ in iā predicta. de. lxx. ebdomadib⁹: ꝛ ꝓpter eorum recuruas expositiones anullandas predictas duas ꝓphetias expono eo modo ꝛ forma qua dictus inclitus doctor Nicolaus de lyra suis locis exponit: ne diligēs scire forte inopia librorum intelligat curuitates iudeorum. Hūc eñ librum pro ignorātibus scripsi. vt breui volumine leuiter possint arma inuenire contra inimicos xpi. Et introducitur primo prophetia Jacob. in qua exprimitur tempus aduentus messie. Gen. xlix. vbi dicit iacob filijs suis. Congregamini vt annunciē vobis que ventura sunt nobis in nouissimis diebus sequitur. Non auferetur sceptruꝫ de iuda et dux de femore eius donec veniat: qui mittēdus est ꝛ ipse erit expectatio gentiū. quod sic exponitur a Nicolao de lyra vbi supra. Non auferetur sceptruꝫ de iuda. i. dignitas regia. ꝛ dux de femore ei⁹ quia deficiēte regno iterfecto rege sedechia in captiuitate babylonica et tunc gubernatus fuit populus iudeorum per illos qui erāt de tribu iuda. quia in reditu dicte captiuitatis zorobabel fuit dux eorū: vt habetur zacha. iiij. c. ꝛ Aggei. i. ca. et post sacerdotes gubernauerunt populum: vt patet tempore Machabeorum: qui etiam erant de tribu iuda. quia tribus sacerdotalis et tribus regia erant coniuncte: vt patet. iiij. Reg. xi. vbi dicit ꝙ Josabeth soror achosie regis iuda tulit Joas. ꝛ erat sex annis cum ea in domo domini: q2 ipsa erat vxor Joiade pontificis: ꝛ istud regimē durauit vsq3 ad tempus herodis q̄ fuit alienigena de gēte idumeorum et ipso regnante natus est christus vt habetur Math. ij. Cui⁹ regnū durabit in secula seculorum amen. Et ideo subditur donec veniat qui mittēdus est. i. christus qui missus est a patre pro salute generis humani: ꝛ ipse erit expectatio gētiū ſm ꝙ dicitur Aggei. ij. ca. Ecce veniet desideratus cunctis gentibus ꝛc. In hebreo autē habetur sic. et erit ei aggregatio gentiū ꝛ hoc impletum est in regno xpi. quia post resurrectionem ꝛ ascensioneꝫ xpi. ad celos apostolis predicantibus fidē xpi iudei pro maiori parte remanserunt obstinati in infidelitate sua: ꝛ gentes cū magna deuotione receperunt fidē xpi. Et sic xpo aggregate sunt. ꝓpter qđ apostoli dixerūt iudeis: vt habet Act. xiij. ca. Uobis oportebat primū loqui verbum dei: sed qm̄ repulistis illđ ꝛ indignos vos iudicastiꝫ vite eterne. ecce cōuertimur ad gētes. Sic eñ precepit nobis deus. ¶ Sed hanc ꝓphetiam que satis clare exposita est de christo iudei multipliciter nituntur subuertere. Ad cui⁹ intellectū sciendū ꝙ in hebreo habetur donec veniat sylo. Hec autē dictio hebraica sylo est ꝓprium nomen loci: significat etiā in alio sensu missionē: ꝛ sic est nomē cōe: ꝓut ergo est nomē loci accipiūt hic eā

aliqui iudei dicentes q prophetia impleta est: quando saul qui erat de tribu beniamin: vt habetur .i. Reg. xi. fuit electus in regem et inunctus fuit in sylo vbi erat tabernaculum domini et archa: et per consequens vnctio vbi reges debebant inungi. et sic sceptrum quod accipitur pro quodam dominio et primatu quod fuerat in tribu iuda vsque tunc fuit translatum ad tribum beniamin. Sed hoc dictum manifeste contrariatur textui. quia ante electionem Saulis archa dei iam erat amota de sylo. et erat in cariathiarim. vt habetur .i. Reg. vii. c. Item post saul immediate. immo ipso adhuc regnante: fuit dauid inunctus per Samuelem. qui iste dauid fuit primus rex de tribu iuda. et tunc reges de illa tribu quando incepit successerunt. Quod autem sceptrum dicatur auferri de tribu iuda quando incepit esse in propinqua dispositione ad gradum perfectum non est verisimile. Et ideo alij iudei dicunt q illa prophetia impleta fuit in electione hieroboam in regem qui erat de tribu effraim. quia decem tribus ablate sunt a regno iuda: et adheserunt hieroboam quando roboam die constituto dedit populo duram responsionem .iii. Reg. xii. Et sic exponunt donec veniat sylo. i. donec veniat hieroboam coronandus in tali loco. Sed ista expositio ostenditur falsa per textum. quia congregatio illa non fuit facta in sylo. sed in sychem. vt habetur .iii. Reg. xii. c. Item non fuit ablatum regnum a domo iuda tunc: sed stetit vsque ad captiuitatem babylonicam per successionem hereditariam. Et illi soli dicebantur proprie reges: quia instituebantur per inunctionem. quia templum archa domini: et illa que ad inunctionem requirebantur in hierusalem remanserunt que erat metropolis in regno iuda: propter quod alij iudei accipientes hoc nomen sylo prout significat missionem: dicunt q dicta prophetia impleta est tempore nabuchodonosor: quando venit contra hierusalem et occidit sedechiam regem: et sic defecit regnum iuda. Et ideo exponunt predictam litteram sic. Non auferetur sceptrum etc. donec veniat qui mittendus est. scilicet Nabuchodonosor. qui propter peccata iudaici populi missus fuit a deo ad destruendam terram et auferendum regem: et erit ei aggregatio gentium: quia propter dilatationem sui imperij aggregate sunt gentes sub eius dominio. Sed ista expositio et precedentes et consimiles si fuerint destruuntur per translationem chaldaicam quam iudei vocant targum: que ita autentica est apud iudeos q nullus doctor eorum fuit ausus ei contradicere. immo quando littera hebraica est obscura recurrunt ad illam pro explanatione. In illa autem sic habetur. Non auferetur sceptrum de iuda etc. Donec veniat messias in scriptura: sed solus xpus qui promissus in lege et prophetis erat. Et hoc patet clarius veritas nostre catholice expositionis predicte.

Cum ergo a tempore predicti he rodis regis cessauerit regia dignitas tribus iude et ducatus et i tpe illo nullus alius apparuit qui et doctrina et operationibus posset dici christus nisi iesus saluator noster. Sequitur ergo ꝙ ipse est verus messias et ꝙ eiꝰ aduentus trãsiuit in preteritũ. ¶ Itez pdictus Petrus alfonsus cõuersus in suo dyalogo predictã ꝓphetiam exponit sic dicẽs. Doctores antiqui hebreorũ sic exposuerunt prophetiã Iacob. Nõ auferetur sceptrum.i. virga regni de iuda. et dux de femore.i. de filijs filiorũ eius in secula. donec veniat qui mittendus est i. xp̃s cuius est regnũ et ad ipsum congregabuntur gentes Et nos q̇dẽ novimꝰ ꝙ postq̇ venit xp̃s. necꝫ rex necꝫ dux de Iuda fuit vlteriꝰ. Credere itaqꝫ debemus ꝙ hic tẽpus xp̃i aduẽtus determinatũ fuit et ꝙ is qui tempore illo venit sine dubitationis scrupulo xp̃s extitit. ¶ Secundo introducitur ꝓphetia Danielis. c. ix. vbi Gabriel ãgelus instruxit Danielez de illo tempore dicẽs. Septuaginta hebdomadas abbreuiate sunt super populũ tuũ et super vrbẽ tuam sanctã et consumetur preuaricatio et finem accipiat peccatum et deleatur iniq̄tas et adducatur iusticia sempiterna. et impleatur visio. et ꝓphetia. et vnguatur sanctussanctorũ. Ad intellectum huius prophetie primo videnduz est qualiter hic accipiatur hebdomadas vel hebdomada qđ est idem. In sacra enim scriptura vno modo accipitur pro tpe septẽ dierũ. et hoc modo cõmuniter accipitur: hoc etiã modo loquitur scriptura Leui. xxiij. vbi dicitur ꝙ septẽ hebdomade sunt accipiende a festo pasce qui faciũt. xlix. dies. et l. die celebrandũ est festuz penthecostes. Alio modo accipitur ꝓ tempore septem annoꝝ. et hoc modo loquit̃ scriptura de hebdomada. Leui. xxv. vbi dicitur Numerabitis septem hebdomadas annorum que faciunt annos. xlix. et quinquagesimus annus qui immediate sequitur. dicitur iubileus qui apud iudeos erat annus remissionis vt ibidem dicitur. Non autem inuenitur hebdomada accipi pluribꝰ modis. Non potest hic hebdomada accipi pro hebdomada dierum. quia tota prophetia Danielis fuit completa infra annum et dimidiuz. ergo per locuz a diuisione oportet ꝙ accipiatur a numero annoꝝ. et in hoc oẽs expositiones cõueniũt. sed in hoc differũt. Quia aliqui catholici vt Beda et aliȷ̃ dicũt ꝙ isti anni intelligendi sũt anni lunares q̇ sunt breuiores annis solaribus. xi. diebus. Moti fuerunt autem ad hõ dicendum ex duobꝰ. Primo ex textu. quia dicuntur hebdomade abbreuiate. Et sicut dictum est anni lunares sunt breuiores annis solaribus. et per consequẽs hebdomade annorum lunarium sunt breuiores. Secũdo quia angelus loquebatur Danieli qui erat hebreꝰ. hebrei autẽ computabant per annos lunares vt dicit ipse Beda. Et ĩõ angelus posuit numerum annoꝝ predictorum ꝑ hebdamadas anno

rum lunarium. Utrumque dictum non placet Nicolao de lyra. Et est ratio quia in hebreo non ponitur ab breuiate prout sonat in detruncatione seu diminutione. sed in hebreo ponitur precise vt notat temporis determinationem. s. nec plus nec minus. Similiter secundum est falsum. si enim iudei haberent annum breuiorem .xi. diebus quam annus solaris cum secundum legem suam teneantur primo mense cuiuslibet anni facere pascha et die determinata. s. xiiii. die primi mensis. sequeretur quod pascha eorum huius anni precederet pascha anni precedentis. in .xi. diebus. Et eodem modo pascha anni sequentis precederet per .xxii. dies. Et sic anticipando tempus quolibet anno per .xi. dies. Ad quod quidem sequeretur quod iudei celebrarent pascha suum ex obligatione precepti infra breue tempus in quolibet mense totius anni. Hoc autem apparet manifeste falsum et visu eorum quia semper faciunt eodem tempore. Et ideo patet quod computant per annos solares sicut et nos. Licet enim incipiant menses a lunationibus tamen tertius annus apud eos habet lunationes .xiii. ita quod per embolismos faciunt adequationes temporis. et sic computant per annos solares sicut et nos. Dato tamen quod computarent per annos lunares: nihilominus habetur propositum nostrum vt videbitur. ¶ Secundo videndum est quot annos continent hebdomade predicte et patet quod si multiplicetur .lxx. per .vii. resultant .cccc.xc. ¶ Tertio videndum est a quo tempore incipiat computatio istarum hebdomadarum. et dicunt aliqui iudei quod incipit ab .xi. anno regis Sedechie quando destructum est primum templum. Alii dicunt quod incipit a primo anno darii. quia isto tempore dixit angelus ista danieli. Alii dicunt quod incipit computatio ista a reditu captiuitatis sub zorobabel duce. anno secundo Cyri regis Persarum. Alii dicunt quod incipit computatio ista a .xx. anno regis artaxersis quando missus est neemias ad reedificandum hierusalem. Que autem istarum opinionum sit vera propter prolixitatem euitandam omittitur. et etiam quia secundum omnes istas computationes habetur propositum nostrum sufficienter. s. quod tempus aduentus christi sit preteritum quod patet. quia angelus determinate assignat .cccc.xc. annos. vsque quo impleatur visio et prophetia et vngatur sanctus sanctorum. i. christus. Sed qualitercumque accipiatur computatio anni lunaris vel solaris et vbicumque incipiatur computatio. quia infra tamen non potest accipi quam a .xx. anno regis artaxersis: totus tamen numerus predictus iam diu est preteritus. Et declaro saltem de vltimo numerus predictum impletur. s. a .xx. anno artaxersis vsque ad .xviii. annum Tyberii cesaris in quo passus est christus. Si fiat computatio per annos lunares quod patet hoc modo. Regnum Persarum durauit annis .ccxxxiiii. et a principio regni vsque ad .xx. artaxersis fluxerunt anni .cxv. et post durauit .cxviii. annis. Regnum grecorum du-

rauit.ccc.annis ꝛ tunc cepit regnū romanorum a cuius principio vsq ad.xix.annum Tyberij fluxerūt anni.lvij.qui simul iuncti patet ꝙ faciunt.cccc.lxxv.annos solares q implent predictum numerum secū dum lunares annos quia ānus lunaris continet.cccliiij.dies. Solaris vero.ccclxv. quadrantem vnū et.v.horas.ꝛ patet secundum verū numerum ꝙ.cccclxxv. āni solaris sunt.ccccxc.anni lunares qui ē numerus hebdomadarum cōputādo vt dictum est per annos lunares.

¶ Aduertendum tamen ꝙ Rabi salomon dat quandam expositionē falsam ad rationē predictam quaꝫ oportet remouere.dicit enim ꝙ septem hebdomade ille non cōtinēt tempus precisum vsqꝫ ad aduentum xpi ꝛ passionis sue mysterium vt pdictum est. Sed dicit ꝙ continet tempus pcisum a destructiōe primi templi vsqꝫ ad destructionē secūdi per Tytū ꝛ Vespasianū: cuius expositio talis est. Septē hebdomade pcise.i. determinate sup populum tuum anteꝗ̄ veniat perfecta captiuitas eorū que facta est per romanos cōburentes ciuitateꝫ ꝛ templum ꝛ eijcientes inde populum iudaicum.vt consumatur preuaricatio.i.desistant a puaricationibus castigati p predictā captiuitatem.ꝛ deleatur iniquitas eorum sciꝫ p captiuitatem ꝛ afflictionē pdictam que est pena vt dicit. Et adducat iusticia sempiterna.i.vt interum iustificentur p predictam captiuitatem p peccatis tolerādo Et vt sic finaliter impleatur visio ꝛ pphetia.i.visiones de christo pmisse p prophetas ꝛ vngiatur sanctussanctorum.i.archa dei ꝛ vasa sanctuarij.que recuperabunt per messiam venturū in fine huius captiuitatis vt dicit. Sed ꝙtum debeat durare ista captiuitas nō dicitur.ꝛ sic p consequens tempus determinatum ipsius hic non ponit.

¶ Quod autē ista expositio sit falsa ꝛ extorta patet per litteram precedentē vbi dicitur ꝙ angelus gabriel venit propter orationem Danielis orantis pro liberatione populi ad annunciandum exauditionem sue petitionis. Et ideo nō soluꝫ nūciauit ei liberationē a captiuitate babylonica. sed etiā pfectā liberationē ficiēdā p xpm de qua daniel principaliter orabat.ꝛ ideo dicere ꝙ āgelus venerit ad denūciādū Danieli pfectā captiuitatē sui ppli.ꝛ nullū certū tēp⁹ liberatiōis ficēde p xpm hoc est valde absurdū ꝛ pcedēti littere cōtrarium.qꝛ non venisset ad consolationē Danielis sed magis ad desolationē. Item ꝙ dicit ꝙ p captiuitateꝫ in qua sunt desistunt a preuaricatiōibus hoc ē apte falsū.qꝛ super oia gētes intēdūt sortilegijs ꝛ augurijs vt sciūt illi qui nouerūt facta eorū:ꝛ tamē ista phibentur eis maxime in lege diuina.patꝫ in Exo.ꝛ Deutro.ꝛ in plurībus alijs locis veteris testamenti. Item ꝙ dicit visiones impleri prophetarum per merita eorum: ꝛ est contra illud quod dicit. Deutro.ix. Scito ꝙ nō propter iustificationes tuas dederit tibi de⁹ terram hanc in possessionem.etc.

multo minus propter iusticias coꝝ implenda est ꝓmissio de xp̄o ⁊ ma xime qꝛ de ipso scribitur Esa. viij. Et erit ad lapidē offensionis ⁊ pe trā scandali duab⁹ domibus israel ⁊ in laqueum ⁊ ruinam habitanti- bus iherusalem. Item qꝛ dicit per vnctionē sancti sanctoꝝ intellige vnctionē arche ⁊ sanctuarij qui re cuperabunt per regē messiam hoc est cōtra illud quod habet Ihere. iij. Cumq́ multiplicati fueritis et creueritis in terra in diebus illis ait dominus non dicēt vltra archa testamenti domini neq́ ascendet super coꝛ neq́ illius recordabunt neq́ visitabitur. neq́ fiet vltra: qꝛ cerimonie veteris testamēti oīno cessauerunt post passionem xp̄i. et tunc enim fuerunt mortue: manet ergo veritas incōcussa qꝛ. s. temp⁹ hebdomadarū fuit iℓpletum in xp̄i aduentu q̇ peccata nostra tulit om nia que in deū in nos et in ꝓximū commissa erant: iusticiā adduxit le gem ⁊ prophetias impleuit. ⁊ vn- ctus est plenitudine grē a deo pa- tre. ¶ Tertio determiat sacra scri ptura tēpus aduētus messie Esa. vlti. textus ibi est anteq̄ parturiet peperit. Et licꝫ aliquid de hoc tex tu supra dictum sit. hic tamen ple- nius exponitur. super quo glo. he- braica. quia anteq̄ natus fuisset il le qui in seruitutē redegit vltimaꝫ natus fuit redemptoꝛ. Igitur ante natiuitatem Tyti qui ciuitatem et templū destruxit et populū capti- uauit et in vēditionē et seruitutē exposuit intantū qꝛ dabantur. xxx. pꝛo vno nummo argenteo. vt dicit Hugo floriacēsi. fuit natiuitas ie- sus xp̄i. hoc idem patet per trans lationem chaldaicam ibidē que[illegible] parat israel mulieri parturienti q̄ angustias maximas patitur et do- loꝛes adhuc non erit ei vehemens angustia. et adhuc non veniet ei tremoꝛ cuꝫ doloꝛibus propter par tuꝫ et reuelabitur rex messias. Do loꝛ enim et angustia partus expꝛi- munt maximā calamitatem quam habuerunt in obsidione Tyti ⁊ Ve spasiani vbi tanta fuit angustia et calamitas qꝛ impletū est illud Tre noꝛum. iiij. Manus mulierū mise- ricoꝛdiū coxerūt filios suos ⁊ mul tas alias āgustias et miserias pas si sunt que Iosephus narrat in li bꝛo antiquitatum de bello iudaico vt videbitur lib. iij. Et ante istam obsidionem claruꝫ est qꝛ fuit iesus nazarenus natus per. lxx. annos ⁊ passus per. xl. annos. Iste text⁹ cū glosa chaldaica est tante auctorita tis apud iudeos qꝛ multi doctores eorum concedūt qꝛ messias nat⁹ est in die destructionis tēpli. Pro quo allegat rabi hamon: qꝛ lybanus cū excelsis cadet et egredietur virga de radice yesse. Esa. xi. Et interro gant ipsi iudei vbi est ipse messias natus in illa die destructionis tem pli: respondent quidaꝫ qꝛ est in pa radiso cum angelis viuens ibi eo modo quo moyses vixit quadragi ta diebus ī mōte synai et expectat preceptuꝫ domini ad se ostendēdū. Alij qꝛ est vltra montes caspios ex pectans preceptuꝫ domini de libe ratione populi. Alij dicūt qꝛ vadit per mundum sicut pauper et humi

liatus propter peccata populi sui sm̄ ꝙ dicitur Esa.liij.et nos reputauimus eū quasi leprosum et cetera.quousqꝫ appareat ex ꝑcepto domini in virtute ad liberationē filiorum israel de captiuitate et miseria in qua sunt. Talis enim varietas ostendit ꝙ dictū eorum est fictitiū. Sed quicqd sit dictum videtur ꝙ verū est ꝙ tempus veniēdi messie taxatum in scriptura iam preterijt et impletum est in iesu nazareno vero messia nostro.et istō fuit vocatū tempus plenitudinis.ad Gal. iiij. et Eph.i. quia in christi aduentu fuit quadruplex plenitudo.scilicet nature.scripture.gratie et temporalis mēsure. Nature quidem quia tūc venit finis oīs creature.s. homo coniūct⁹ est suo principio.s.deo. Unde tunc fact⁹ est nobilis circulus q̄ est perfectissim⁹ figurarū. Tūc etiam fuit vltimus modus formandi hominē q̄ fit possibilis.s.de muliere sine viro. Alij enim tres precesserant et iste fuit quart⁹. Scripture etiam qꝛ ꝓmissa fuerūt reddita.figure cōplete et omnes scripture delucidate. Gratie plenitudo insuper apparuit in fecūditate marie.iustificatione iohannis:in missione spūssancti super apostolos: ꝛ in sacramentis ecclesie. que sūt gratie vasa. Plenitudo nihilominꝰ temporalis mensure. Omnis enī perfectio consistit in trib⁹ precesserat aūt tempus nature in quo fuit conuictum humanū genus de ignorantia. Temp⁹ etiā legis scripte in quo fuit conuictū de impotentia ꝛ hoc fuit tertiū cōplementum vniuersorū temporum in quo fidelib⁹ datur vera dei cognitio veracqꝫ virt⁹ ad completionem diuine legis. ꝛ in signū istarū plenitudinū voluit venire dei fili⁹ sexta mundi etate. vi.annorū millenario.vi. mense a cōceptiōe Johannis.sexta die vt dicit̄ et forsitā sexta hora. Probabile enī est ꝙ illa die concept⁹ fuit adam celestis in qua fuit formatus adā terren⁹ Illa hora veniret medicus in qua primus homo induxit humano generi mortiferam infirmitatem.sexta etiam die fuit passus ꝛ sexta hora in cruce fuit conclauat⁹. hoc ergo fuit temp⁹ beneplaciti et tempus miserendi vt dicitur in.ps.ci.

¶ Secūdum testimoniū aduent⁹ messie est inquisitio iudeorū facta tempore christi quā non fecissent nisi tempus impletū cognouissent tūc enim inqrentes miserūt sacerdotes et leuitas ad Johannem baptistam quem tunc sanctissimū in sanctitate videbant vt interrogarent eum si erat messias vt dicitur Joh.i. Qui si dixisset ꝙ sic eum recepissent sed confessus est ꝛ nō negauit qꝛ non sum ego christ⁹.i.messias vt patet:confessus est tamē ꝙ erat eius vox ꝛ preco clamans vt prepararent sibi viam tanꝙ summo regi suo vero messie.qui ꝛ digito eū ostendit dicens eis. Hic ē dē quo dicebam vobis qui post me venit ante me factus est.cuius non sū dignus corrigiam calciamenti soluere.et iterum eū digito ostendēs ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Ad hoc etiā valet

inquisitio facta per eos eodem tempore de barcozba vt supra dictum est. Frustra enim esset talis inquisitio si tempus impletum non cognouissent. ¶ Tertium testimonium est iosephi sapientissimi hystoriographi iudeorum. qui in. xviii. libro antiquitatum describens tempora Tyberii casaris sub quo passus e christus sic dicit. Fuit eisdem temporibus iesus vir sapiens si tamen virum eum nominare phas est. Erat enim mirabilium operum effector et doctor eorum hominum qui libenter ea que vera sunt audiunt. et multos quidem iudeorum. multos etiam ex gentibus sibi adiunxit. xps hic erat. hunc accusatione primorum nostre gentis virorum cum pylatus in cruce agendum esse decreuisset. non deseruerunt eum qui ab initio eum dilexerant apparuit enim eis iterum viuus secundum quod diuinitus inspirati prophete hec vel alia de eo innumera miracula futura predixerunt hec ille. ¶ Quartum testimonium est Pylati. qui anno domini. xxxvi. ipsius vero Tyberii. xxi. cum esset mos romanis vt prouinciarum iudices senatui scripto renunciarent vt si quid noui in his quas regebant prouincias accidisset scripsit epistolam ad Tyberium sub hac forma. Tyberio augusto pontius pylatus salutem. Nuper accidit quod ipse probaui iudeos per inuidiam se suosque posteros crudeli damnatione perimisse. Cum enim promissum haberent patres eorum quod deus ipsorum mitteret illis per virginem sanctum suum qui rex ipsorum merito diceretur hunc me presente misit in iudeam: quem cum vidissent cecos illuminasse. leprosos mundasse. paraliticos curasse. demones effugasse. mortuos suscitasse. ventis imperasse. pedibusque siccis sup vndas maris ambulasse. et alia multa miracula fecisse. et omnis populus iudeorum diceret eum esse dei filium: principes sacerdotum inuidia contra eum moti itaque mihi eum tradiderunt. et alia pro aliis mentientes hunc magum esse et contra legem eorum agere dixerunt. Ego autem ita esse credidi ipsumque flagellatum eorum arbitrio tradidi. qui eum crucifixerunt et sepulchro custodes adhibuerunt. Ille quoque militibus meis custodientibus die tertia resurrexit. Intantum vero nequicia iudeorum contra eum exarsit vt ipsis custodientibus pecuniam darent quatinus discipulos eius corpus rapuisse dicerent. Sed illi quod factum fuerat tacere non valentes testati sunt eum resurrexisse seque visionem angelorum vidisse: et a iudeis pecuniam accepisse. Hoc autem ideo scripsi ne quis aliter estimet factum esse vel credendum mendaciis iudeorum. Tunc Tyberius cum suffragio magni fauoris retulit ad senatum et postulauit vt christus deus haberetur. At senatus recusauit indignatus quod non sibi secundum morem epistola primo fuisset delata. Et sic satis claret ex predictis quattuor testimoniis tempus aduentus messie fuisse ante destructionem secundi templi.

¶ Quod verus messias debet esse

de genere iude procedens de medio filiorum iacob.



Ecūdus thesaurus aperitur de genere messie. quod sacra scriptura prenunciat et specifice determinat: et impletum est in iesu nazareno. nam dixit dominus moysi Deuterono. xviij. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tibi. ponā verba mea in ore eius. Qui autem verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego vltor existā. Et patet ꝙ ista auctoritas nulli potest applicari nisi iesu nazareno vero messie nostro. quod patet per duas eius partes principales. Prima pars auctoritatis: est prophetā suscitabit deus filijs israel de medio fratrum suorum. Ecce genus messie. pro quo nota ꝙ iudei dicuntur filij israel vel iacob: quod idem est Israel autem habuit quattuor vxores: ex quibus procreauit. xij. filios ꝛ vnam filiam. Prima fuit lya que habuit sex filios et vnam filiam p ordinem qui sequūtur. scilꝫ Rubē Symeon: Leui: Iudas: Isachar zabulon: Dyna. patet Genes. xxxv. Secunda vxor eius fuit rachel que habuit solum duos filios. scilicet Ioseph et Beniamin. Tertia fuit bala ancilla rachelis que habuit solum duos filios. scilicet dan ꝛ neptalim. Quarta fuit zelpha ancilla lye que habuit soluꝫ duos filios scilicet Gad ꝛ Aser. quod pꝫ Gen. vbi supra. Modo qd dicit auctoritas. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Iste ergo propheta qui debebat esse messias: non potuit esse de filijs Bale ancille rachelis: quia non habuit nisi duos filios: et in duobus non est medium. Nec potuit esse de filijs zelphe: propter eandem causam: nec a simili de filijs rachelis. ergo oportet ꝙ sit de filijs lye qui fuerunt septem: et in numero septennario est medium: scꝫ quartus. Numerētur ergo filij lye per ordinem. Primi tres sunt ruben. Symeon. Leui vltimi tres. Isachar. zabulon. Dyna. Mediū istorum fuit iudas qui fuit quartus. Propheta ergo qui debebat esse messias ad hoc vt suscitaret eum deus de medio fratrum suorū debuit esse de tribu iuda. Ecce genus eius. Hic diligenter attende absconditum mysteriuꝫ: quare scꝫ deus dixit. de medio suscitabo prophetam. id est messiaꝫ. Genus eni humanum propter peccatum primi hominis: ꝛ propter innumera peccata que postmoduꝫ homines commiserunt fuit diuisum a deo: sicut dicitur Esay. quinquagesimonono. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos ꝛ deum vestrum et absconderunt faciem eius a vobis. Istud est signuꝫ maximi odij inter deum ꝛ homines: scilicet abscondere faciem suam ab homine Quia tria sunt signa inimicitie: et istud est supremum. Primum est cū quis denegat alicui suaꝫ fami-

liaritatem quemadmodum xps ille cui dixit. Matth. viii. et Luce. ix. Uulpes foueas habent etc. Secundum est cum quis denegat alicui suam loquelam: sicut Johannes euangelista dicit loquens de heretico. ii. Jo. i. nec aue ei dixeritis. Tertium et ultimum est cum quis denegat alicui suum aspectum: sicut dauid dixit de absalone filio suo. ii. Re. xiiii. quod non videret faciem regis. In hoc gradu erat deus respectu humani generis: sicut ait moysi. Exo. xxxiii. Non videbit me homo et viuet: et gemens Job. c. xiii. dicebat. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum Abacuc. i. c. Mundi sunt oculi tui domine: vt non videas malum: et respicere ad iniquitatem non poteris. Cum ergo tanta esset discordia inter deum et homines: et ad pacificandum discordes sit necessarius mediator. ideo messias promissus debuit exire et suscitari de medio quod veridice fuit impletum in xpo iesu saluatore nostro. Quia ipse vt ostenderat quod veram pacem venerat facere inter deum et homines: et vt innueret quod verus mediator erat quasi semper medium elegit: scilicet pacem inchoans: pacem ordinans: pacem confirmans: pacem publicans: pacem conseruans. Hii sunt quinque passus ascensus nostre salutis. Est ergo primus passus quod xps pacem inchoans exiuit de medio: quia est media in trinitate persona. Hic sunt due propositiones signate. Prima est quod debuit deus incarnari vt homo reconciliaretur deo et fieret pax. Secunda quod non pater nec spiritussanctus: sed filius. Prima propositio patet dupliciter: primo: quia nulla creatura sufficiebat ad tantum debitum persoluendum: cum debitum esset infinitum: quia contra infinitum offensa fuit facta. Secundo: quia contraria contrariis curantur. Cum ergo homo cum peccauit voluerit esse deus dicente sibi dyabolo: eritis sicut dii. Gen. iii. Ergo per contrarium vt homo curaretur oportuit quod per contrarium deus fieret homo. de hac materia in quarto latius dicetur. Secunda propositio patet: quia licet tres persone sint vnus deus. distinguuntur tamen realiter per relationes et habent etiam appropriata distincta: quia potentia appropriatur patri: sapientia filio: et bonitas siue amor spiritussancto: que sunt quasi tres diuise trium personarum offerentium se in campo certaminis: vt cuiuscumque tangeretur diuisa pro homine curreret in campum: venit dyabolus et tetigit diuisam filii dicendo parentibus primis. Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Non dixit potentes. nec boni: sed scientes. Et cum scientia sit appropriatum filii. sicut potentia patris: et bonitas spiritussancti: vt dictum est. Non ergo debuit venire pro redemptione hominis et eius reconciliatione deus pater nec spiritussanctus: sed filius qui est media in trinitate persona. Item pacem inchoans venit in tempore medio. Currunt enim tria silentia ab initio mundi vsque ad beatitudinem eternam: sicut patuit supra in hoc libro. articulo. iiii.

tertie cõsiderationis: ⁊ hoc est qḋ dicit. Sap.xviij. Dũ mediũ silentium tenuerũt oia: ⁊ nox i suo cursu medium iter haberet: oipotens sermo tuus dñe exiliens de celo a regalibus sedibus venit: angelus venit ad virginẽ hora cõpletorij. et ideo tunc pulsatur ꝓ Aue maria. Durauit sacra collocutio vsq; ad dimidiũ noctis. Et tunc dãte consensum virgine omnipotens sermo dei. i. verbum patris qui est eius filius a regalibus sedibus venit i vterũ: scʒ virginis. Sic ergo patet ꝙ filius dei venit in medio silentio in incarnationẽ: sic etiã natus fuit media nocte. sicut ptʒ. Luce. ij. q: pastores custodiebant vigilias noctis: predicta tria silentia figurant nobis tres magnos annos durationis mũdi. In quorũ medio debebat venire messias ad viuificandum genus humanũ per peccatũ mortuũ dicẽte ꝓpheta Abacuc. iij. ca: Dñe opꝰ tuũ: in medio annorũ viuifica illud: in medio annoꝝ notũ facies. Item pacẽ inchoans stetit in medio: scʒ vteri virginalis. Ipsa eñi virgo beata que debuit esse mater istius excellentissimi medij inter deũ ⁊ hominẽʒ rationabile fuit ꝙ etiam ipsa esset mediũ. Fuit enim medium locale: mediuʒ morale: et medium naturale. Querũt eñi logici mediũ ad concludendũ maiorem extremitatẽ de minori. de qua facit Aristoteles magnũ ꝓcessum in. ij. priorum. Maior extremitas deus est. Minor extremitas in genere rationabiliũ homo est perq̃ fierũt patriarche ⁊ ꝓphete ⁊ multi alij multis tẽporibus medium ad cõcludendũ predictã maiorem extremitatẽ de minori ⁊ non inuenerunt: sed venit beata virgo et facta est mediũ: q: in ipsa est: per ipsam verbũ caro factũ est. ⁊ maior extremitas predicata est de minori: q: homo est deus: ⁊ etiã minor de maiori: q: deus est hõ. Est etiam virgo beata medium morale. ſm eñi Aristotelẽ. ij. ethicoꝝ. Mediũ morale ẽ virtus nihil participans de extremis: q: extrema sunt viciosa: tale mediũ fuit virgo beata que nullũ viciũ cõtraxit. Et ſm Hiero. Nihil gratie: nihil virtutis: nihil candoris est qḋ non resplendeat in maria. Fuit etiam mediũ naturale: quod ponitur triplex a philosophis: scʒ mediũ circuli: mediũ celi: mediũ mũdi. Mediũ circuli ẽ a quo oẽs linee recte ꝓtracte ad circumferentiam sunt equales. Centrum istud est beata virgo. In circulo sunt peccatores quia in circuitu impij ambulabãt teste psal. xi. ⁊ ab ea ad circulũ linee ducte sunt equales: quia oẽs pctõres ⁊ alios equaliter videtur respicere. vnde Berñ. Maria oĩbus omnia facta est sapientibus ⁊ insipientibus copiosissima charitate debitricẽ se fecit: vt de plenitudine eiꝰ suscipiant vniuersi. Est etiam medium celi quod dicitur linea equinoxialis in qua cũ est sol equinoxium facit: ⁊ sub qua habitantes non agitantur perturbationibus temporũ: q: sunt in optima dispositione. propter quod multi

theologi dixerunt quod sub illa linea est paradisus terrestris. talis linea fuit virgo beata: quia cuz in ea fuit sol iusticie factū est equinoctium. quia nox sicut dies fuit illuminata. Infinitū visuz ē equari finito: eternū tēporali: imortale mortali: inuisibile visibili: immensum capabili: diuitē pauperi. homies etiā qui habitāt sub hac linea sūt in optima dispositiōe: nō agitant neqȝ mouentur perturbationibus demonū. propter quod merito dicitur paradisus. Tunc enī impleta fuit figura illa Gen. ij. quia posuit deus lignum vite in medio paradisi. i. xpm verum filiū suū in medio ventris virginalis. Est etiaz virgo beata mediū mundi. Istud dicit a phis esse terra que equaliter vndiqȝ distat a celo. Tres autē sunt proprietates terre propter que virgo beata dr terra. ē enī infima et maria virgo infima: quia humillima. Cū enī deberet esse mater dei vocauit se ancillam. Luce. i. Ecce ancilla dñi ꝛc. Secūdo ad terram currūt aque. et ad beatā virginem abundantie gratiarum. ps. ciij. inter mediū montiū pertrāsibunt aque. Tertio omnia ponderosa tendūt ad terrā tanquam ad centrū ꝛ suū medium: vt ibi saluentur sic ꝛ pctōres grauati pondere peccatorum recurrentes ad istud medium saluantur. vnde. Bernar. Ad mariaz velut ad medium dei recurrant qui in celo sunt: ꝛ qui in inferno: ꝛ qui nos precesserunt: et nos qui sumus ꝛ qui nos sequuntur et nati natorum ꝛ que nascentur ex illis. Sic ergo patet quomodo beata virgo est mediū logicale: morale: ꝛ naturale pro pace fienda inter deuz ꝛ homines. Uerus ergo messias filius dei in inchoatione pacis est cū venit de medio personarum diuinarum inchtum deus. Suscitatus est de medio fratruz. Inchtum homo venit in medio silentio in medio annorū: ꝛ stetit in medio paradisi: scȝ vteri virginalis: ꝛ sic tanquam mediator verus in inchoatiōe pacis venit diuisa. s. deū ꝛ hominē: quia deus ꝛ homo vnus est xps. s. verus mediator. ¶ Secundus passus est quo ordinando pacez xps verus messias stetit i medio quadrupliciter. Primo statim sicut fuit natus stetit in medio aīalium. s. bouis ꝛ asini: sicut patet Abacuc. ij. fm aliaz translationē. per bouem qui ruminat intelliguntur cōtēplatiui quorum officiū est ruminare dei magnalia: scȝ rerū creationē: hominis recreationē: mūdi gubernationē: premiationē bonorū: ꝛ punitionē malorū. Per asinum intelliguntur actiui: quorū officium est onera ꝛ labores tolerare: quales sunt predicatores: confessores: ꝛ omnes exercitantes se in operibus misericordie inter quos xps positus est: vtrosqȝ in societatem recipit: ꝛ ad suā beatitudinem perducit iam factos homies id est rationales qui per peccatū quasi bestie viuebāt. Secundo ordinando pacem inuētus est in medio doctorū: sicut patet Luce. ij. Cum factus esset annorū duodecim. dicit textus audiētes illos ꝛ interrogantē: sequitur.

Stupebant autē super prudentia et responsis eius: qr nunq̄ viderāt infantē tam tenere etatis tante sapientie: permaxime cū scirēt eum litteras nō didicisse. Inuētus est ergo in medio doctorum: in signū q sapientes et docti huius mundi vel habebāt ad illud mediū cōuerti: vel q sapiētia illorum p excessum splendoris illius mediū debebat obfuscari: q indicat numerus duodecim annorum qui est numerus superexcrescēs fm btm Ysido.li. ethimo.iij. qr eius partes aliquote plus reddūt q̄ suum totū: patet quia ille sunt vnum: et duo: et tres: et quattuor. et sex que sunt iuncte reddit.xv. et sex: sic etiam improporcionabiliter sapiētia xpi excedebat sapientiam doctorum. Tertio ordinando pacē transiuit per medium inimicorum ipsos fugiens. Luce.iiij. qr cum voluissent ipsū precipitare de monte ipse trāsiēs per mediū illorū ibat. Dicit Beda q cū precipitaretur rupis admodum cere liquefacte cessit et fecit quoddam concauum in quo receptus est christus et manent ibi ruge vestis et signa pedis: sicut asserunt illi qui viderunt: tunc cū fecit se inuisibilem per medium trāsiens: fugiens mortē precipitationis: qr non debebat mori nisi in ligno: vt vinceret vincentem in ligno. Quarto ordinando pacē stetit in medio discipulorum dando eis formā eligendi prelatum eos erudiens et eis seruiēs. Vñ Luce. xxij. Ego inquit in medio vestrum sum sicut q ministrat: quasi dicat. Ille sit vobis superior qui fuerit humilior. Non ergo attendatis q̄s sit maior: sed attendite quis humilior: sicut ego. Qui licet sim dñs et magister vester non sicut qui recumbit in mēsa: sed sicut q ministrat. patet ergo q christus verus messias ordinando pacem inter deū et hominem stetit in medio animalium. Inuentus est in medio doctorum: fugit per medium persecutorum: et ministrat in medio discipulorum. ¶ Tertius passus est xps consummando pacem ordinatam stetit in medio dupliciter. Primo stetit in medio latronum: sicut patet ioha.xix. Crucifixerunt eū eo duos latrones hinc et inde: medium autem iesum: quod iudei fecerunt: vt populus communis cogitaret q quia erat cum malefactoribus punitus erat malefactor sicut et alij. Sed tamen diuina dispensatione factum est: vt impleretur prophetia Ysaye que ante illum vacua fuerat. Ysay.liij. Et cum sceleratis deputatus est. Positus est autem in medio latronū: vt nullus quātūcūq peccator desperet de venia si voluerit facere penitentiam: quia et ille latro licet sero cognoscens peccatum suū: et petens misericordiam: inuenit subito veniam. Hodie inquit eris mecum in paradiso: et sic factum est: quia eadem die vidit diuinam essentiam: que visio dicit paradisus: sic cū viderūt xpm sctī patres in inferno paradisus fuit ibidem. Secūdo cōsummādo pacē stetit ī medio terre: qr mons caluarie vbi

crucifixus est xps: est in medio ter re hitabilis. tūc autē impleta fuit ꝓphetia dauid. in psal. lxxiij. Deꝰ autē rex noster ante secula. i. eterna ordinatione rex operatus est salutem in medio terre. tunc enī ibi operata est salus humani generis. et cōsummata pax inter hominē et deū. Fuit enī xps crucifixus in medio terre: vt tanq̄ cētrum et mediū omniū omnia traheret ad seipsuȝ. quia ipse dixit. cum exaltatus fuero a terra in cruce in medio terre: omnia traham ad meipsum. Joh. xij. ¶ Quartus passus est q̄ xpus publicando pacem cōsummatā stetit in medio. vnde post resurrectionem stetit in medio discipulorum suorum: et dixit eis ter. pax vobis. Joh. xx. quasi dicat. Jaȝ est pax inter deum et hominem consummata per passionē meaȝ. stans in medio latronum et in medio terre. et ideo pacem cōsummatā vobis in publico dicens in medio vestrum pax vobis: et sicut xps p seipm stās in medio pacē publicauit discipulis: sic et per litteras per totum mūdum diuulgauit. Jste littere inter ceteras fuerunt epistole Pauli. in quibus mūdo publicauit q̄ xpus personaliter extrema diuisa vnierat factus mediator. Unde ad gal. iij. loquens de xpo quomodo lex fuit posita in manu eius sicut in manu mediatoris: vt de ea faceret qd̄ vellet dicit. mediator autē vnius non est deus autem vnus est. Oportet ergo q̄ mediator sit duorum. et sic nō solū deus: sed deus et homo vniēs extrema diuisa. publicauit etiam q̄ christus fuit mediator extrema concorditer pacificans. vt paȝ ad Hebreo. ix. vbi dicit: quia christus noui testamēti mediator est vt morte intercedente in redemptionem earum ꝑuaricationū que erant sub priori testamēto repromissionē accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Jntimauit etiam firma pacis per litteras: ꝓpter quod de christo dicitur. ad hebre. viij. Melioris testamēti mediator est iesus quanto in melioribus repromissionibus sancitum est. Ueteris testamenti mediator fuit Moyses qui promisit obseruantibus bona temporalia. Noui testamenti mediator est iesus: qui promittit fidelibus regnum celorum. Publicauit etiā per litteras hominibus: q̄ christꝰ pacem immobiliter ratificauerat dicens de ipo. i. Thimo. ij. Mediator dei et hominū homo iesus christus. cuius testamentum confirmatum est temporibus suis. ¶ Quintus passus est: q̄ christus pacē publicatam conseruando vsq̄ in finē seculi stat in medio. Jpse enim dixit Matth. vlti. Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq̄ ad consummationem seculi. Sed quomodo sit in medio vidit Johānes euāgelista. Apoca. i. vbi dicit. Uidi septem candelabra aurea: et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis. i. christo filio virginis. Jsta septem candelabra aurea sunt septē ecclesie sacramenta. sc. baptismus: confirmatio: penitentia: eucharistia: sacer ordo: matrimonium: extrema

vnctio. In quorū medio scʒ in sacramento eucharistie. est xp̄s verus deus et verus homo. qd̄ sacramentum etiam durabit vsq̄ ad aduentum xp̄i ad iudicium: vt dicit apostolus. i. Corinth. xi. Quotiens em̄ manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annūciabitis donec veniat. scʒ ad iudicium. Est ergo christus in sacramēto eucharistie vsq̄ ad finem seculi sicut in medio septem cādelabrorū aureorum. pacem inter deum et hominem conseruando: et non solum inter deū et homines. sed etiā inter hoīes et hoīes existēs in medio eorum. eorum voluntatem faciendo. sicut ipse dicit Matth. xviij. vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo: in medio eorum sum. Dicit in nomine meo. i. in charitate in medio eorum sum. scʒ eorum faciendo voluntatem si fuerit eorū peritio triplici conditione regulata. scʒ q̄ petant p̄ se et pie et perseuerantur. Bene ergo dictū est moysi a domino in promissione messie prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum. Ex quibus duo catholica documenta accipiunt. Primum q̄ ver⁹ messias debebat esse mediator dei et hominum. Secundum q̄ verus messias debebat esse de genere tribus iude que manifeste impleta sunt in christo iesu saluatore nostro.

¶ Quod verus messias debeat eē similis moysi in in dando legem.



Tertius thesaur⁹ aperitur de assimilatione messie quam sacra scriptura determinat quia postq̄ deus dixit moysi p̄phetam suscitabo eis de medio fratrū suorum. statim subiunxit cui debebat assimilari dicens similem tui ca. quo supra. forte em̄ dixissent iudei non sufficere ad hoc q̄ quis dicatur messias q̄ exeat a medio: scʒ a tribu iuda: quia multi alij p̄phete fuerunt de tribu iuda: vt Dauid et sic suscitati sunt de medio fratrū suorum. Sed quid dicit regula. singula que non prosunt multa vnita iuuant. sufficit q̄ q̄tum ad hoc q̄ debebat esse de tribu iuda verificatur in iesu nazareno. quia ipse fuit filius marie: que fuit desponsata ioseph: qui fuit de tribu iuda: vt patet Matth. i. Et mulieres nō desponsabantur nisi viris tribus sue. Ideo seq̄tur in auctoritate que dicta fuit moysi p̄phetam suscitabo eis etc. similem tui quasi dicat deus nō solum sufficit q̄ sit de tribu iuda: sed q̄ assimiletur tibi. Ista similitudo debuit s̄m aliquid singulare esse quod fuerit in moyse: et nō s̄m aliquid cōmune. Moyses duxit populum et rexit. Multi etiam alij hoc fecerūt: vt Aaron cū eo: et post eū iosue moyses fecit multa miracula. et alij multi hoc idē et maiora: vt helyseus qui mortuū suscitauit qd̄ est maximū miraculoꝝ. Sed in quo inuenitur Moyses singularis non habens parem in quo debet

sibi assimilari messias certe in dando legem. Hic sunt quattuor puncta videnda. Primum punctus est quomodo moyses fuit singularis in dando legem. Secundus si iesus verus messias debuit dare aliam legem a lege moysi. Tertius si debebat illam legem quam daret scribere. Quartus que est excellentia legis nove.

¶ Quod moyses fuit singularis in dando legem.



Circa primum punctum posset aliquis dicere quod moyses non fuit singularis in dando legem. Quia secundum Ysidorum .v. ethimologiarum ca. i. Multi fuerunt qui dederunt leges. Quia primus qui dedit leges grecis fuit Foroneus rex. Primus qui dedit leges egyptijs fuit Mercurius termegistus. Primus qui dedit leges atheniensibus fuit Solon. Primus qui dedit leges lacedemonijs fuit Ligurgus. Iste fecit legem quod cives haberent libertatem eligendi magistratus et rectores. Iste divisit solum tam in domibus quam in vineis: et alijs predijs per equale ne quis posset dici potentior alio. Iste fecit iuvenes vna veste nõ amplius toto anno vterentur non permisit aliquem cultius alio progredi: nec opulentius epulari. Qui singula non pecunia: sed compensatione messium coequari iussit pueros puberes: non in forum sed in agrum deduci iussit ne primos annos in luxuria: sed in labore et opere agerent: nec prius in urbem redirent quam viri facti essent. Statuit virgines sine dote nubere vt vxores non pecunie causa eligerentur: sed virtute. et sic matrimonia diutius permanerent. Maximum honorem non divitum et potentium sed senum esse statuit. Deinde vt suis legibus eternitatem daret. iureiurando obligavit civitatem nihil mutaturos priusquam reverteretur. Profectus est autem cretam vbi voluntarium exilium perpetuo egit moriensque abijci sua ossa in mari iussit. ne forte lacedemones se solutos crederent iureiurando si corpus eius reducerent ad civitatem. ¶ Primus qui dedit leges romanis fuit numa pompilius qui primus successit Romulo in regno. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset. x. viros legibus scribendis creavit. qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatas. xi. tabulis exposuerunt. Paulatim autem antique leges vetustate atque incuria perierunt. Noue a Constantino cesare ceperunt: et reliquis succedentibus erantque permixte et inordinate. Postea Theodosius minor augustus ad similitudinem gregoriani et hermogeniani codicem factum constitutionum a Constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit: quem suo nomine theodosianum vocavit. Iustinianus vero qui imperavit anno domini quingentesimo. x. ij. et imperavit annis. xxxviij. Hic leges civilesque romane quarum erat nimia prolixitas admirabili

breuitate correxit. et ad .xij. libros coartauit. et de oībus vnū codicem ordinauit: quē codicē Justinianū appellari voluit. Fecit etiā librum institutionū quē in quattuor distinxit libros: in quibus legū primordia cōtinentur. Nouas quoqꝫ leges quas ipse fecerat in vnū volumen redactas nouellas vocari voluit q̄ cōmuniter autētice appellantur. et sunt per collationes distincte. Omniū etiā magistratuū et iudicū seu iuris consultorū leges q̄ duorū milliū eē librorū dicebantur abbreuiari fecit: et ad numerū librorū quinquaginta redigit. ipsumqꝫ librū digestorū seu pādectarū vocari mandauit: quibus legibus hodie totus mūdus ordinatur et regitur. In isto principe concurrerunt potētia: sapiētia: et diuinus cultus. per potētiā hostes superauit. per sapientiā mundū iustis legibus ordinauit. per diuinū cultū deū et ecclesiā edificijs et alijs operibus honorauit. Cū ergo oēs predicti leges dederint: vt ostēsum est patet euidenter: quod moyses in dando legē nō fuit singularis. ¶ Respondeo et primo declaro quid est lex. secūdo distinguā nomen legis. tertio soluetur dubitatio. Circa primū dicitur quod lex est quoddā speciale vinculū quo hoīes tenentur et ligantur ne per actus illicitos euagentur. Sicut enī aīalia siluestria nō domātur nisi primo fortibus vinculis teneantur: quia scz numquam domita efficerentur si sine vinculis ad voluntatē suā vagari dimitterentur. Sic vero necesse fuit: vt leges et mādata a deo et a superioribus fierent: vt infra limites iusticie vagabiles mores hominū corrigerētur et domarentur. Homo enī qui sicut vir vanus in superbiā erigitur. et sicut pullū onagri se natū liberum putat. vt dicitur Job. xi. numquam perfecte corrigeretur vel domaretur si sine legis vinculo vagari ad arbitrium sineretur. Et ideo certa ad ligandū mores hominū ne vagarētur. cōstituta est lex triplex. scz lex nature: diuine cure et humane cure. Lex nature est illa inflexibilis certitudo quā deus in synderesi cōsciētie collocauit. ne quis excusari possit. que vnicuiqꝫ dictat et ostendit: quid bonum vel quid malum. de quo dicitur ad Ro. ij. Cum gentes que legem non habēt ea que legis sunt faciunt ipsi sibi sunt lex. vide ibi. Lex diuine cure est quā dedit deus moysi in scriptis. Et ideo dicitur lex scripture. et quā xpūs in illa promissus implens vacuitatem eius veniens et generis humani amore per seipsum docuit. et in cordibus impressit. suisqꝫ fidelibus dereliquit. et ideo dicta est lex amoris. Lex vero humane cure est illa quā ad regimen humanum principes statuerunt. de qua dicitur .i. Corinthio. vij. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. ¶ Circa tertium ad predictam dubitationem dicitur quod verum est moysen in dando legem esse singularem. et verum est quod alij qui dicti sunt dederunt leges. quia moyses dedit legem diuinam. Alij vero leges dederunt humanas. ait enim beatus Isidorus vbi supra. Moyses gens

hebraice primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. vt infra capl'o.ij. ponens differentiã inter leges diuinas et humanas dicit. Omnes autem leges: aut diuine sunt aut humane. diuine natura humane moribus constant. Ideoq; he. s. humane discrepant: quia alie aliis gentibus placent. Si ergo moyses in dando legem diuinam fuit singularis et solus. in illo quo singularis fuit propheta suscitaturus de medio debebat ei assimilari. sequitur q illa propheta debebat dare legem diuinam qd solũ impletum est in iesu christo saluatore nostro qui dedit legem euãgelicam que lex diuina est et noua sicut moyses dedit legem diuinã antiquã. ¶ Quo ad secundũ punctũ sc3 vtrum iesus verus messias debuit dare legem diuinam: aliam a lege moysi dico q sic. Ad quod probandũ adduco tres fidelissimos testes: quorum prim9 est Isaias. qui in capl'o.ij. quod ad litteram exponitur de messia inter cetera dicit. De syõ exibit lex: et verbum dñi de hierusalem: quod verũ est in iesu nazareno vero messia: et in eius discipulis et apostolis qui inceperunt verbũ predicationis in hierusalem et cõtinuauerunt et publicauerunt per totum mũdum: q in omnẽ terrã exiuit sonus eorum et c. Declarat rabi salomõ super verbo eleuabitur super omnes colles. ca. eodẽ dicẽs. Quid vult dicere. et eleuabitur super colles. Nisi quia miraculum quod erit factũ in eo erit maius q miracula montis syna i et carmeli et thabor. Et quod est illd miraculũ: est illud quod dicit. De syon exibit lex. Item dicitur in midras tillim. id est i glosa psalterij super illud. Dñe in fortitudie tua letabif rex. ps. xx. dicit sic. Quid voluit dicere Isaias in. c. xi. quãdo dixit. In illa die erit radix Iesse que stat in signũ populorũ ipm gentes deprecabũtur: et erit sepulchrũ eius gloriosum. Dixit rabi hãma. Non venit rex messias: nisi vt det gẽtibus seculi mandata: sicut tabernacl'a: palmes: et philaterias. Satis apparet ex intentiõe hui9 doctoris q deus debebat dare legem nouã in qua essent mandata cerimonialia: sicut in lege veteri. Et quia facit mentionem aliquarum cerimoniarũ legis antique nõ apparet q sit sua intentio q messias deberet dare illas easdem cerimonias: cũ causa propter que date fuerunt in illo tpe sit iam preterita et in tpe messie non est locus vt dicitur. Item dicif in midras sirhasirim. i. in glosa cãticorũ sup textu. ca. primi vbi dicif. Osculetur me osculo oris sui. dixit rabi Iahida. In hora in qua israel audiuerunt ex ore dei. Duo prima mandata legis fuerũt firmati in cordib9 suis taliter: q nõ tradiderunt obliuioni. Venerunt ad moysen et dixerũt. En rabi oportet q tu sis mediator inter deum et nos: sicut scriptũ est Exo. xx. dixerunt moysi. Loquere tu nobis et audiemus: non loquatur dñs nobis ne forte moriamur. Ex illo tũc docebat eos moyses legem: et qui addiscebant obliuioni tradebant et dixerũt. Sicut

moyses est carnalis ꝛ transiēs. sic doctrina sua transit a nobis et dixerunt Rabi. vtinam vellet de⁹ secundo ostendi nobis ꝛ iam oscularetur nos osculis oris sui. taliter ꝙ sua doctrina refirmaretur in cordibus nostris. Et dixit eis moyses Hoc nō pōt esse modo sed in tēpore Messie erit. quia sic scriptū est Jhere. xxxi. Dabo legem meam in visceribus eorū ꝛ in cordibus eorꝫ scribā eā. Hec ibi. ¶ Hec est illa lex quā cū magna instātia petebat dauid secundus testis. in psal. cxviij. Legem pone mihi domine viā iustificationum tuarū: ꝛ exquirā eaꝫ semꝑ. Hic pōt queri a iudeis quaꝫ legē hic petebat a dn̄o dauid nō legē moysi quia eam iā habebat. ergo aliaꝫ qꝛ dicit. viā iustificationū tuarum et hec non est alia nisi veri messie Jesu nazareni que iustificat. lex enim moysi nō iustificabat nec eius sacrificia patet qꝛ illa sacrificia de per se. nō placebāt deo nec cum lege instituta sunt. Jhere. vij. Hec dicit dn̄s: nō sum locutus cū patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti. de verbo holocaustorum ꝛ victimarū sed sm̄ ꝙ dicit Rabi Moyses de egypto. Ista sacrificia non fuerūt data nisi vt retraherentur a sacrificiis ydolorum et in signum huius non fuerunt data populo nisi post ꝙ populus ad ydolatriā declinauit vitulum cōflatilē adorando. Ideo voluit deus magis ea sibi offerri ꝙ ydolis. et de hoc pulcre tractat sanctus Tho. prima secunde. q. ciij. articulo .iij. in corpore. ꝛ deinde per totum. Iteꝫ patꝫ ꝙ sacrificia legis moysi non iustificauerunt qꝛ semꝑ cū eoꝝ oblatione requirebatur oblatio sacerdotis patet i leuitico ¶ Sed quid si sacerdos esset malus ꝛ indignus: vtruꝫ exaudiret a domino: certe nihil valebat totum sacrificium. ꝛ hoc est ꝙ dicūt doctores theologi i quarto ꝙ sacrificia valebant non ex opere operato. sꝫ ex opere operante. Secus est de sacrificiis veri nostri messie iesu nazareni que valent ex opere operāte. ꝛ ex opere operato: vt patet in baptismo: qui quātūcūqꝫ sit malus minister et pessimus etiam iudeus ꝛ infidelis quicūqꝫ faciens quod ecclesia intendit baptismus ꝯplet suum effectum. Petebat ergo dauid legem veri messie Jesu nazareni que iustificat dicens. Legem pone mihi domine iustificationuꝫ etc. ¶ Hec est illa lex scilicet Jesu nazareni data in monte syon nō in monte synai. de qua tertius testis. s. Jheremias. c. xxxi. dicit. Ecce dies veniunt. id est tempora noui testamenti dicit dominus. ꝛ faciā domui israel ꝛ domui iuda. i. fidelib⁹ christum confitentibus generaliter ꝛ credentibus de iudeis specialiꝰ secundum quod dicitur Act. xiij. Primū vobis oportebat loqui verbum dei ꝛ cetera. fedus nouū. i. legem nouam. Lex enim frequenter in veteri testamento vocatur fedus non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egypti qḋ irritum fecerunt. ipsum multipliciter trāsgrediendo. sicut patet in libris



Judicum Regū.et paral'. Ecce ꝙ expresse dicit propheta legem ve ri messie.quam vocat fedus nouū sive pactum debere esse aliam a le ge moysi.⁊ dicit non secundum pa ctum quod pepigi cum patrib⁹ eo rum in die qua eduxi eos de terra egypti.scilicet cum dedit eis legē in monte synai. ¶ Quia ergo alia debebat esse lex messie promissi.s. iesu christi a lege Moysi videnda est differentia inter vtrāq₃ legem que non vna sed multe incompara biles dicte sunt de quibus dat te stimonium sacra scriptura specia liter doctrina beati pauli qui ple nius ꝙ omnes aliĳ auctores noui testamenti locutus est ostēdens ꝙ quia impleta erant mysteria ipsius cessauit vsus legis moysi q̄ primo erat. Et de diuersis ptibus suarū ep̄larum colliguntur hic.xiiĳ.diffe rentie.et addā₃ vnā: vt sic sint.xv. differētie q̄ ꝑ ordinem sūt iste q̄ se quūtur videlicet lex Moysi est lex carnis. lex christi est lex sp̄us. lex Moysi est lex timoris.lex xp̄i ē lex amoris. lex Moysi est lex figure lex xp̄i ē lex veritatis.lex Moysi ē lex oneris pōderosi ⁊ sine cōmo.lex xp̄i ē lex suauitat⁹,leuitatis ⁊ m̄lti fruct⁹.lex Moysi ē lex seruitutis. lex christi ē lex libertatis.lex moy si est lex que occidit. lex xp̄i est lex que viuificat.lex Moysi ē lex mor tis.lex christi est lex vite.lex Moy si est lex que est virtus peccati lex christi est lex que est plenitudo gra tie.lex Moysi est lex antiquitatis ⁊ debilitatis:lex christi est lex noui tatis et fortitudinis.lex Moysi est lex vacua.lex christi est lex habun dantie. lex Moysi est lex imperfe ctionis.lex christi ē lex perfectio nis.lex moysi est lex noctis lex xp̄i ē lex diei.lex moysi est lex tenebra rum lex christi ē lux lucis clare.lex Moysi est lex mysterium dānatio nis.lex christi ē lex iusticie ⁊ salua tionis.lex moysi est lex ꝑticularis lex christi ē lex generalis. ¶ Omit̄ fis primis.xiiĳ.propter prolixita tem euitandā₃.que diligens lector in predictis epistolis poterit inue stigare contra quālibet conditionē legis moysi poterit concludere nō sm̄ pactum etc.vt supra. Ultimā₃ solū₃ pro presenti intendo pertra ctare cum hec sit inter ceteras pro pria differentia vtriusq₃ legis. lex enim moysi fuit particularis pro pter multa. Primo quia lex serui. sc₃ moysi. Secundo quo ad popu lum quia fuit data particulari ⁊ li mitato populo.s. descendentibus ab Abrahā per Isaac. Tertio quo ad precepta cerimonialia sacramē talia ⁊ iudicialia que solum obli gabant populum limitatum.sc₃ iu deorum et non alios homines mū di propter quod ille populus fuit dictus peculiaris. Quarto erat li mitata ⁊ particularis quo ad locū scilicet terre ꝓmissionis i qua obli gabantur iudei et non in altera im plere multa suorum preceptorum habentibus in se ceteros limites vel terminos. Quinto quo ad tem pus quia habebat durare tempore limitato scilicet vsq₃ ad aduentū₃ Messie lex vero christi est lex vlis Primo quia lex domini vniuersi fi

tur lex moysi lex serui. Secundo est lex vniuersalis et sine aliqua limitatione quia mandat suis apostolis dicens. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. mar. vlti. Et quod baptizarent omnes gentes et docerent non doctrinam moysi serui sui. sed quam ipse dominus precepit eis et propterea data et notificata lege que est vniuersalis et communis omnibus gentibus: statim cessauit lex moysi que erat particularis data iudeis cum vna esset incompatibilis alteri. et dico incompatibilis non solum quia obseruantia vtriusque non potest esse in vna persona que ad plenum eas seruet. sed vltra hoc incompatibilitas est respectu diuersarum personarum cum vna lex quantum ad obseruantiam debitam ipsius repellat. et in exilium mittat alteram non solum ab illa persona in qua stat vel a domo ciuitate. regno vel imperio. sed a toto mundo. et ideo melius dicitur quod vna lex alteram totaliter annullat volo dicere quod non potest esse lex dei ordinata ad salutem animarum quam obseruando homo meretur paradisum nisi vna sola que est lex gratie cui est incompatibilis lex scripture. Est ergo altera lex christi a lege moysi: quia vna particularis. et altera vniuersalis. ergo non secundum pactum et cetera. vt supra. et sic cessare debuit lex moysi sicut particularis adueniente lege christi que est vniuersalis et communis. sicut minor dando locum maiori. ¶ Quo ad tertium punctum in quo querebatur et quo verus messias debebat dare legem sicut moyses. et aliam a lege moysi: verum debuit scribere legem illam in pellibus. petris vel aliquibus aliis extrinsecis. Videtur enim quod fuisset valde rationabile quod ipse fecisset aliquem librum sacre scripture cuius ipse fuisset principalis actor et scriptor. quia quelibet scientia habet suum principalem actorem sicut gramatica donatum: logica aristotelem. geometria euclidem. Ad hanc questionem respondetur ex dictis sancti Tho. vit. parte summe. q. xlii. articulo. iiii. quod non fuit decens aut conueniens quod christus legem suam aut aliquem librum de sua doctrina scriberet propter quinque rationes. Prima ne derogaret dignitati sue. Quia oportuisset scribere miracula et sanctitatis opera per ipsum facta et famam quam habuit in populis que omnia essent in laudem sui que licet sine superbia scribere potuisset in mentibus tamen hominum non careret arrogantie nota. Secunda ratione tolleret auctoritatem suam spirituisancto. licet enim indiuisa sint opera trinitatis ad extra secundum augu. in enchiridion. et ad Pollentium. xxviii. q. i. Sic enim tamen commendatur patris auctoritas in mundi creatione. Auctoritas filii in mundi redemptione et spiritussancti in hominum intima inspiratione. et scripturarum per sanctos conscriptione. Vnde Grego. dicit in prologo moralium. quod sacre scripture actor est spiritussanctus Et apostolus. ii.

ad Thimo.iij.q sacra scriptura est diuinitus inspirata et vtilis ad docendū. Quod autem ad spiritū sanctū pertineat scribere patet qr scribere est officium digitorum nunc autem spūssanctus ē dextre dei digitus. Exo.viij.et Luce.xi. Manus enim et lingue doctorum nō sunt nisi instrumentum et calamus spūssancti. vnde dixit qd. ps.xliiij. Lingua mea calamus scribe. Tertia rō nō decuit q xps legem et doctrinā suā scriberet in aliquo libro propter suam excellentiam singularem. scripta enim ordinantur ad impressionem doctrine in cordibus auditorum sicut ad finem. Tunc sic. excellētiori doctori excellētior mod9 debet attribui doctrinam tradendi et docendi. Sed excellentior modus est doctrinam in mentibus auditorum imprimere sicut faciebat xps q̄ i libro scribere igitur nō debuit scribere legem suam. Vñ pitagoras et socrates et phī āntiqui qui fuerūt doctores excellentissimi istum modum tenuerunt q nūq̄ aliquos libros scripserunt et hec est ratio formaliter sancti Thome. Quarta ratia est vt legem nouam a veteri distingueret et separet. lex enim vet9 dicitur lex scripta etiā digito q̄tū ad precepta moralia. Si noua eēt scripta per xpm etiam posset dici lex scripta. Quia igit̄ illa fuit lex timoris fuit scripta in libris et codicibus. qr ista amoris fuit scripta solum in cordibus. Quinta ratio et vltima ē propter regiā excellētiā demonstrandam xps enim fuit rex Jesus nazaren9 rex iudeoꝝ. Joh. xix. Et decet regiā maiestatē q sua dicta et facta p suos notarios scribantur et nō p se sicut fecerūt quattuor euāgeliste xpi iesu veri messie notarij. Sic ergo patet q xps non debuit legem nouā per se scribere in aliquibus extrinsecis sȝ ex amore scripsit eam in cordibus fideliū sicut dicitur in supradicta auctoritate Jhere. sed dabo legē meam in visceribus eorum. et in corde eoꝝ scribā eam. ¶ Ex predictis satis claret q verus messias debuit assimilari Moysi in dando legē. et q non debuit dare talem legem sicut erat antiqua sed legem nouam. et q illam non debuit scribere per se in aliquibus extrinsecis. sȝ in visceribus et in cordibus fideliū. que omnia ad litterā impleta sunt in iesu xpo saluatore nostro. ¶ Quo ad quartū punctum qui est de excellentia legis noue licet ex supradictis differentijs clareat manifeste specialius tamen eius excellentia declarat̄ ex sex gradib9 perfectionis. Primus est ex ostēsiōe cognitiōis dei. Secundus ex cōtēptoꝝ rationabilitate in mādatis vel monitis. Tertius ex miraculoꝝ claritate. Quartus ex ecclesie stabilitate. Quint9 ex diuina bonitate. Sextus ex amenissima promissoꝝ incōparabilitate. ¶ Circa primū gradum notandum est q lex moysaica quo ad fidem vnius dei erat imperfecta. quia licet in illa fuit aliqualis noticia vnius dei et etiam christi in quodam generali. nō tñ fuit ibi noticia explicata trinitatis personarum in vnitate essentie. nec p

consequens incarnationis. Cuius ratio est quia sicut cognitio naturalis procedit de imperfecto ad perfectum. vt dicitur .i. phisicorū vnde et pueri vocant primo omnes viros patres et omnes feminas matres. et postea distinguunt. Ita similiter supnaturalis cognitio minor fuit in lege veteri ꝙ in noua. in qua per christū veritas lucide est reuelata propter quod dicit saluator Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuū hominibus quos dedisti mihi. Ipse enim manifestauit expresse trinitatem personarū patrē nominādo a quo eternaliter ꝓcessit per generationem dicens. Jo. xvi. Exiui a patre et veni in mūdū scilꝫ in vtero beate virginis carnē assumendo spiritūsanctum ꝓmittendo. Jo. xv. Cū venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre: ecce processus spiritussācti ab vtroqꝫ. Nominauit etiam expresse trinitatem personarū in forma baptismi. Mathei. xxviij. Euntes docete omnes gentes baptizātes eos scꝫ In nomine patris et filij et spiritussancti. Manifestauit etiā vnitatem essentie. Johan. x. dicens: Ego et pater vnū sumus. Hoc est quod Johānes in sua prima canonica. c. v. dicit expresse. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. pater verbū et spūssanctus. et hi tres vnū sunt. In figura huius Moyses loquebatur ad populum velata facie vt habet Exo. xxxiiij. quia mysteria fidei nostre erant figuris et enigmatibus velata. sicut supra late declaratum fuit. In figura etiam huius velum templi fuit scissū in christi passione ad ostendendum ꝙ declarata et manifestata erant que prius latebant sub velamie ꝓpter quod ipsa lex noua tanꝙ perfecta in cognitione est donum perfectū: descendens a patre luminū. vt dicitur iacobi primo patet ergo ꝙ cognitio dei perfecta est ī lege noua que imperfecta fuit ī veteri ꝓpter quod patres veteris testamenti poterant dicere illud quod scribitur i. ad Cori. xiij. Ex parte cognoscimus et ex parte ꝓphetamus. i. imperfecte. ¶ Secūdus grad⁹ quo ōnditur ꝙ lex noua perfectissima est ex contentorū rationabilitate. vel mādatis vel monitis. quod vt clarius videatur ostēditur imperfectio legis mosayce quo ad totum corpus suū. s. quo ad ꝑcepta moralia et iudicialia et sacramētalia et cermonialia Primo enī ī lege moysi ꝑcepta moralia fuerunt imperfecta. et dicuntur moralia precepta illa que sunt de dictamine rationis etiā si nulla lex esset sicut est illud mandatū quod scribitur. Exod. xx. Honora patrē tuum et matrem tuam etc. Et similiter illud quod per modum monitionis scribitur. Leuit. xix. Coram cano capite cōsurge. et honora ꝑsonam senis et similia. Quod aūt ista fuerunt imperfecta declaratur dupliciter. Primo quia precepta moralia ī lege Moysi ordinabāt act⁹ hominum exteriores tantū ꝓpter quod apostolus ad Romanos. iij. vocat legem moysi legem factorū De actibus autem interioribus in quibus consistit bonū moris nihil

ordinabat aut parum. Sed contra hoc ē quod habetur Exo. xx. et Deu te. v. Non concupisces vxorē proximi tui et cetera. dicendum est secundum antiquos doctores ꝙ talis cōcupiscentia non prohibebatur inquantum erat omnino latens i corde: sed inquantum prorumpebat exter ius per aliqua signa: vt per verba scurrilia. impudicos tactus: et oscula et cetera huiusmodi. Ideo sic exponunt. Non concupisces. i. signa cōcupiscentie non facies. Unde ad Phil. iij. dicit glo. ꝙ lex vetus prohibebat manū nō animum. vel dicendū ſm alios ꝙ lex vetus ꝓhibebat concupiscentiam animi latentem: hoc tamē erat in paucis. s. in mechia et furto. Item in istis insufficienter prohibebat concupiscentiam. quia non puniebat trāsgressores. et sic patet ꝙ insufficienter lex mosayca ordinabat actus interiores. ¶ Secundo declaratur sic. quia lex mosayca etiam actus exteriores ordinabat sicut patet Deutro. xxiij. vbi dicitur sic. Non fenerabis fratri tuo pecuniā adusurā. nec fruges. nec aliquam aliam rez sed alieno. Ibi enim pmittit vsura cū alienis ꝑsonis. quod est illicitum contra dictamen recte ratiōis Item Deutro. xxiiij. permittit viro dare libellū repudij etiā causa indebita. Unde ibidem subditur Si accepit homo vxorem. et habuerit eam. et non inuenerit gratiaz in oculis eius propter aliquam feditatem. scribet libellum repudij. et dabit in manu eius. et dimittet eaz de domo sua. indiuisibilitas autem per totam vitam est de dictamine rationis naturalis. et sic patz ꝙ lex vetus imꝑfecta fuit in moralibus Et propter hanc imꝑfectionē lex mosayca dicitur pedagogus nr̄. ad Gal. iij. i. regula pueroꝝ et iꝑfectoꝝ in q̄bus nō q̄ritur ꝑfectio iterior. Sed ab exterioribus inhonestis ti more discipline reprimūtur. Et in actibus exterioribus multa eis ꝑmittuntur que non permitterent viris perfectis. ꝑpter quod Aug. li. de spiritu et littera exponens illud. ij. Cor. i. iij. littera occidit et cetera. dicit hoc non tantum de cerimonialibus intelligendum est. sed etiam de moralibus veteris legis. quia. s. non prohibebantur aliqua que de se sunt mortifera. vt patet ex predictis. propter quod dicitur Ad Ro. iij. Ex operibus legis non iustificat omnis caro. ¶ Sed lex noua perfecta est in moralibus. q2 perfecte ordinat actus humanos non solum exteriores sed etiam interiores. et in hoc imperfectionem legis supplet: propter quod dicit saluator imperfectionez legis adimplendo. Math. v. Audistis quia dictum est antiquis. non occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. in quo ordinat motū interiorem vt patet. Similiter lex noua actus exteriores ordinat nullum malum permittendo propter quod dicit saluator. Math. xij. Dico autem vobis quoniam de omni verbo ocioso quod locuti fuerint hoīes super terraz reddēt rationē

in die iudicij. Si autem his prohibet verbum ociosum per cōsequēs verbum nociuum. Et multo fortius oēm actum malū: ꝑpterea Math. v. post suppletionem preceptorum moralium veteris legis concludit perfectionē euangelicam dicens. Estote ergo perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. perfecit autem xp̄s moralia precepta legis etiam consilia euangelica superaddendo. propter quod Matth. xix. Inueni dicenti se se custodisse mādata legis ꝛ querenti vlterius viā perfectionis. dicit saluator adhuc vnum tibi deest. Si vis perfectus esse. vade ꝛ vēde omnia que habes et da pauperibus. ꝛ habebis thesaurū in celo: ꝛ veni ꝛ sequere me.

¶ Secundo in lege moysi iudicialia precepta erant imperfecta. qḋ patet ex duobus. Primo ex modo inducendi homines ad obseruantiam iusticie. ad quod ordinabant iudicialia precepta. Secūdo ex ipsis preceptis. primū patet sic. proprium est hominū imperfectorum vt inducantur ad iusticiam obseruandā timore pene. Uñ dicit Oratius libro epistolarū. Oderūt peccare boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pene. Hoc etiam declaratur ratione: q2 illud quod cū timore fit penale est: et nō delectabile. Uñ dicitur. i. Joh. iiij. timor penā habet. Operari autē virtuose non est pena virtuoso ꝛ ꝑfecto: sꝫ magis delectabile. ꝑpter quod dicitur. ij. ethi. q2 signum habitus generati est delectatio in opere. lex moysi inducebat homines ad iusticiam obseruandam per timorem penarum. propter quod dicitur lex timoris. Et in signum huius lex fuit data in terroribus: vt patet Exo. xix. Iā aduenerat dies tertius in quo scꝫ data est lex. Sequitur. Et ceperūt audiri tonitrua et micare fulgura. ꝛ nubes densissima operire montem. clāgorqꝫ buccine vehementius perstrepebat. Timuitqꝫ populus qui erat in castris. Et similiter facies moysi apparuit cornuta quando secūdo apportauit legem in tabulis descriptam. ꝛ timuerūt filij israel. vt habetur Exo. xxxiiij. In cordibus eñ illis designabatur terror ꝛ feritas legis. Patet ergo primum: videlicet imperfectio iudicialium preceptorū ex modo inducendi ad opera iusticie scꝫ per timorem pene. Secundo idem patet ex ipsismet preceptis iudicialibus que aliquādo infligebant penam innocenti. ꝛ aliquando culpabilem non puniebant. Primū patet per illud quod habetur. Numeri. xxxv. de homicidio omnino casuali. vbi dicitur talis qui fortuitu ꝛ absqꝫ odio ꝛ inimicitijs interficiebat hominē debebat confugere ad vnam ciuitatem refugij. et ibi manere vsqꝫ ad mortē summi sacerdotis. qḋ erat aliquando per magnum tempus. Talis qui erat innocens cū homicidium erat omnino casuale et inuoluntariū sine culpa puniebatur graui pena. q2 oportebat eū exulē esse ꝑ magnū tp̄s a sua ciuitate et a sua possessione. Secūdū ptꝫ vbi subditur de tali fugitiuo innocēte

Q si infra terminos vrbium inuē-
tus fuerit: ꝛ percussus ab eo qui
vltor est sanguinis absq; noxa erit
qui eum occiderit. Debuerat enim
profugus vsq; ad mortem summi
sacerdotis in vrbe habitare: ꝛ sic
patet ꝙ interfectio innocentis in
tali casu remaneret sine pena. que
tamen est grauis culpa. Talis au
tem imperfectio legis cōueniebat
īpfectioni populi qui erat pro-
nus ad effusionē sanguis: et ideo
interfector a casu remanēs in sua
ciuitate inter amicos interfecti:
erit in periculo mortis ꝙuis inno
cens: ꝛ sic de facili possunt in po-
pulo homicidia: multiplicari. Et
ideo ad hec mala vitāda data est
lex predicta de ei⁹ fuga: ꝙuis esset
innocēs. Et eadē ratiōe parcebat
lex. Si aliquis amicus mortui in-
terficeret eū extra fines ciuitatis
refugii: vt sic cogeretur in vrbe re
manere non ex sua culpa: sed pro-
pter homicidia vitāda ad que po
pulus tanꝙ īpfectus erat pn⁹.
Exemplum idoneū ponit phs in
quinto ethicoꝝ dicens. ꝙ aliquā-
do leges sunt similes regulis qui
bus vtuntur artifices in lesbia ad
dolandū lapides: qꝛ lapides illi⁹
regiōis sunt male dolabiles. ideo
vtuntur artifices regulis plum-
beis vt possit tortuositati lapide
applicari. sic in veteri testamento
date sunt leges aliquam imperfe-
ctionem habentes propter imper
fectionē illius populi. Lex tñ euā
gelica ꝙtum ad iudicialia est per
fectissima: qꝛ īducit ad obseruan-
tiam legis non per timorē pene:
sed per amorem iusticie: quod est
proprie perfectorū. vt supra dictū
est. ꝓpter quod lex noua merito di
citur pfecta sm ꝙ dicit Jacobi. i.
Qui autē perspexerit ī lege pfecte
libertatis. i. in lege euangelii que
ducit hoīem ad perfectionē ꝛ libe
rat a seruitute timoris ꝛ seruitute
peccati: sicut dñs ait Jo. viii. Si
manseritis in sermone meo: vere
discipuli mei eritis: ꝛ vos cogno-
scetis veritatē ꝛ veritas liberabit
vos. Itē qꝛ nullum innocentē pu
nit nec aliquod malū impunitū re
linquit: qꝛ etiā verba ociosa puniē
da ostēdit vt supra dictū est: ꝛ nō
solū verba ociosa: sed malas cogi
tatiōes sm quod dicit Matth. v.
Ego dico vobis ꝙ quicūq; vide-
rit mulierē ad concupiscendā eā
iam mechatus est in corde suo. ꝓ-
pter quod lex noua ē perfecta: de
qua pōt exponi illud cāticoꝝ. vi.
Una est columba mea perfecta mea.
Dicitur etiā lex noua columba me-
taphorice: quia est sine felle ama-
ritudinis nullum innocētiā puniēs.
Dicitur etiā perfecta: quia nullus
malū permittēs ꝛ sic apparet p-
fectio legis euangelice ꝙtum ad
iudicialia. ¶ Tertio declarat quō
sacramēta veteris legis erant im
pfecta. Ad cuius euidentiā consi-
derandū ꝙ illa sacramenta erant
ordinata ad faciendum homines
idoneos ad cultū diuinum: ꝛ ideo
aliqua erant cōia toti populo tam
viris ꝙ mulieribus: vt purifica-
tiones: alique a tactu immūdi vel
mortui que purificationes fiebāt
per aspersionē aque expiationis

de qua habetur Numeri.xix.⁊ si milia. Aliqua autē erant solis viris cōuenientia: sicut circūcisio: aliqua solis sacerdotibus sicut cōsecratio: ⁊ vnctio sacerdot℥.⁊ hmōi. Cuius ratio est quia sacerdotes applicabantur speciali modo ad cultum dei. Ista tamen sacramēta predicta erant imꝑfecta: ꝙ nō conferebāt gratiam sine qua non efficiuntur homies idonei ad cultum diuinū. Ideo sacramenta legalia dicūtur egena ⁊ infirma. Ad gal̃.iiij. vbi dicitur sic. Nunc aūt cum cognouistis deum immo cogniti estis a deo quomodo conuertimini iterū ad egena ⁊ infirma. Elementa dicuntur aūt infirma. quia non conferebāt aliquam potestatem spiritualē: sicut conferūt sacramēta noue legis. Similiter dicūtur egena: quia non cōferebāt gratiam que necessaria est ad bene vtendu℥ illa potestate. ¶ Sed contra hoc videtur quia in Exo.⁊ Leui. quasi vbiq͡ʒ dicitur: quia illa sacramenta reddebant homies idoneos ad cultum diuinum. Dicitur ꝙ talis idoneitas erat ꝑ quādam mundiciam et expiationem corporale℥ sicut in noua lege quis dicitur ineptus ad ministrandu℥ et celebrandum propter inmundiciam manuum. Lotio manuum reddit eum aptum: sed hec aptitudo est tātum corporalis. Sic erat de aptitudine que dabatur per sacramenta veteris legis. Et propter hoc dicuntur illa sacramenta emundationes carnis: vt habetur ad Hebreos.ix. vbi dicitur sic. Sanguis hyrcorum: qui scilicet offerebatur in consecratiōe sacerdotū et cinis vitule aspersus quo omnes mundabantur a tactu morticini vel immundi: vt dictum est: inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. id est corporis. quia sicut dictum est talia non cōferebant gratiam: sed auferebant quedam impedimenta seu regularitates impedientes a tabernaculi ingressu: sicut in noua lege patet per exemplum. Quando enim per prelatos dispensabatur cum aliquo illegittime nato vel priuato vno oculo: vel huiusmodi non cōferebat̃ ad hec sibi gr̃a: sed tātu℥ tollitur irregularitas. ¶ Sed cōtra hoc videtur quia ſm doctrinam sanctorum circumcisio tollebat peccatum originale: ⁊ per consequens conferebat gratiam vt cōmuniter tenetur. Dicendū ſm antiquam opinionem ꝙ tollebat peccatum originale: non tamen conferebat gratiā. hec eni erat potestas circūcisiōis. vt tenetur a multis ⁊ magnis doctorib⁹: quo℞ rationes propter prolixitatem omittuntur et in hoc differebat a baptismo ꝗ non solum auferebat peccatum originale. sed confert gra℥. Aliter pōt dici ꝙ si in circumcisione gratia conferebatur hoc non erat in virtute illius sacramenti: sed in fide christi venturi: quem protestabatur ille qui circūcidebatur si adultus erat vel alius ꝓ eo si paruulus erat. Et hoc est quod dicit̃ cōmuniter ꝙ valebat ex fide suscipiētium: non autem ex opere ope

rato. per quem modum valent sacramenta noue legis. patet igitur q sacramenta veteris legis erant imperfecta. ¶ Sed lex noua perfecta est q̄tum ad sacramēta: quia illa cōferūt gratiā qd illa non faciebāt. vt dictū est: pter qd dicit Jo. i. Lex per moysen data ē gr̄a et veritas p iesum xp̄m facta est: pter hoc de Johāne baptista q per suā predicationē et baptismū disponebat populum ad xp̄i baptismū: et per consequens ad alia sacramenta: cum baptismus sit ianua oīm sacramentorum. Luce. i. dicitur. Ipse precedit ante illū in spiritu et virtute helye: parare domino plebē perfectā. Sunt ergo ablata sacramēta veteris legis et introducta. vii. sacramēta noue leg. i quib tanq perfectissimis sacramentis deus attulit nobis causas salutis spiritualis. ¶ Cause autē salutis spiritualis non sunt nisi quattuor sicut et quattuor sunt cause salutis corporalis. sc3 curatiua: conseruatiua: preseruatiua: et melioratiua. Curatiua ē duplex. quedam eni totaliter et simul curat: vt baptismus culpam et penam oīno delens q̄tum in se est: quedam vero paulatim: vt penitentia. Conseruatiua est vt cōfirmatio: in hac eni daf sp̄ussctūs ad robur et cōfirmatiōe3 gr̄e q̄ data ē i baptismo. Preseruatiua ē matrimoniū in q cōcupiscētia carnalis i ruinā turpitudinis prona excipitur honestate nuptiarum: ne ruat in mortale peccatum. Melioratiua est ordo in qua gratia melioratur vl augmentatur: vel etiam extrema vnctio que hominem in meliori statu ponit et securiorem reddit. Est quoq quedā alia medicina predicta quattuor sola faciens. sc3 eucharistia: quoniā et venialia curat et ab eis animam preseruat: gratiam quoq cōseruat: quia p̄s. ciii. Panis cor hominis confirmat et etiam gratiā augmētat. ¶ Quarto in lege moysi cerimonialia fuerunt imperfecta. Ad cuius euidentiam notandum q cerimonie veteris legis fuerunt in quadruplici differentia. Quedam pertinent ad sacramenta: quedam ad sacrificia: quedam ad obseruationem: et quedam ad sacra. Sacra autē et obseruationes ordinantur ad sacrificia et ad sacramenta: quia sacra dicuntur vasa et loca et huiusmodi quibus vtebantur in sacrificiis et ritu colendi. Obseruationes dicuntur quidam modi viuendi religiosi quibus vtebantur iudei qui erant populus peculiaris ipsius dei. vtpote q custodirent se ab aliquibus cibariis potibus et vestibus: et similib9 ex hoc: quia erāt populus deo consecratus p sacramentū circumcisionis et alia sacramēta. Nunc autē ita est. q ex fine accipitur ratio eorū que sunt ad finem: et ideo ostenso q sacrificia et sacramenta imperfecta erāt sufficienter erit ostensum q sacra et obseruationes erāt imperfecta: q2 ordinabātur ad duo predicta: sicut ad finē: vt prius dictum est. Qd autē sacrificia veteris legis essent impfecta ostēdit: q2 quedā

erant sacrificia p pctis oblata et hec erant imperfecta: quia nō poterant auferre peccata ꝓpter qḋ dicit apl's ad Hebre.x. Impossibile est sanguie hyrcorū ꝛ thaurorū auferri pctā. Et iterū ibidē. Ois quidē sacerdos. scȝ veteris legis presto est quotidie ministrans et easdē offerēs hostias q̄ nō possūt auferre pctā. Et idē habet Esa. xl. Libanus nō sufficiet ad succēdendū ꝛ aialia nō sufficiēt ad holocaustuȝ. Libanus aūt hic vocaẗ primū tēplū qḋ fuit factum de lignis libani. Aialia aūt illa oblata q̄tum ad ptem cōcremata nō sufficiebant ad amotionem peccati. Alia aūt erant sacrificia pacifica ex deuotione oblata ad gratiā dei impetrandā seu ad aliqḋ beneficium diuinū: ꝛ illa erāt impfecta: qꝛ gratia diuina seu beneficium diuinū non impetrabatur ratione oblati muneris: licet aliquādo daretur ꝓpter oblationē ꝛ fidē offerentis. Et hoc est qḋ dicit apl'us ad Hebre.ix. Tabernaculū factuȝ est primū ꝛc. Sequiẗ que est parabola tēporis instātis: iuxta quam munera ꝛ hostie offerūtur que nō possunt ſm cōscientiā perfectum facere seruientē: qꝛ perfectio conscientie est donū grē. Et sic patet ꝓpositū q̄ lex moysi q̄tum ad cerimonialia ꝛ sacrificia erat imperfecta. ¶ Sed lex noua perfectissima est q̄tuȝ ad sacrificia: quia ipsa est vnū sacrificiū perfectissimū scȝ eucharistia que nō tm̄ ē sacramentū: sed etiā sacrificium: qꝛ ibi xp̄s queadmodū imolaẗ ꝛ fructus sue benedicte passionis a populo percipitur. Istud aūt sacrificium tanq̄ vnū ꝛ pfectū fuit i lege figuratū p mlta sacrificia ꝛ varia: sicut pfectuȝ p' impfecta. Eius aūt pfectio apparet in duobus: quia primo tollit peccata qḋ nō poterāt facere legis sacrificia: ꝓpter qḋ diciẗ. Jo.i. Ecce agn⁹ dei ecce qui tollit pctā mundi. ſm q̄ dicit btūs Johānes.i. canonica.iiij.ca. Ipse est propiciatio pro pctis nostris: nō pro nostris aūt tm̄: sed p totius mūdi. Secūdo apparet ei⁹ pfectio: qꝛ augmētat gratiā ſm q̄ dicit Joh.vi. Qui māducat me viuit ꝓpter me: scȝ per augmentum gratie. De hoc sacrificio panis ꝛ vini in Bereschit raba.i. in genesi magno. Rabimosse darsan super textū gen.ca.xiiij. Melchisedech rex salem offerens panē ꝛ vinuȝ. Erat eni sacerdos dei altissimi dicit rabismulthel filius nahamā. Iste mechisedech erat sem filius noe: et quid voluit dicere proferens panem ꝛ vinum: ostendit nobis q̄ decuit ei actus sacerdotij q̄ erat sacrificare panem ꝛ vinum: ꝛ hoc ē quod dixit. ps. in psal.cix. Jurauit dominus ꝛ nō penitebit eum: tu es sacerdos ꝛc. Et quis est ille. Ille est rex messias. propter quod scriptum est. Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator ipse zach.ix. Et in hoc q̄ dicit proferens panem et vinum concordat cū ps. q̄ dixit ps.lxxi. Erit firmamētū in terra in sūmis montiū vbi dicit. Translatio chaldaica erit sacrificium panis in terra in

capitibus montium synagoge. Et cum ille. ps. lxxi. Deus iudiciũ tuũ regi da. ſm doctores talmuth tot⁹ loquatur de messia. quicunq; si nõ est cecus poterit videre ſm predicatam translationem chaldaicã: ꝙ messias erit firmamentum in terra in altitudine montium synagoge: qui montes synagoge ⁊ ecclesie sunt sacerdotes qui quotidie de sacro eleuant messiam super capita sua. ⁊ est ita clarum ꝙ non possunt negare nisi illi sup quos venit maledictio. Esa. In cecitate oculorũ vt cordis. hoc est ergo vnicũ sacrificium excellentissimũ legi noue in pane ⁊ vino. quod sacrificium est ipsemet messias. ⁊ sic perfectio legis euangelice patet ex perfectione sacrificii. Et cum omnes cerimonie ecclesie sint precipue ꝑpter istud sacrificium: sicut propter finem. sequitur ꝙ cerimonie xp̃ianorum sunt perfectissime. ¶ Nec est mirandum ꝙ in lege noua fiant cerimonie que aliquid figurent sicut figurabãt cerimonie veteris legis Cerimonie enĩ ordinantur ad cultum diuinum. Et ſm ꝙ dicit Aug. in encheredion. c. iii. De⁹ fide spe et charitate colitur loquẽdo de cultu interiori qui est per fidem ⁊ charitatem. Est ergo triplex status hominis in quo habetur fides ⁊ spes de bonis celestibus: et de his per que ad ipsa introducimur. sciłʒ de mysteriis xp̃i. et de vtrisq; sicut de futuris: ⁊ hic est status veteris testamenti: in quo habetur fides de bonis celestibus sicut de futuris. Sed de his per que introducimur ad celestia: scʒ de mysteriis xp̃i. sicut de presentibus vel de preteritis est status noue legis. Terti⁹ status est in quo vtraq; habentur tã̄ꝗ presentia ⁊ euidentia ⁊ nihil creditur ⁊ hic est status patrie celestis. in hoc autẽ statu tertio vbi nihil creditur nihil est cerimoniale vel figurale ad cultũ pertinens. ſm qḋ dicitur Apoca. xxi. Templũ non vidi in ea. dominus enĩ deus omnipotens templũ illius est. Pari igitur ratione adueniente secundo statu: scʒ noue legis cerimonie primi status. s. veteris legis cessare debuerunt ⁊ induci alie que conuenirent statui noue legis. in quo bona celestia expectantur de futuro. sed beneficia xp̃i habita sunt de preterito. Et ideo quia cerimonie veteris legis significabant xp̃m venturum. dignum est vt sic euacuerentur in noua lege. in qua mysterium xp̃i iam est preteritũ. et hoc est qḋ dicit ap̃ls ad Hebre. ix. translato sacerdotio necesse est: vt legis trãslatio fieret ꝗ̃tum scʒ ad cerimonialia thurificatione tantũ excepta. quia nõ significabat mysteriũ xp̃i directe: sed deuotionem populi ad xp̃m. nunc autem debet esse nõ minor deuotio ad ipm iam presentialiter exhibitũ ꝙ erat tunc ad ipm venturũ: ꝑpter qḋ in noua lege manet thurificatio per quã designat̃ ministrorum ecclesie: ⁊ ipsius populi deuotio. Innumere autẽ sunt in lege noua cerimonie. Et si nũꝗ̃ aliud attenderent iudei ⁊ pagani nisi excellẽtia cerimoniarũ in ritu xp̃iano. Istud solũ deberet conuin

dere cecitatem eorũ sicut patet de ornamentis sacerdotalibus et ministrorũ et de aliis que cum tanta solennitate fiunt in altari ꝛ in choro in festis duplicibus maioribus minoribus semiduplicibus ꝛ simplicibus: quales etiam cerimonie fiunt in choro a cãtoribus et organis ꝙ honestissime inclinationes. Quid dicam de ornatu in crucibus ꝛ calicibus aureis ꝛ argenteis. ceterisqꝫ vasis ꝛ reliquiariis. in quibus reliquie sanctorum qui ꝑ xp̄o mortui sunt vel cũ fidelissime secuti sunt honorifice conseruant̃. Mirabantur iudei vnum templũ Salomonis: sed in stuporem conuertãtur pre multitudine ꝛ magnitudine ecclesiarum xp̄i in toto orbe cõstructarum. Mirentur altitudinē et pulchritudinem turrium: in quibus armonia dulcissima resonat campanarum: que pro laudibus diuinis ꝛ pro conuocatione populoꝝ ꝛ pro terrore demonũ mira efficacia propulsantur. Quid dicam de cerimoniis romane curie in summi pontificis imperatorũ ꝛ regum vnctione. Quid de consecratione episcoporum: ecclesiarum: altariũ: vasorum: ꝛ vestimentorum que omnia admirãda et stupẽdissima sunt cum xp̄o: ꝛ in admirationem conuertant deuote aspicientes. Attendant autem miseri iudei. s. ꝛ infideles super omnia in vna ꝛ eadem fide tantã diuersitatem religionum: vbi homines a seculo fugiẽtes exponunt totum tempus vite sue in laudibus et seruitio redemptoris qui his et diuersis cerimoniis ꝑ cõseruatione religionũ quasi quibusdam muris vtuntur sicut nucleum in testa conseruatur. ꝛ mel in fauo. et ciuitas in muro. In substantia tamen eiusdem fidei nullatenus discrepantes ad vnum beatitudinis terminũ nituntur peruenire. Sic ergo patꝫ in summa colligẽdo ꝙ lex noua que euangelica dicitur perfectissima est in moralibus: quia ea implentur. addita perfectiõe quia illi precepto non occides additur non irasci. Et illi non mechaberis additur non concupiscere ex visu. Et illi non periurabis. additur nõ iurare omnino. i. sine legitima causa. ꝛ sic de aliis Matth. v. Et ab illo ꝑmisso vsure aliena tollitur imperfectio. date mutuum nihil inde sperantes. Luce. vi. Et illi de libello repudii. additur si quis dimiserit vxorem: nisi ob fornicationẽ mechatur: ꝛ qui eam duxerit similiter mechatur. Matth. v. ꝛ sic tollunt̃ imperfectiones talium permissorũ in lege veteri. ¶ Si queras vtrum moralia precepta possunt dici euacuata simpliciter. Respondetur ꝙ moralia precepta fuerunt euacuata tm̃modo ꝑm quid. scꝫ ꝙ̃tum ad imperfectionem: cuius ratio est qꝛ sunt de dictamine recte rationis. ꝛ ideo manent quãtuꝫ ad substantiã precepti remota tm̃ imperfectione sicut dictum est: quia quando ex imperfecto fit perfectuꝫ non tollitur terminus a quo. sꝫ tm̃ eius imperfectio: sicut qñ ex minus albo fit magis albũ non tollit̃ albedo ꝑcedẽs sed tm̃ eius imperfectio. non est sic de cerimonialibus veteris legis: qꝛ

contrariantur noue legis cultui: et quando fit mutatio de vno contrario in alterum: oportet terminũ a quo totaliter euacuari: sicut quãdo ex albo fit nigrũ albedo tollit. Cerimonie veteris legis dicuntur cõtrarie cerimonijs noue legis: quia ille figurabant christũ venturum. et iste iam de preterito aduenisse. et ideo totaliter cessare debuerunt. Etiam lex noua est perfectissima in iudicialib9 ex amore ad iusticiã inducendo innocentem non condẽnando. nec aliquod malum impunitum relinquendo. et impleuit christus iudicialia precepta. et in eo q iusticie addidit equitatem misericordie: vt p3 in absolutõe adultere. Et factuz est deinceps et iter faciebat etc. Maria q̃ vocat magdalena de qua septem demonia exierant. et Johãna vxor chuze procuratoris herodis: et susanna et alie multe etc. Johan. viij. Justicia enim s̃m rigorem diminuta est a misericordia que superexaltat iudiciuz. ¶ Sed nunquid iudicialia precepta veteris legis totaliter euacuata sunt. Respondetur q quãdo corrumpitur terminus a quo per accidẽs illud quod est ei adiunctum corrumpitur. potest tamen manere cũ termino ad quẽ si nõ habeat ad ipsuz contrarietatem: non tamen manet idem numero: sed specie tñ. Sic quando de aere fit ignis corrumpitur aer. et manet in igne qualitas symbola eadem specie scilicet raritas. talia sunt iudicialia veteris legis que adueniente lege gratie cessat etiam earum obligatio. posset tamen aliquis princeps ordinare q seruarent in regno suo: ita tñ q nõ reputaret ea esse obligatoria ex lege moysi. Ratio p̃dicti est: q2 iudicialia p̃cepta per se et directe nõ erant ordinata ad significandũ aliquid futurum sicut erãt cerimonialia: sed erãt ordinata per se et directe ad seruandũ ordinẽ iusticie in populo iudaico: vt supradictũ est. Q2 tñ status illius populi erat figuralis tot9 respectu xp̃i: vt dicit ap̃ls. i. ad Corinth. x. oĩa in figura cõtingebant illis: per cõsequẽs precepta iudicialia illi9 pp̃li erãt figuralia nõ directe sed ex cõseq̃nti. et ideo si aliqui seruarent ea ex hoc q fuerunt tunc statuta hoc eẽt dicere q stat9 ille adhuc durat qd̃ est erroneũ et illicitum si tñ aliquis princeps vellet ea de nouo statuere posset licite. ¶ Considerandum tñ q in lege noua transeunt quãtũ ad eorũ rigorẽ: q2 essent magis obseruãda ex amore virtutis q̃ ex timore: q2 lex noua est lex amoris propter qd̃ dicit. i. Joh. iiij. perfecta charitas foras mittit timorẽ. Adimpleuit etiã xp̃s p̃cepta iudicialia rigorẽ eorũ tẽperando in aliq̃bus: vt dictũ est p seip̃m: et in alijs dimisit tẽperamẽtũ suis ministris scz ecclesie: p̃latis: et principib9 catholicis. vt de talibus ordinẽt s̃m q viderint vtile cõstati fidelium s̃m temporũ varietatẽ et locorũ et personarũ. et istud nõ fuit destruere legem: sed adimplere. q2 sic ordinauit meliorẽ modũ obseruationis iusticie. sicut nõ destruit puer qñ fit vir: q2 licet transeat pueritia: ma

net tñ melior status eiusdẽ persone etate mutata. Lex vetus habuit quasi statũ pueri respectu noue legis: ꝓpter qd vt supradictũ est. ad gal. iij. dicitur lex pedagogus noster fuit primo. i. regulatiuus stat⁹ puerilis: ꝓpter qd erat lex timoris sicut pueri sub disciplina ꝛ timore custodiũtur. Lex aũt euãgelica est lex amoris. ꝛ ideo non debet esse tã tus rigor penarũ: qꝛ ꝓpriũ hoĩum ꝑfectorũ est magis deduci ad virtutẽ amore iusticie ꝙ timore pene vt supradictũ est. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in sacramentalibus: vt dictũ est de eucharistie sacramento. Et impleuit xp̃s sacramentalia legis per exhibitionẽ veritatis. venit eñ rex ꝛ impleuit figuras que vacue erant. Impleuit sacramentum circuncisionis qd se ostendebat soluꝫ ad viros. Primo suscipiendo in seipso. Scdo meli⁹ efficacius ꝛ generalius instruendo sacramentũ loco ipsius: scꝫ baptismũ in quo cõfertur maior gratia ꝛ remediũ tam viris ꝙ mulieribus. Impleuit etiã sacramentũ vnctionis regũ ꝛ sacerdotũ. non ꝙ assumꝑserit statũ sacerdotis legalis vel terreni regis: immo dixit coraꝫ pylato. Regnũ meũ nõ ẽ de hͦ mũdo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ ministri mei vtiqꝫ decertarẽt vt nõ traderer iudeis: nũc aũt regnũ ꝛc. Johannis. xviij. et ideo non habuit istã vnctionẽ corꝑalẽ regũ vl̓ pontificum. sed vnctionẽ spiritualem habuit a deo patre per plenitudinẽ gratie ꝭm ꝙ dicitur in ps. xliiij. Unxit te de⁹: de⁹ tuus oleo leticie ꝛc. ¶ Est etiam lex noua perfectissima in cerimonialibus: vt dictum est: ꝛ christus impleuit cerimonialia: non solum que pertinebant ad sacramenta: sed etiaꝫ ad sacrificia: sicut immolatio agni paschalis: ꝛ iuge sacrificium. ꝛ similia que erãt figuratiua vnius sacrificij perfecti. scilicet christi in cruce offerendi. Et ideo ista impleuit christus vno modo patiendo corporaliter in cruce. Alio modo efficatius sacrificium: scilicet eucharistiam instituẽdo. Quedaꝫ etiam cerimonialia pertinebãt ad sacramenta ꝛ de talibus erant preceptiua prohibitiua visuꝫ aliquorum ciborum: ꝛ similia: et ista adimpleuit christus: quia dixit petrus actuũ. xi. Immũdum ꝛ commune non intrauit in os meum: ꝛ multo fortius christus hec obseruauit: ꝛ sic ista precepta adimpleuit obseruando: et obseruationem meliorem declarando: per talem enim abstinentiam a corporibus cibis significabatur abstinentia a spiritualibus immundicijs. Hanc autem mũdiciam instituit christus in lege euangelica q̃ est mũdissima dicẽs. Beati mũdo corde: quoniã ipsi deũ videbunt: ꝛ per cõsequens debuit cessare illa figura vel abstinentia: propter qd dicitur actuũ. iiij. ꝙ deus purificauit. Tũc ergo dicit: qꝛ nullus cib⁹ coinquinat homines qui cum gratiarumactione percipitur: et hoc est quod dicit christus. Matthei xv. quod intrat in os non coinquinat animam. dimisit tamen deus

in ordinatione ecclesie de aliquib⁹ abstinentijs faciendis pro loco et tempore. ꝛ sic patet excellentia legis christi quantum ad totum corpus ꝛ quomodo xp̃s legem adimpleuit quantum ad omnia genera preceptorum. ¶ Est etiam perfectissima per amotionē velaminis quod significatum est: quia tunc sacramentalia ꝛ cerimonialia mutata sunt quo ad effectum: sed non quo ad obseruantiam: quia cum honore sepelire debuit synagoga mater nostra. Legalia enim tripliciter considerātur. Primo quasi viua ante passionem et tunc iudei tenebantur conseruare ex precepto. Secūdo quasi mortua scilicet a passione domini vsqȝ ad fidei manifestam reuelationem ꝛ hoc tempore permissum erat eis seruare et petrus seruauit. Tertio cōsideratur tempus in quo fuerūt mortua: scilicet post fidem reuelatam: et extunc nec precepta fuerūt nec permissa: sed omnino prohibita ne cineres mortales: scilicet synagoge sepulte de tumulo prodiret: quod horribile foret ꝛ fetiduȝ. Sic ergo lex noua in toto corpore perfectissima est sicut ex opposito lex vetus toto corpore imperfecta Diuina etiā contenta in lege noua vt dicit doctor subtilis scotus in prologo primi sententiarum. q. ij. sunt rationabilissima: id est quod nihil tradit dissonuȝ rationi. ꝛ in hoc cōmendatur excellētia legis noue. Quid rationabilius quam deum tanquam finem ꝛ vltimū sup omnia debere diligi ꝛ proximum sicut seipsum: id est ad id ad quod seipsum. secundum gregoriuȝ. In quibus duobus preceptis dependet vniuersa lex et prophete. Matth. xxij. Itē Matth. vij. Omnia que vultis vt faciant vobis homines. ꝛ vos facite eis. Ex istis quasi ex principijs practicis: alia practica in scriptura sequitur. Tradita honesta ꝛ rationi consona. sicut de eorum rationabilitate patere potest singulatim cuilibet pertractanti de preceptis et consilijs ꝛ sacramentis: quia in omnibus videtur esse quasi quedam explicatio legis nature: que scripta est in cordibus nostris: ꝛ hoc quo ad moralia: de quo Augusti. ij. de ciuitate dei. c. lxxviij. Nihil turpe aut flagiciosum spectandū: imitādūqȝ proponitur vbi veri dei aut precepta insinuantur: aut miracula narrantur. aut diuina laudant. aut beneficia postulantur. De incredibilibus etiam patet: quia nihil credimus de deo quod aliquā imperfectionem importat: immo si quid credimus esse magis attestatur perfectioni diuine quam eius oppositum. patet de trinitate personarum: de incarnatione verbi. et huiusmodi nihil eniȝ credimus incredibile: quia tunc incredibile esset ea mundum credere. sicut deducit Augustinus de ciuitate dei libro. xxij. ca. v. Mundum tamen ea credere nō est incredibile: quia hoc videmus. ¶ Tertio ostenditur excellētia legis noue ex tertio gradu perfectionis eiusdem. scȝ ex miraculorum claritate. quod sic deducit predictus doctor subtilis deus nō potest esse testis falsus: sed ipse in-

[...]am pro calciamento. Ad quod di[...]o q̃ ille fuit verus messias noster [...]esus nazarenus quem zacharias [...]ocat non solum iustum et saluato[...]em sed et pauperem. zach.ix. In [...]naiorem quantitatem peccati sui notanter dicit textus. ꝛ pauperem pro calciamento. quia premittitur iustum pro argento. Crederet forte aliquis q̃ pro magno precio argenti. sed hic exponitur debilitas precij ꝛ modicitas quando dicitur q̃ vendiderunt pro calciamento. i. pro precio calciamentorũ. quod p̃cium est communiter. xv. mor. apetmorum. qui summant. xxx. albos vel denarios. Alibi vero precium sotularium est duo solidi cum dimidio qui etiam summant. xxx. denarios. quia solidus est. xij. denarij, p quo precio fuit vendit⁹ xp̃s. Quicquid ergo valeant illi denarij vel illud argentum designatur modicum precium pro quo pauper xp̃s fuit venditus. quia pro precio calciamẽtorum. ¶ Quinto dicunt iudei ad istum textum q̃ intelligitur sic. Iustum pro argento. i. iusticiã quia iudices ꝛ ministri iusticie pecunia corrupti vendebant pauperis hominis iusticiam pro modico precio. quia pro calciamẽto. sed ista responsio nulla est. quia cum deus sit magis pronus ad miserendum q̃ ad puniendum. et deus pꝫ percerit super tria prima scelera que grauiora sunt. vt ydolatria homicidium. fratris venditio. a forti dei etiã parceret super illud quartum quod non est ita graue. Relinquitur ergo q̃ venditio istius iusti pro argento et pauperes pro calciamento et venditio iusti pauperis Jesu nazareni veri messie nostri super quam deus non parcit iudeis. quia non datur venia non penitenti. et in peccato continue perseueranti. Non ergo a predicta captiuitate exire poterãt donec patrum suorum in se peccatuꝫ emendent. i. quod illi non crediderunt credant. Mundata vero mente cuiusuis a culpa. confestim eum consequitur pietas diuina. quod etiam suorum quedam doctorum. scilicet Rabina subtilibus et occultis exprimi voluit verbis. si illud sue mentis duriciam penetrasset. Interrogatus enim quando Dauid filius esset venturus. hodie ait si verbis credideritis eius His enim verbis intelligi dedit. q̃ quicunq̃ quauis hora mandatis dei obediens et credulus fuerit. ilico filius dei ad eum accedit. De hac pena irreuocabili in hac vita dicitur etiã Danielis. ix. Occidetur christus et non erit ei⁹ populus qui eum negaturus est. et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo et finis eius vastitas. et post finẽ belli statuta desolatio. Ecce triplex pena occidentiuꝫ christum in presenti vita. Prima pena quia non sunt eius populus quia non christiani sed adhuc iudei appellantur. Secunda pena dissipatio ciuitatis et templi qualis facta fuit per Tytum cum romano exercitu. Tertia pena q̃ finis eius est vastitas et statuta desolatio. i. fine

scriptura que omnia impleta sunt post mortem christi quem occiderunt. ¶ Si dubitant de tertio satis debet ee eis sufficiens testimonium qz sunt iã mille.cccc.xx.ãni qp ptinuat pdicta desolatio ciuitatis et templi vt supra dictũ est. ¶ Secundo sacra scriptura specifice determinauit persequẽtium messiaz penã in futuro vñ dicitur Isa.vlt. de fidelibus sequẽtibus xpm ptra iudeos incredulos et impenitẽtes. Egredientur et videbunt cadauera virorũ que preuaricati sunt in me vermis eorũ non morietur. ignis eorum non extinguet. et erũt vsqz ad satietatẽ visiõis omni carni Intellectus predicte auctoritatis est iste egredientur.s.beati qui fuerũt credentes et sequẽtes verũ messiã egredientur dico in die iudicij nõ pro loci mutatiõe sed pro cõsideratiõe: et videbũt cadauera eoꝝ q̃ puaricati sunt in me quia inquit dñs. Preuaricantes reputaui oẽs peccatores terre preuaricati sunt xpz promissum nõ recipiẽdo: eius doctrinã n. sequẽdo et ipsum crucifigendo. cadauera dicit.i.corpora dãnatorũ in gehẽna. et dicũtur cadauera: qz in eternam damnationem cadent. Quia et demones cadauera possunt dici sm qp homines appellantur. Unde inimicus homo hoc fecit. hec in glosa. Et qp iste sit itellectus patet per hoc quod sequit. Uermis eorũ non morietur. qz vermes corpora mortuorum corrodentes in sepulcris cito deficiũt: quia cum eis in puluerem conuertũtur et ignis eorũ nõ extinguet. Ex quo patet quod dictum est de cruciatu corporum infideliũ et oim dãnatorum in igne inferni q̃ est inextinguibilis extrinsecus. Et de verme cõscie qui semper intrinsecus corrodebit eos qui nõ crediderũt nec secuti sunt xpm verũ messiã. vnde sicut tinea comedit vestimentũ et vermis corrodit lignum et ignis deuorat ligna. sic meror et tristicia excruciat cor viri. Sequitur et erunt vsqz ad satietatem visiõis oi carni. quia.s.boni videbunt eos a se iusto iudicio separatos. amissa potẽtia qua seuiebãt contra bonos. vt vindictã dei in illos tantã et vltra non exposcant qui dicũt modo. Usqquo dñe nõ vindicas sanguinez nostrũ: satiabunt quoqz de beatitudine sua gratias agentes visa ipsorum ineffabili pena. hec ex ordinaria glosa. Nicolaus vero de lyra satis concorditer sic exponit. Et erũt vsqz ad satietatẽ.i.repletionẽ et perfectionem visionis omni carni.i.oi homini beato. non sic intelligendo qp beati delectentur p se in penis dãnatorũ sed qz talis intuitus declarat eis diuine iusticie exercitiũ et diuine mie beneficium quo penas illas euaserũt. et propter glorie augmentum in ꝯtrum apparet maior cõparata ad suum contrariũ: qz appositis iuxta se contrariis maiora et minora videntur.i. elencorũ. et ex istis tribus beati per se letant. sm qp dicitur. ps.lvi. Letabit iust⁹ cũ viderit vindictã. Ecce primũ: manus suas lauabit ĩ sanguine peccatoris in ꝯtrũ dei mia factus est immunis ab illis penis. Ecce scdm.

si vtiq̧ est fructus iusto. accipitur hic si pro qz. quia per hoc apparet maior fruitio ꝓpria ⁊ sic totũ cedit in gloriã electorꝝ ⁊ ipsius veri messie xp̄i iesu principaliter qui in die iudicij dicet existentib⁹ ad sinistrã s. incredulis ⁊ dãnatis. Ite maledicti in ignẽ eternum qui patus est dyabolo et angelis eius. Math. xxv. Existentibus vero ad dexterã dicet Uenite benedicti patris mei possidete regnuꝫ quod vobis patũ est ab origine mundi. c. eodẽ. ¶ Ex predictis. xij. thesauris colligitur vna ratio quasi quedã corona victorie incõparabilis valoris cõtra iudeos que talis est. Quãdocunq̧ sacra scriptura p̄nunciat aliquod futurũ ⁊ specifice determinat tempus veniendi ꝓgenieꝫ venientis. cui debet assimilari. locũ natiuitatis. nomẽ eius. venerationẽ singularẽ. modũ viuendi. modũ moriendi. causaꝫ mortis. resurrectionem eius. premiũ credentiũ. et penã ꝑsequentiuꝫ ip̄m in vita presenti ⁊ in futuro seculo. Si ista oia cõcurrũt simul in vnum determinatũ hominem. manifestum est ꝙ illud quod fuerat ꝑ illam scripturã predictuꝫ ⁊ denunciatũ est ĩ illo tali homine adimpletũ. Sed sacra scriptura p̄dixit ⁊ denũciauit oia predicta que oia in iesu nazareno saluatore nostro sunt impleta. nec alius inuẽt⁹ est in quo omnia predicta simul cõcurrerent igitur concluditur ꝙ ip̄e est verus messias ĩ lege promissus nec alius expectandus. Maior istius rationis clara est sicut lux et ab omnibus concessa. et ideo probatione non indiget. Sed minor latissime declarata est in apertione predictorum. xij. thesaurorum qui aperti sunt ad declarationeꝫ aduẽtus messie veri in lege promissi. q̄ est christus iesus fili⁹ dei viui. Et in hoc completur liber primus qui est de armatura fidelium. ⁊ de excellentia fidei catholice domini nostri iesu christi qui est turris fortitudinis a facie inimici. Cui honor laus. bn̄dictio ⁊ gl'a sine fine. Amẽ

¶ Explicit liber primus fortalicij fidei.

¶ Incipit liber secundus qui est de bello hereticorum.













Ntiquorum
in libris legimus
gentilium. milites
humanam veneran
tes gloriam genero
se diuersa monstro-
rum genera destru-
xisse. Sicut Hercu-
les antheum. The-
seus mirothaurũ Jason thaurum igniuomum.
inextinguibilez aprũ meleager. Lorebus stigia
le mõstrũ. Perseus marinũ monstruz. Sic etiaz
generosi ecclesie milites: vt Jheronimus. Au-
gustinus Hylarius ⁊ ceteri patres orthodoxi di
uersorum hereticorum et heresis monstra spũa
libus armis expugnasse legũtur. Non tñ sic om
nino extincta sunt heresum monstra: quin repul
lulare conentur. ac etiã noue hereses oriant in
aliquib⁹ solo noĩe xp̃ianis. Qui ⁊ si nõ puplice.
in cõuenticulis tamẽ suis venenũ effundentes
de illis cõfabulantur quasi vespertiliones et no
ctue lucem fugientes. q2 oculis egris odiosa est
lux. Et non solũ oculos egros habẽt heretici. sz
ceci sunt. qđ ondditur ex fidei effectu. Est eniz fi
des diuin⁹ radius aĩaz illustrãs. Disponit enim
aĩaz ad lumẽ sũme veritatis. ex eo ꝙ summe ve-
ritati eaz stabiliter inherere facit qđ quidẽ põt
ratiõe ostẽdi. Constat eñi ꝙ quãdocunqz aliqua
virtus que influit in aliquo agente ⁊ quiete non
infigitur in recipiẽte. caret ibi sua naturali ope
ratiõe ⁊ suo debito fine. sicut ptz in radio solis
sup aquã currẽtẽ ⁊ nõ quiescentẽ: vt in flumĩe in









quo quia radius quiete nõ figitur actio eius caret debito fine. qui quidem finis est aquaz subtiliare et ex ea partes subtiles attrahere: et in vaporem mutare: et sursuz eleuare. Ex quo manifestum est: quod quies disponit ad illuminationem rei. Secundum enim philosophum. vii. phisicorum: homo fit sapiens et intelligit cum anima quiescit. Cum igitur fides aiaz in deo stabiliat. eã in ipso quietet. ipsam disponit ad eternaz illumiatione. Et hec ẽ ratio quare heretici sunt totaliter ceci: nec a deo merentur illuminari: quia nihil stabiliter credunt. et se ab vno opposito in aliud vertunt cũ careãt fidei lumine disponente. Iuxta illud apostoli ad Ephes. iiii. tenebris obscuratum habentes intellectũ: quia sicut oculus nõ potest videre sine luce: sic intellectus nihil põt capere credibiliũ sine fidei lumie qua carent heretici: vt ergo bellum hereticorum presertim nostri temporis contra nostrum fidei fortaliciuz viriliter possit dissolui presertim cũ sint ceci: vt dictum est de heresi et hereticis. xii. considerationes sunt pertractande. Prima quid est heresis. Secunda vnde habuit originẽ heresis Tertia que requiruntur ad hoc: vt quis proprie dicatur hereticus. Quarta quot sunt modi hereticorum. Quinta si est alicui9 vtilitatis esse hereses in ecclesia dei. Sexta exprimet hereses presertiz in nostris temporibus repullulare vel oriri sentiuntur. quarum bellum contra fidei fortalicium in nihilum computabimus cum sit turris fortitudinis: a facie inimici. Septima erit ad quos pertinet diffinire: que assertio est catholica: vel heretica. vtruz scz ad theologos: vel canonistas. Octaua vtrum heretici sunt vitandi. Nona vtruz sit cum hereticis vel aliis infidelibus publice disputãdũ. Decima quis est modus inquirendi hereticos. Undecima quali pena hereticus est puniendus. Duodecima quis põt hereticos capere et tormentis exponere.

¶ De quidditate heresis et quomodo differt ab errore.



Circa primã cõsid rationẽ que est scire quid est heresis. Respondetur secundum illumiatum doctorẽ Franciscum de maronis i tractatu suo de hereticis. quod heres ẽ error: sz nõ quicũqz error quod est contra fidem catholicam: aut ecclesiaz. vt habetur in prohemio de origine heresis. Augustin9. vbi dicitur quod non omnis error est heresis: licet heresis sine errore esse non possit. Ista autem diffinitio confirmatur per illud quod dicitur Actuum quinto. Ubi secta saduceorum fuit vocata heresis: qr non solum contra fidem veteris testamenti negabant resurrectionem et angelos: sed etiã cõtra synagogam phariseorum vtrũqz cõ

stentium. Sed nunquid heresis differt ab infidelitate dico ꝙ sic: quia infideles errāt circa totā fidē: heretici autē circa partē: licet vtrunq; sit contra fidem catholicam ꝛ ecclesiam. Sed contra quia iudei dicuntur infideles: ꝛ tamen confitentur vnū deū. Respondet ꝙ sicut pagani errāt circa totam fidem iudeorum. ꝛ ideo dicuntur infideles: sic iudei errāt circa totam fidem xp̄i que dicit catholica sunt enī a pietate religionis christiane alieni.

¶ De origine heresum ꝛ quomodo possunt repelli.



Secunda consideratio est vnde habuit originem heresis. Pro cuius declaratione notandum qḋ ſm Isid. viij. ethimologiarum. c. iij. ꝛ. xxiiij. q. ij. c. heres. Heresis ab electione vocatur. ꝙ scilꝫ vnusquisq; id sibi eligat qḋ illi esse videtur vt phi: paripathetici. achademici epicurei: ꝛ stoici. vel sicut alij: qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de ecclesia recesserūt. Exinde ergo heresis dicta est greca voce ex interpretatione electionis sue: qꝛ quisq; arbitrio suo ad instruenda siue ad suscipiēda quelibet ipse sibi elegit. Nobis ergo ex nostro arbitrio nihil inducere licet nec eligere qḋ aliquis de arbitrio induxerit. apostolos dei habemus auctores qui nec ipsi quicq; ex suo arbitrio qḋ inducerent elegerunt: sed acceptā a xp̄o disciplinā ꝛ fideliter nationibus assignauerūt: ita ꝙ si angelus etiā de celo aliter euāgelizauerit anathema vocat hec ille. Ex his patet ꝙ heresis habuit ortū ab electione ꝓprij iudicij: quia non eligunt ea que sunt a xp̄o vere tradita. Sꝫ ea que sibi suggerit mēs propria. Volentes enī aliqui ꝑ se sacramenta scripturarum intelligere suis proprijs iudicijs inherēdo in hereses diuersas inciderunt ſm ꝙ dicit Augu. in libro. lxxxiij. questionū questione. lxix. Non potest inquit oriri error qui palliat nomine xp̄iano nisi de scripturis male intellectis: ꝛ hoc ideo: qꝛ āteceedentia ꝛ subsequentia non contulerūt. Unde ibidem solet circumstantia scripturarū illuminare sententiā. Nec etiā alia loca scripture contulerunt vnde hereses sunt orte per se legendo que cōferendo repulse sunt: quia conferentes diuersas sententias adduxerūt que ex se inuicem mutuo inueniri potuerunt qualiter erunt intelligende. Et ideo cōtra istos dicit Aug. in libro contra epistolā fundamēti. Nō crederem inquit Aug. euangelio: nisi qꝛ ecclesie catholice crederem: igitur irrationabile ē aliquid scripture recipere ꝛ aliud non propriā electionē ꝛ iudiciū sequendo cum ecclesia catholica totā equaliter recipiat: vt certā: patet ergo vnde habet ortū heresis: qꝛ a propria electione.

¶ Quot sex sunt modi ex quibus cōuincitur ꝙ aliquis sit hereticꝰ.



Ertia conside ratio est scire que requiruntur ad hoc vt aliquis sit hereticus. Respondetur ꝙ sex. Primo ꝙ erret: quia error est gen⁹ heresis ſm Aug. de origie heresum circa principiũ vbi dicit. ꝙ licet heresis sine errore esse non possit: tñ nõ ois error est heresis. Superius aũt est a quo non couertit consequẽtia. ſm ꝙ dicit. Aristo. in postpredicamẽtis. c. de priori. Scdõ ꝙ erret i veritate: cũ sit alius error fidei ⁊ alius operatiõis. dico ꝙ erret in veritate: qr in ope errãtes nõ dicunt heretici. Uñ Aug. in Yponosticon dicit ꝙ heresis sumitur circa falsas opiniones. Tertio ꝙ nõ solum scʒ erret in veritate: que quidẽ est in sacra scriptura expſſa. sed etiã extra scripturã ab apostolis credita: vt de symbolo apostoloꝝ aut ab ecclesia determinata. vt in symbolo ecclesie. Aut a sancts annunciata confirmante ecclesia: vt in symbolo athanasij: aut euntes cõtra determinationẽ ecclesie: omẽs eñ isti taliter errantes sunt heretici reputandi vt patet per Aug. de fide ad petꝝ. Quarto: ꝙ nõ solũ erret in hac veritate. sed ꝙ qñqꝫ ipsam cõfessus fuerit: qr iudei ⁊ pagani licet errent in talibus tñ nunꝙ̃ proprie dicũtur heretici: vt patet de significationẽ eorum quã ponit Augusti. de vera religione circa principium: et bene dixi proprie: quia large loquendo ſm Godefredum. omnis qui non tenet articulos fidei potest dici hereticus et sic iudei ⁊ pagani dicentur heretici. ⁊ hoc modo nõ omnis hereticus est excõicatus. Quinto requiritur ꝙ non erret circa totum: sed circa partem. qñ qui totaliter errant dicuntur apostate. Sexto requiritur ꝙ non solum sic erret. sed ꝙ obstinate in errore persistat. vñ ſm Augustinũ. Non qui falsas gignunt opiniones: sed qui eas pertinaciter defendunt sunt heretici reputandi vt iterũ Augusti. ⁊ hoc xxiiij. q. iij. dicit apostolus. Si qui sententiã suã licet peruersam nulla pertinaci animositate defẽdũt. Sequitur querũt autem cauta sollicitudine veritatẽ corrigi parati cum inuenerint nequaꝙ̃ sunt inter hereticos computandi: quia. s. non habent electionem cõtrariam doctrine ecclesie. Si quis autem pertinaciter determinationi vniuersalis eccſie resisteret heretic⁹ censeret: cuius quideʒ auctoritas pricipaliter residet i petro. xxiiij. q. i. quotiens: et. cap̃. hec est fides. Ex his patet ꝙ non quicunqꝫ deuiat a fide: sed qui pertinaciter deuiat proprie dicit hereticus. hoc etiam alibi dicit Augustin⁹. hereticus est qui conceptã noui erroris perfidiã pertinaciter defendit ſm vero alexandrũ de halis in. ij. summe sue tria concurrunt ad perfectã rõem heresis. scʒ falsa credulitas in rationabili: peruersa voluñtas in cõcupiscibili: ⁊ defensionis siue impugnationis ptinacitas in irascibili. scdm primum attẽditur illud Hiero. qui scripturam aliter

intelligit q sensus spiritussancti flagitat a quo cōscripta est: licet de ecclesia non recesserit tamen hereticus appellari pōt. Item dicit Isido. viij. ethimo. ca. vi. in fine. Scdm primum et secundū attēditur descriptio Augu. li. de vtilitate credēdi. et in glo. super verbo oportet hereses esse. i. Cor. xi. scz q hereticus est qui alicuius tēporalis cōmodi et maxime glorie principatusqꝫ sui gratia falsas ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Scdm vero tertium sumptis primo et secūdo diffinitio attenditur que ponitur in glosa. super verbo audio inter vos scissuras esse. ca. eodem. Qui inquit in ecclesia dei praua sua dogma defensare presumunt heretici sunt. Patet ergo manifeste ex p dictis que requiruntur ad hoc q aliquis sit hereticus dicendus: quia falsa credulitas peruersa voluntas et defensionis siue impugnationis pertinacitas. ¶ Notandum tamen scdm Tho. in. iiij. q si quis errat ad que explicite credenda non tenet non est hereticus: vt si quis putaret iacob esse patrē abrae: et huiusmodi: et cum cognoscit hoc esse cōtra veritatē fidei et scripture credit ei similiter et circa ea de qbus inter doctores sūt opiniōes donec per ecclesiam determinatū sit. ¶ Sed occurrunt due difficultates. prima est si dubii in fide sint heretici reputandi. Et videtur q sic: quia scribitur extra de hereticis. q dubius in fide infidelis est: nec ei omnino credendum est: qui fidei virtutem ignorat. Item scribitur iacobi. i. Postulet autem in fide nihil hesitās: quia qui hesitat similis est fluctui maris: qui a vēto mouetur et circumfertur: et subdit ibi causa dubitans vel hesitās in fide duplex ē: et vir duplex animo incōstās ē in oibus viis suis. tales aūt sunt heretici: quia nō incōstāter: sed firmiter est credendū. Sed in cōtrariū videtur q Thomas fuit dubius in fide. nō tn ponit q fuit hereticus. ¶ Pro declaratiōe huius difficultatis notandū scdm Aug. de anchona. i li. de potestate. q. xxviij q aliquis potest dici dubius in fide quinqꝫ modis. Primo modo subrepticia tēptatione. Secūdo veritatis elucidatione. Tertio imperfecta adhesione. Quarto volūtaria hesitatione. Quinto pertinaci defensiōe. Primo modo dubitare in fide non facit hominē hereticum: quia est humane tentationis: non enim est in potestate hominis quin superueniat homini aliquid cogitandū. Unde si subita subreptione vel dyabolica tentatione: quis incipit dubitare de aliquo articulo: vel de his que sunt fidei statim si captiuat intellectum suum in obsequium xpi. vt deliberet hoc credere quod ecclesia credit: non cedit sibi talis dubitatio ad defectū sz ad pfectum. Unde apostoli ppt huiōi tentationis impulsum petebant. Adauge nobis domine fidem. Luce. xvij. Semper enim debemus rogare deum vt adiuuet incredulitatem nostram. Secundo modo non facit hominem hereticum: sed est christiane professionis et per-

fectionis. Ponunt enim doctores xpiane fidei illa que sunt magis determinata in fide sub dubitatio nequestionũ: rationes pro τ contra ad illa adducendo: nõ ꝙ de ipsa cõclusione dubitetur: sed vt veritas dicte cõclusionis magis elucideẗ ſm quẽ modũ dicit phs ꝙ dubitare de singulis non est inutile. Per tales enim dubitatiões ꝓ τ contra: rationes ad illa que sunt fidei adducẽdo: veritas fidei pijs opitulatur: τ etiã contra impios defenditur: vt dicit Augustinus. Tertio modo non facit hominẽ hereticum: sed peccatorem τ malum xpianum. Omnes enim peccantes ſm Aris. imperfecte credunt eoipso ꝙ nõ viuunt ſm ꝙ credũt: nam si perfecte adhererent quasi transituri de hoc mundo: non quasi in eternũ mansuri. Quarto modo facit hominẽ errantem τ incredulum: eo enim ipso ꝙ aliquis eligit voluntarie credere quod vult: τ discredere quod nõ vult nõ est paratus sequi in omnibus doctrinã ecclesie: τ per consequens errat et infidelis reputandus est. Sed quintum recte facit hominẽ hereticũ: quia non credere illa que sunt fidei τ que inconcusse ecclesia tenet cum pertinaci defensione directe ad hereticos spectat. ¶ Ad primũ argumentum dicendum ꝙ dubius in fide varia electione: vt si quis credit quod vult τ discredit quod non vult infidelis est: nõ tamen hereticus: nisi pertinaciter defendat falsa que de deo credat: vel de tota: vel de parte sacre scripture a deo inspirate. Ad secundũ dicitur ꝙ loquitur de fide imperfecta peccatorum. Unde dicit glosa super illo. Conscientia peccati pressus dubitat de premiis celestibus τ superuenientibus vento temtatationis facile deserit fidem τ statim ſm tentationis volũtatẽ distrahitur ad errorem τ fit alienus a fide. ¶ Secũda difficultas est vtrum sequẽtes opiniones erroneam alicuius magistri sint hereticí reputandi. videtur alicui ꝙ sic. qꝛ de falsis τ errantibus magistris diciẗ Mat. xxiij. Ue vobis q circuitis mare τ aridã vt faciatis vobis vnũ proselitum. τ cũ factꝰ fuerit facitis eũ filiũ gehẽne duplo ꝙ vos. ergo discipuli sequentes doctrinam erroneam alicuius magistri heretici. reputandi sunt heretici: sicut ipse. In contrariũ videẗ esse: qꝛ xp̃s mãdauit doctrinam phariseorũ τ scribarũ seruãdam esse. Matthei. xxiij. dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe τ pharisei omnia que dixerint vobis seruate τ facite: ſm vero opera eorũ nolite facere. Dicũt enim et nõ faciũt. τ cetera. ¶ Dicendum ad difficultatem ꝙ diuerse opiniones doctorum sacre scripture si non pertineant ad fidem: τ ad bonos mores. Absq periculo auditores vtranq opinionem sequi possunt. In tali enim casu locum habet: illud Romanorum decimo quarto. Unusquisq in sensu suo abundat. In alijs autẽ que pertinent ad fidẽ τ bonos mores nullus excusatur si sequatur opi-

nionem erroneã alicuius magistri nõ quidẽ ꝓpter ignorantiam: quia tunc immunes haberentur a pecca to. qui secuti sunt opinionem arrij nestorij: ⁊ aliorum errantium in fi de. nec etiã excusari potest ꝓpter simplicitatem ⁊ ignorantiam. quia in rebus dubijs potissime in his q̃ sunt fidei nõ est de facili ꝓstandus assensus. Ideo vt dicit August. iij. de doctrina xp̃iana. Consulere de bet aliquis regulam fidei quã de scripturarũ planioribus locis ⁊ au ctoritate ecclesie percipit. Simili ter Richardus super illo verbo Math. xvij. Apparuerunt illis moyses et helyas. dicit q̃ suspecta debet haberi omnis veritas: quã non confirmat legis vel ꝓphetie scripture auctoritas. Qui ergo as sentit opinionẽ alicuius magistri contra manifestum scripture testi monium: ⁊ cõtra illud quod publi ce tenetur ſm ecclesie auctoritatẽ puto q̃ ab erroris vinculo non po test excusari. Ratio autẽ que addu citur pro ista parte concedenda est quia si tales auditores magistrorũ cecitatem imitantur eorũ errores sequentes: ⁊ mores imitantes ⁊ ꝑ tinaciter contra ecclesie mandatũ defendentes. non solum errantes verũ etiã heretici reputandi sunt. Ad illud vero quod in contrarium adducebatur dicendum q̃ signan ter premittitur super cathedrã: vt intelligatur q̃ illa que pertinẽt ad cathedre doctrinã veritatis ⁊ iusti cie seruanda sunt ⁊ facienda p au ditores. Illa vero q̃ sunt contra fi dem et bonos mores non spectant ad cathedram veritatis ⁊ iusticie. sed potius ad cathedram falsitatis et pestilentie.

¶ De quinqꝫ modis heretico rũ: et quomodo heresis se extẽdit ad tria genera credibilium. ⁊ quid ꝓprie de hereticis est sentiendum.



Quarta cõside ratio ẽ scire quot mo di sunt hereticorum. Respõdetur q̃ quin qꝫ principaliter. Pri mus est eorũ qui errant circa ceri monialia. vt p3 de heresi Nicho laitarũ quorũ facta se xp̃s odisse te statur. p3 apoca. ij c. Isti Nicho laite ſm Isido. viij. ethimo. ca. v. dicti sunt a Nicholao dyacono ec clesie hierosolimorũ. qui cum Ste phano ⁊ ceteris cõstitutus est a pe tro. qui ꝓpter pulchritudinẽ relin quens vxorẽ diserat: vt qui vellet ea vteretur versa est in stuprum ta lis consuetudo: vt inuicẽ coniugia cõmutarentur. quos Iohannes in apocalipsi reprobat dicẽs. Sꝫ hoc habes q̃ odisti facta nicholaitarũ. Secũdus modus est eoꝝ qui errãt circa sacrã scripturã. sicut Faust⁹ qui dãnauit vetus testamẽtũ: vt p3 per augu. cõtra faustũ. In hoc errore etiã fuerũt manichei. qui ve tus testamentũ respuũt: ⁊ nouũ in parte recipiũt. Tertius modus est eorũ qui errant contra ecclesiam: si cut sunt greci contra ecclesiã tenẽ tes per determinationẽ spiritũ san ctum a filio non procedere. qui er

ror dānatur de fide catholica.i. fi-delí. Quartus modus est eorum q̄ errant circa articulos fidei.;sicut Sabelliani cōtra articulum incar-nationis. Isti enī vnā psonam pa-tris: ꝛ filij:ꝛ spūssancti asserunt. Quintus modus est eorū q̄ errant contra sacramentū ecclesie: vt ma-nichei circa sacramentum euchari-stie.ꝛ arriani q̄ dicūt sacrificia pro defunctis offerri non cōpetere.vt habet p Augu.de origin e heresis. ¶ Sed nūquid ad omia credibilia heresis se extēdit. Rn̄det alexāder in.ij.summe sue φ heresis ad tria genera credibiliū extendit p oppo-sitū ad fidem fm quādā cōtinentiā analogicā. Nā ratio fidei ponit et principaliter est circa articulos fi-dei.ꝛ p oppositū heresis. Secūdo fides extenditur ad illa q̄ docet sa-cra scriptura circa mores.vt φ for-nicatio est peccatū mortale.ꝛ p op-positū heresis. Tertio fides exten-ditur ad hystorias in biblia contē-tas.ꝛ per oppositum heresis. Qui enī assereret aliquā hystoriā biblie esse falsam ꝛ hoc pertinaciter here-ticus censetur. Primo credibilia prius credūtur:ꝛ postea intelligū-tur. Secūda simul credunt ꝛ intel-liguntur. Tertia credunt et nunφ intelliguntur. ¶ Sed quia in pce-dentibus cōsiderationibus aliquā do locuti sumus de hereticis com-muniter.aliquādo vo ppie. Ideo pro reali inuestigatione hereticoꝝ introduco hic octo cōclusiones:q̄s ponit Franciscus de maronis vbi supra. Prima cōclusio est φ nō om-nes excōicati sunt heretici.q2 excō-municatio est pena peccati:nō pec-catū.heresis autē est peccatū. Itē etiā ecclesia faceret hereticos quo-tiens excōicaret eos. Item si excō-municatio esset heresis frustra he-retici excōicarentur:quia vnum si-mile non punitur per simile:q2 cū iam essent heretici frustra hereti-carentur per excōicationem. Itē nullus potest se absoluere ab excō-municatione: et tñ oīs hereticus potest se ab heresi retrahere.omia ista patent per canones. Secunda cōclusio est φ quidā excōicati sunt circa excōicationem ipsam.hereti-ci qui.s.cū excōicant nō credūt vin-culum excōicationis aliquā effica-ciam habere.cuius oppositū deter-minat ecclesia. Item etiā eius op-positū determinatur in sacra scri-ptura.ad gal.i.de anathemate eiꝰ qui euangelizat preter fidē catho-licam. Itē idem habetur primo et secundo capitulis.de illo incestuo-so:quē paulus excōicauit. Itē ista censura tradita est ab apostolis ec-clesie.vt dicit.c apłice.xxiiij.q.iij. Tertia ꝯclusio φ nō oēs scismatici sunt heretici.quia Augu. de origi-ne heresum distinguit inter scisma ꝛ heresim. Itē in principio de vera religiōe distinguit scismaticos cō-tra hereticos. Itē scisma origina-tur ex inobedientia.heresis autem ex ignorantia.vt ait augusti.super Iob. Itē donatiste prius fuerunt scismatici φ heretici.vt ptz p Au-gusti.de origine heresum. Quarta conclusio est.φ quidam scismatici circa ipsum scisma fuerunt hereti-ci.vt illi qui non credunt obedien-

dum vni ecclesie. quia vnus articulus fidei ē de sancta ecclesia catholica; quem descripsit beatus mattheus. Item claues ecclesie fuerūt tradite petro apostolo. Math. xvi. Item claues ecclesie fuerūt ei tradite Joh. xxi. Item Augu. de fide ad petrum ponit inter fundamēta fidei obediendum ecclesie. ⁊ ibidē patet ꝙ putans non obediendum esse ecclesie militat contra articulum fidei ⁊ sacram scripturam et auctoritatem sanctorum. ⁊ talis est hereticus. sed si obediendū credat sed non velit: talis videtur eē scismaticus. Quinta conclusio ꝙ non omnes symoniaci sunt heretici. qꝛ papa Alexāder distinguit inter symoniacos et hereticos. vt habetur in. iiij. sententiarū. dist. xxv. Item aliquis potest esse symoniacus nō errando in fide: vt credens se malefacere dum spiritualia emit. Itē i. q. i. c. reperiūtur. datur alia pena symoniacis. qꝛ anathematis obprobrio condemnantur: atq; a participatione corporis et sanguinis xp̄i alienantur. Et si fuerit accusatus suscepti honoris gradu priuetur ⁊ in monasterio perenni penitentia traditur. ⁊ illi qui hac causa munerum acceptores extiterunt si clerici sunt honoris amissione mulctentur. Si vero laici perpetuo anathemate condemnentur. vide ibi. Itē in quinto libro distiguitur titulus hereticorum a titulo symoniacorū. Sexta conclusio est. ꝙ quidam symoniaci sunt heretici. quia Augu. de origine heresum symoniam ponit heresim primā. Item. extra de symonia. c. quotiēs. appellat symoniam heresim. Itē. i. q. i. c. presbyter. vbi dicitur symoniam esse heresim nullus fideliū ignorat. Itē iiij. sententiarum dist. xxv. dicitur ꝙ non est dubitandum de symoniacis: ꝙ heretici sunt. ¶ Sed oritur difficultas: qui symoniaci sunt heretici: ⁊ qui non. Respondetur ꝙ illi qui ementes spiritualia nō putāt se errare aut malefacere: seu ꝙ vendētes ea sunt heretici: quia cōtra auctoritatē xp̄i gratis accepistis: gratis date. et contra auctoritatem Petri in actibus. ⁊ cōtra determinationem ecclesie militantis vt patet, et causis preallegatis. Itē illi qui confitentur male facere si nolunt omittere propter superbiā aut auariciā. non sunt heretici: qꝛ habent errorem in opere: non in fide. Septima conclusio: ꝙ non oēs sortilegi sunt heretici: qꝛ pena hereticorum nō imponitur sortilegis qui diuinationem faciunt in tabulis vel codicibus. vt habetur extra de sortilegis. c. in tabulis. Itē nō est sacerdos hereticus qui vocauit infantem vt inquireret furtum ecclesie. ibidem ca. ex tuarum. Item de sorte que fuit missa in electione ep̄i que non damnatur vt heretica ibidem in. c. ecclesia. Item titulus sortilegiorū in hoc separatur a titulo hereticorum. Octaua conclusio est: ꝙ aliqui sortilegi sunt heretici: ⁊ inducuntur hic quattuor casus. Primus eorum qui dicunt sortilegia non esse illicita cuȝ habeāt quādoq; speciem pietatis: vt si propter spem recuperande sanitatis

fiant. Quod autem istud sit hereticum ꝓbatur: quia oppositũ est ab ecclesia determinatũ. extra de hereticis. c. i. Item ibidem dicitur esse peccatũ grauissimũ. licet autem nõ sit heresis fornicari: tamẽ hereticũ est dicere fornicationem licere. Secundus casus est in cerimonijs ecclesie qñ quis abutitur eis ad sortilegia facienda: vt aqua benedicta vel cera vel incenso benedicto ꝛc. credẽs habere efficaciã aliquã respectu talis effectus mali. quia q̃ male sentit de ecclesia est hereticꝰ contra articulũ math. talis autem male sentit de ea putans malos effectus ex eius cerimonijs ꝓuenire Tertius casus est circa articulos fidei vt cũ quis abutitur verbis fidei: vt verbũ caro factũ est. ꝛ similibus designantibus vt sacrilegia causent credens ad malũ. istud verbum efficatiam habere: quia talis male sentit de fide. et oĩs talis est hereticus reputãdus contra articulũ iohãnis in ꝓposito. Quartus casus ẽ ĩ sacramẽtis noui testamẽti: quibus abutuntur vt bruta communicãtes: aut baptismũ inaĩatis cõferentes. tales eñi sunt heretici in duplici casu. Primo sic cõferre se credunt baptismi sacramentum rei inanimate. Secundo si putant sacramentũ baptismi habere efficaciãm respectu alicuius effectus mali: quia vterqꝫ ipsorum male sentiunt de sacramentis ecclesie: ꝛ tales sunt heretici: vt patuit supra. Item qui dogmatizat ꝙ sacramentũ baptismi potest conferri etiam irrationabilibus etiam est hereticus reputãdus: ꝛ per consequens qui credit talem errorem. Itẽ qui diceret ꝙ sacramentum baptismi potest habere efficaciam respectu alicuius mali esset hereticus. cum male de ipso sentiret sacramento ꝛ errorem teneret. ꝛ per consequens qui credit hunc errorem: non est catholicus. ¶ Sed oritur difficultas si talis ab heresi potest aliquo modo excusari. Dicitur autez ꝙ sic quia aliquis potest illo vti non intelligẽdo cõferre sacramẽtum: nec putando habere efficaciam malaꝫ sed solum intendens seruire dyabolo vt habeat suum intentum. talis nõ errat nisi in opere sicut faciunt ydolatre. Secũda difficultas si sortilegium est sacrilegium dicit̃ autem ꝙ sic ꝛ maxime: quia maxime sacramẽta leduntur cum quis eis abutitur ad obsequium demonum Tertia difficultas est quare talia sortilegia dicũtur habere maximã efficaciam.. Rñdetur ꝙ causa est quia demones quorum ministerio talia fiunt maxime delectant̃ aut appetũt illa in quibus summe deꝰ offenditur. Quarta difficultas est si tales sortilegi. sunt heretici magis q̃ symoniaci. Dicitur ꝙ sic. qꝛ maior est error sacramenta ecclesie contẽptibiliter: immo abominabiliter pertractare q̃ ipsa emere vel vendere. Et hec sufficiant de consideratione quarta. in qua ostensum est quot sunt modi hereticorum ad quos scꝫ omnes alij reducuntur vt cõiter. ꝛ ad que se extendit heresis quecũqꝫ. ꝛ q̃d sentiẽdũ est quo ad rem. ꝛ ꝓprie loquẽdo de hereticis.

¶ Quod vtile est esse hereses in ecclesia dei: licet ipse hereses male sint.



Quinta consideratio est videre si est alicuius vtilitatis hereses esse in ecclesia dei. Dico quod sic. quod ostenditur auctoritate apostoli. i. Corinth. xi. vbi dicitur. oportet et hereses esse: vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis. super quo dicit glosa. oportet. i. vtile est etiam hereses esse sicut erant in his qui dubitabant de resurrectione. scissure autem erant pro donis spiritualibus. Videns enim dyabolus templa demonum deseri: et nomen liberatoris et mediatoris curare genus humanum mouit hereticos. qui sub nomine christiano resisterent doctrine christiane. Qui enim in ecclesia christi morbidum quid prauumque sapiunt si correcti: vt sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter: suaque pestifera dogmata emendare nolunt. sed defensare persistunt. heretici sunt. Et hi etiam sic malo suo prosunt veri catholicis: dum deus vtitur etiam malis bene. et diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Roma. viii. omnes inimici ecclesie vel cecati errore: vel malicia deprauati prosunt. quia si accipiunt potestatem affligendi corporaliter exercent eius patientiam. si vero male sentiendo aduersantur exercent eius sapientiam. ab aduersario enim mota questio discendi existit occasio. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia dum hereticorum callida inquietudine exagitantur vt adversus eos defendi possint et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et predicantur instantius. Hereticorum enim genus callidum est non spiritu sapientie: sed impatientie. Dum pacem catholicam perturbant in vsum cedit proficientium secundum illud. Filius eruditus sapiens erit. Imprudente autem ministro vtetur. Vtatur ergo et hereticis non vt eorum approbemus errores: sed vt catholicam doctrinam aduersus eorum insidias asserentes vigilantiores et cautiores simus. Prosunt ergo nobis heretici non verum docendo quod nesciunt: sed ad verum querendum et aperiendum catholicos excitando. Ideoque diuina prouidentia multos hereticos permittit et cum insultant nobis et interrogant nos que nescimus vel sic excutiamus pigritiam et diuinas scripturas nosse cupiamus. Unde ait. Oportet hereses esse. non vult apostolus: nec optat vt hereses sint: sed quia sic futurum est dicit: et quod hoc vtile est. Ad quid est vtile subdit vt non tantum reprobi qui dicunt: ego sum pauli: sed etiam qui probati sunt in vobis. id est inter vos sicut illi qui dicunt ego sum christi. manifesti fiant hominibus: hi enim deo probati sunt qui bene possent docere. sed manifesti esse hominibus non possunt nisi cum docent. docere autem nolunt nisi qui doceri querunt. Sed multi ad querendum pigri sunt nisi per molestias et insultationes hereticorum quasi de graui

somno excitetur. hec ibi. Ex quib9 patet manifeste vtile esse hereses non in se. quia male sunt sed quia earum causa excitantur catholici viri ad ꝯsiderādas veritates fidei catholice et sacre scripture qui prius inaduerteter quasi somno graui dormiebant.

¶ Quod. xiiij. sunt hereses repullulantes istis tēporibus.



Exta consideratio huius secundi libri exprimit hereses repullulantes et quasi de nouo orientes. vt nostrum fidei fortalicium p vias subterraneas subuertant. qꝫ in occultis feruent non attendētes ꝙ est turris fortitudinis a facie inimici. Et ꝙ qꝫ supra firmā petrā fundatū ruinari non possit. et licet non dubitetur plures esse. quia dato vno incōuenienti plura contingunt: illas tamen solū que ad mei noticiam venerunt gladio fidei trucidare lumine altissimi precedente conabor. Sunt aūt predicte hereses in numero. xiiij. Prima est ꝙ nullus potest saluari sine circūcisione carnali. Secūda est ꝙ xpi euangeliū est falsum. Tertia ꝙ cōfessio sacramētalis nō valet ad remissionē peccatoꝝ sed sola cōtritio sufficit. Quarta est ꝙ confessio nō est fienda hoī sed soli deo. Quinta est ꝙ dato ꝙ cōfessio hoī sit facienda solum est fiēda proprio sacerdoti. Sexta est ꝙ non tenetur aliquis cōfiteri sacerdoti si layc9 sit p̄sto. Septima est ꝙ non est obediendum nisi soli deo. Octaua ꝙ dato ꝙ obediendū sit hoī. non tamē existenti in peccato: et ꝙ solū boni sacerdotes habēt ptātem ligandi atqꝫ soluendi. Nona est non officium et ordo sed meritū bone vite hꝫ ptātē soluendi et ligandi consecrādi et benedicēdi. Decima ꝙ nō est vera relaxatio vel indulgentia episcopi in consecratione ecclesie vel alias indulgentias concedendo. Undecima est. ꝙ suffragia vel orationes ꝑ mortuis ab existētibus in mortali factis nō proficiunt. Duodecima ꝙ non est purgatorium. Tredecima ꝙ nō est alia vita nisi ista. Decimaquarta et vltima ꝙ illi qui sunt nati in tali signo vel facto non possunt euitare peccata ad que inclinātur.

¶ Quod xpiani qui vtuntur circūcisione carnali post euāgeliū publicationē sunt heretici reputandi et vt tales puniendi.



Rima heresis in his solū oritur q̄ de iudaismo venerūt fortassis attendētes ad illud Gen. xvij. Masculus cui9 preputij caro circūcisa nō fuerit delebitur aīa illa de populo suo. qꝫ pactū meū irritū fecit: et etiā qꝫ xps circumcisus fuit. Pro exclusiōe huius scelerate heresis pono duas cōclusiones et post primā respōdebo ad obiecta. Prima est ꝙ erroneum est xpiano vti circūcisione carnali. Scōa est ꝙ necessarium est xpiano

uti circūcisione spūali. Primā sic deduco. Qui vere xpianus ē factꝰ est noua creatura per baptismū patet ad gallath. vltimo. Si ergo redeat ad circūcisionem carnalē efficitur vetus creatura. cū accipiat sacramentū inueteratum qđ iā cessauit sicut ostēsum est supra libro primo. cōsideratione. iiij. art. vi. in primo puncto de cessatiōe legis moysi. Sed accipere sacramentum qđ iā cessauit est erroneū ergo uti circūcisione carnali in viro xpiano ē erroneū. ¶ Itē qui vtitur sacramēto qđ nihil valet errat. sȝ xpianus qui vtitur circūcisione carnali vtitur sacramento qđ nihil valet. ergo valde errat. maior est nota. minor ē apostoli vbi supra dicētis. in xpo em̄ iesu neqȝ circūcisio aliquid valet neqȝ prepuciū: quasi dicat equalia sunt deo circūcisio et ꝓputium nec vnū nec alterū valet ad salutē Sed noua creatura. i. regeneratio ꝛ noua vita. Nouā enim creaturaȝ dicit nouā vitā per fidē xpi vt dicit glo. Et iterū ad Gal. v. In xpo iesu neqȝ circumcisio aliquid valet neqȝ preputiū sed fides que per dilectioneȝ opatur. sup quo dicit gl. Fides nō vtiqȝ ociosa qꝛ fides sine operibus non saluat. Iaco. ij. Sȝ que operatur per charitatē dicitur et ꝓpriuȝ opus fidei ipsa dilectio est sine dilectione fides inanis est. fides cū dilectione xpiani est. Alia i. fides sine dilectione demonis est Nam et demones credūt et contremiscunt. qui autem non credūt tardiores sunt ꝛ peiores ꝙ demones. Sed multū interest vtrū quis credat ipsum esse xpm an credat i xpȝ Nam ipm esse xpm demones crediderunt. nec tn̄ in xpm crediderunt Ille eniȝ credit in xpm qui sperat in xpȝ et diligit xpȝ. hec ibi. Multū ergo errat quicūqȝ xpianus qui vtitur circūcisione carnali cum tn̄ xpo nihil sibi valeat et cū ostendat se fidē ociosā habere. ¶ Item tertio arguit sic. quicunqȝ de libero se facit seruum multum errat. sȝ xpianus qui vtitur circuncisione carnali de libero se facit seruū ergo multum errat. maior patet qꝛ efficitur crudelis sibipsi. minor est apostoli ad Galath. v. vbi vtrumqȝ ostendit dicens. Itaqȝ fratres mei nō sumꝰ filij ancille sȝ libere qua libertate xps nos liberauit. Super quo dicit glo. nō sumus filij ācille qꝛ non sumus serui peccati vel legis sed libere. s. iherusalem celestis qui est populus nouus regni celorū ꝛ non alio modo sumꝰ filij libere sed per eā libertateȝ qua libertate. i. p quā libertatē xps nos liberauit. q̄ immunis a peccato et dilectiōe obediēs fuerit. libertas ergo qua liberati sumus a xpo est peccatoꝝ remissio et fidei ꝑ operantis dilectionē iustificatio. hec ibi. Secūdū ostēdit c. eodē dicens. State ergo ꝛ nolite iterū seruitutis iugo cōtineri. Ecce ego paulus dico vobis qm̄ si circuncidimini xps nihil vobis proderit. Super quo gl. dicit Galathas hortatur ne se iugo legis velint subijcere ꝛ terret periculi cōminatione. et qꝛ per xpm liberi estis ergo state ꝛ firma fide. fixo pede pmanete i libertate ꝛ nolite cōtineri iugo

seruitutis.i. legis q̄ in seruitutem generat. Et addit iterū nō q2 gala the prius legē custodierint s3 duz circūcisionis et legaliū obseruatio nū iugo se subijciebāt quasi ad eos dē reuertebant cultus quib⁹ i ydo latria ante seruiebāt. q2 nō ē leuior hec legis seruitus q̄ ydolatrie. Nota terribile verbū gloriosi Iheronimi. sequitur Iheronimus autez ista legalia post xpi passionē siue i eis spes ponatur siue nō obseruantibus. dixit noxia esse nisi dispēsatorie custodiantur et ꝑm hoc locus hic ita exponitur. si circūcidamini nihil vobis xps ꝓderit q2 circūcisio iam non solum prodest s3 obest Anteq̄ noua inciperet predicatio oportuit circumcidi nunc autē lege xpi succedente nihil proderit fideli addita circumcisio s3 oberit. mai⁹ enim malum est ex libero seruū fieri q̄ nasci. hec in glosa. Et hoc habetur manifeste q̄ magis peccat xpianus circūcidens seipm vel filium suum q̄ iudeus eodem genere peccati ꝛ ceteris paribus circūstātijs. Patet etiam ex prehabitis q2 xpianus vtens circumcisione nimis errat cum se faciat veterē creaturam nouam deserendo vt patuit argumento primo. Et quia circumcisio nihil ei valet vt patet argumento primo, et secundo, ꝛ de libero se facit seruum vt patet argumēto. iij. ¶ Item quarto arguitur sic. Quicunqȝ de amico dei se constituit inimicum eius et ei odiosum valde errat. Sed christianus vtēs circūcisione est talis, ergo valde errat. maior est nota. minor probatur per locum a minori. quia si iudeus vtens circūcisione est blasphem⁹ ꝛ in cōtinua ira ꝛ odio dei vt declaratum fuit superi⁹ libro primo consideratione tertia ar. vi. in scdo pūcto. ergo multo fortius erunt blasphemi et in cōtinua ira et odio dei quicūqȝ xpiani vtentes circūcisiōe ꝛ tāto grauius peccāt q̄ iudei q̄to ipsi confitētur iesu3 xpm esse filiū dei ꝛ virginis marie verum messiā venisse in mūdū et cōplesse p morte suam quod fuit per deū ꝓmissū. ¶ Ex quo elicit correlariū dñs cesariensis in tractatu cōtra sarracenos dicens. Quicūqȝ manifeste intelligere pōt q̄ grauissimū peccatum cōmittūt et in q̄ ꝓfundissimā heresim incurrunt neophiti de iudeis facti xpiani. Si postq̄ receperūt baptismū cōfitētes fidē xpi q̄ fuit natus de virgine q̄ mortu⁹ fuit ꝛ resurrexit et ascendit ad celos ipsi redeunt sicut prius ad obseruandū sabbatū ꝛ volendo sicut prius seruare legē moysi nō comedere ea que in illa prohibentur. ꝛ si circūcidūt filios suos postq̄ baptizati sunt in hoc non debēt habere aliquā patientiā xpiani q̄ non corrigat qū talis actus venerit ad noticiā suam cū sit ex toto ꝛ totaliter actus fidei xpiane cōtrarius. q2 ex quo mysteriū circūcisionis et spes aduent⁹ messie et illud quod quis expectat nō habet ipso facto intelligitur q̄ tales circumcidentes faciunt professione3 iesum xpm non eē natū ex ỽgine nec crucifixū nec mortuū nec resuscitatū nec ascendisse ad celos. hec ille. Manifeste

iste doctor ostendit i predicatis om-
nes xpianos vtentes circũcisione
esse hereticos. ¶ Sed nũquid sũt
aliqui tales isto tempore certe nõ
sum testis de visu. sed illi qui vide
runt filios xpianorũ circũcisos p
prijs oculis testimoniũ perhibue
runt et phibent et scimus q verũ
est testimonium eorum. Et vt cõ-
operiret istud grauissimum crimẽ
et peruersam heresim vnus xpia-
nus habẽs duos filios circũcisos
quorũ vnus est apud nos dixit hos
sic natos cum circũcisione quod di
ctum quante irrationabilitatis et
falsitatis satis notum est. Si enim
istud esset possibile q circumcisio
fieret in ventre matris in abraham
primo circunciso ostendisset mira-
culose deus: et frustra fuisset culter
lapideus ad circumcidendum in le
ge. Et iterum quia non diceretur
circumcisio et quo per nihil prepu
cium scissum est circumcirca. sed di
ceretur illud tale si sic accideret mõ
strũ in natura propter defectũ ma
terie. sicut ille qui nascitur cum ali
quo defectuoso membro. Item quia
cum natura intendit generationem
numquam deficit in membris genera-
tionis. in aliquo preputium autem
est de complemento membri gene
rationis: et propter hoc mouet du-
bium franciscus de maronis i ma
teria de generali resurrectione si
omnes resurgent cum circuncisio-
ne. et dicit q non quia preputium
videtur pertinere ad integritatem
hominis: ideo cum ea erit futura
resurrectio: cum sic fuerint creati
primi parentes. ¶ Sed tũc est du
bium si christus cum preputio re-
surrexit dicitur q sic. q dicit apo-
stolus q in virum perfectum. hec
ille. Patet ergo irrationabilitas et
falsitas illius dicti. q nati sunt ei
filij circuncisi. Mulier etiam que-
dam in ciuitate zamorẽsi. habens
duos filios paruulos circuncisos
timens q hoc veniat ad noticiam
cuiusdam ibidem: verbum dei pre
dicantis et reprehendentis dure
peccata malorum christianorũ die
quadam cum transitum faceret an
te domum dicte mulieris gardia-
nus conuentus dicte ciuitatis exi-
uit ad eum mulier illa et hylari vul
tu ipsum recipiens inter cetera di
xit sibi. Nescitis domine quid acci
dit his duobus filijs meis. Cũ enim
edificaretur hec domus noua et eẽt
hic multum de calce iste paruulus
ludens de calce intra prepuciũ po
suit propter quod calefacta virga
la necesse fuit q vocaremus cirur
gicum qui abscidit prepucium eius
dem vt curaretur. Similiter iste
alius paruulus ponens paleas in
tra prepucium infirmatus fuit in
virga. propter quod a cirurgico est
abscisum est prepucium: et sic vi-
dentur circuncisi. Et tamẽ nõ fuit
aliud nisi quod dictum est. Gardia
nus vero ille miratus est de verbo
cum non quereret de materia illa et
dissimulauit cognoscens fictionem
satis coloratam. ¶ Sed quid am-
plius dolendum est nec sine amari
tudine cordis exprimere queo. q
adulti eorum qui iam longo tempo
re citra nomine xpiano gaudebãt
alij circũcisi sunt. Cum enim predi

carem anno dñi. Millesimo.cccc. lix. in villa metine de campis et relatum fuisset mihi per virum religiosum eiusdem gentis quod essent ibi plures heretici occulti qui asserebant iesu christi euangelium esse falsum vt dicetur infra: zelo fidei succensus predicaui ibi plures sermones de excellentia nostre fidei damnando errores predictos vt dominus mihi dedit. Certificatus fui deinde quasi sex mensibus elapsis per illum qui bene nouerat eorum secreta. nihil occultum quod non sciatur quod eo tempore quo ibi predicabatur fuerunt in quadam domo dicte ville secretissime occulti fere.xxx. eorum nouiter circumcisi pro vulneribus circumcisionis sanandis. Alii vero conuersi sunt ad iudaismum sicut de eadem villa: et credo quod vnus magistrorum qui dicebatur magister Franciscus medicus vendit secrete que possidebat in iherusalem profectus factus est iudeus. sicut mihi rex retulit presente quodam iudeo medico qui idem asseruit foreve rum. De pluribus aliis dicitur quod preparant se secrete vt similiter faciant illusi dyabolico consilio deo permittente. qui propter eorum peccata dat eos in reprobum sensum. ¶ Isti tales christiani vtentes circumcisione inimici dei et magis heretici sunt illi de quibus paulus ad Tytum in primo ca. enumerat. xv. conditiones pessimas. s. quod sunt inobedientes. vaniloqui: seductores: vniuersas domos subuertentes: docentes que non oportet. mendaces. crudeles. gulosi. non sani in fide. intendentes iudaicis fabulis. auertentes se a veritate. confitentes se nosse deum factis negantes. abominabiles incredibiles. ad omne opus bonum reprobi: cuius verba ad litteram sunt hec. Sunt enim multi inobedientes vaniloqui et seductores maxime qui de circumcisione sunt quos oportet redargui qui vniuersas domos docentes que non oportet lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius eorum propheta. Cretenses semper mendaces. male bestie ventris pigri: testimonium hoc verum est. quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantium se a veritate: omnia enim munda mundis. Coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum sed inquinate sunt eorum et mens et conscientia. Confitentur enim se nosse deum. factis autem negant cum sint abhominabiles et incredibiles et ad omne opus reprobi: super quo glosa ordinaria sic dicit. Inobedientes in se. vaniloqui ad alios et seductores circumcisionibus et cuiuscumque generis fraudibus maxime qui de circumcisione sunt. i. de iudeis qui sub nomine christi iudaizare docebant. Renati enim in christo non puri erant christiani: quia partim legem partim christum venerari volebant. de quibus subdit quos oportet redargui. ideo quia ipsi sunt qui subuertunt vniuersas domos id est totam familiam docentes que non oportet et hoc faciunt gratia turpis lucri. s. terrene rei pro terrenis acquirendis. dixit quasi

tales vere sunt sicut dixit quidam ex illis qui eos noverat. Iste sunt epigmides cretensis. In cuius libris hoc invenitur nomen eius nõ commemorauit apostolus. quia inter prophetas dei non invenitur. pphěta quia verũ dixit. ⁊ si pphěta esset illorum non dei ⁊ proprius illorum quia eorum naturam bene aperuit quod vtiq ad hoc dictum est ne dei pphěta videretur sꝫ illorum. Cretenses semper sunt mendaces: expertus sum et longo tempore hanc mendaciũ pprietatem non dico iocosam sed perniciosam in viris religiosis eiusdeꝫ gentis quos sanctos primitus reputabam. nũc vero angelos sathane in lucis angelos transformatos potius reputaui. Cum secundum verum conscientiam nihil in eis nisi simulatã equitatem senserim que duplex est iniquitas. male bestie. s. sanguineꝫ sitientis: ⁊ ventris pigri. id est gulosi. ⁊ ideo pigri. Et ne minus credas ei quia gentilis erat. eius verba commendat apostolus dicens. Testimonium hoc verum est quia vanis atq superfluis gentiliũ superstitionum et poeticarum sentẽtijs abrasis atq decisis. quod purum repertum fuerit ad ministeriũ domus dei assumendum est. Quaꝫ ob causam quasi doceret quod nõ oportet quaꝫ ob cãm increpa illos non vt soles molliter sed dure vt sani sint in fide. i. vt recte credãt quasi dicat non recte credunt. ¶ Ego enim vidi quandam pesquisiam que casu venit ad manus meas. Et que facta fuit cõtra hanc gentẽ in civitate toleti. ⁊ inter multa que ibi legi. vnde notatur quod aliqui eorum nõ sint sani in fide sicut ea q sequuntur. Primo quod filios suos circũcidunt. Secundo quod sacramentũ altaris nihil aliud est nisi quedam cerimonia vt sacerdotes trahant gentes ad devotionem. Tertio quod mittunt etiam oleum et habent lãpades in synagogis iudeorum. Quarto quod observant sabbatuꝫ sicut iudei ⁊ operantur occulte die dominica. Quinto quod faciunt iuramẽta. sicut iudei in cõtractibus suis dicẽtes quod per nomẽ creatoris viui veri qui fecit mare et arenas ⁊ celuꝫ et stellas: ⁊ dederit tabulas legis moysi quod ipse daret ⁊ solueret etc. Sexto quod fides catholica erat quedã truffa ⁊ quod nihil aliud erat i hac vita nisi nasci ⁊ mori et quod totũ aliud vanitas erat. Septimo quod cũ in periculis se videbãt nũquam nominabãt xpm nec beatam virginẽ sed dicebãt adiuuant te Adonay. Octauo quod virgo maria nõ erat nominanda quod fuerat quedã peccatrix que stat sub cauda iuda. Nono quod in die iouis sancto occidebant agnũ et comedebant. Decimo quod cũ sunt in ecclesia non attẽdũt cũ eleuatur corpus xpi nec signãt se nisi cum dimidia cruce. Undecimo quod fingunt paruulos in periculo cuꝫ nascuntur et dicũt quod pper periculũ baptizant eos ⁊ nõ est sic sicut de duabus filiabus alfandari cursoris domorũ invenitur ibidẽ quod cũ cẽnt. xviij. ãnorũ fuerũt baptizate. Duodecimo quod faciũt circa defunctos oẽs cerimonias iudeorum. Tredecimo quod cõtrahũt

matrimonia in gradu phibito sine dispensatione ecclesie. Decimoquarto quod mittunt paruulos ad synagogas: vt doceantur in eisdē. Decimo quinto quod deridēt de sacramēto baptismi: et de cerimoniis que fiunt a sacerdote. Decimosexto quod dant publice ad vsuras antiquis xpianis in lege xpi dicēdo: quod dicti xpiani sunt sui inimici et legis. Et ideo nō peccant dando ad vsurā eis: immo quod cū hoc faciant lucrantur indulgentias. Decimoseptimo quod non curant de excōicationibus: nec de absolutione accipienda. nec credunt nec intelligunt si sunt excōicati: quod sunt excōicati pper debita ad que tenētur. cum pper illa soluenda excōicantur. et si soluunt hoc faciūt vt non capiātur: vel vt non euitentur. sed non timore dei: nec vt euitent periculū animarū suarū. et cum hac incredulitate non curant de absolutione dicētes. quod soluto debito amotū est peccatū. et quod nō indigēt absolutione. et sic dimittunt se stare excōicatos toto tpe vite sue. Decimooctauo quod raro audiūt missam et diuina officia raro et confitentur et si veniunt ad confessionē. hoc faciunt pper verecundiā. et vt non expellantur ab ecclesiis. et nunquam confitentur aliquod peccatum: sed opera virtutis et sanctitatis: licet sciant publici pctōres. Decimonono quod sacrm pfessiōis ordinauerūt xpū ebrij q fuerūt cā quod occiderētur p mūdū plures quam .xx. mille psone. Vicesimo quod sunt ydolatre. quia inuenit in eadē pesquisia p illū testē q vidit iuramēto pstito quod Alfonsius gundisalui de faro predicte ciuitatis ciues et pdicte gētis cū Mencia alfonci vxore sua habebāt i eadem domo vnū retabulū de petra tabulis coopertū cū ianuis suis: i quo erant. iiij. imagines lignee firmiter coniuncte lapidi illi. figura vnius illarum erat hois lōgi magne qtitatis habētis coronā aureā et apsona infra erat ymago illa nigra sicut carbo. Tres vero ille imagines habebāt figurā domicellarū. erant tn nigre sicut carbones habētes capillos protensos sed nigros. Et dixit testis ille iuratus q vidit quod predicti tenebant dictum retabulum in quodam loco occulto scz i tecto camere quadrate in qua dormiebant. et claudebatur tabulis cū clauis. Cum vero erat pulsata campana pro aue maria precipiebant predicto testi cum eis cōmoranti vt ascenderet ad predictum locū cum quadam scala qui amouebat clauos et tabulas illas. et extrahebat predictum retabulum: et ligato fune vsque ad eorum manus suspēdebat. Qui recipientes illud faciebāt quod predictus testis adoraret imagies illas et deosculare tur ora ipōrum dicēdo quod erāt sancti et statim extinguebant cādelas: et crucibula que incensa tenebant et orabāt magno spacio ante ydola illa i arabisco vsque ad galli cantum. In qua hora vocabāt iterum predictum testem et faciebāt quod verum eleuaret retabulum illud ad predictum locum claudēdo sicut prius diligenter. Dixit etiā quod qualibet die hora meridiana illud

faciebant: et quod hunc laborem habuit quamdiu vixit cum eis. Dixit etiam de illis quod comedebant carnes per totam quadragesimam: sextisque feriis ac in diebus sabbatorum. Vicesimo primo quod sunt peiores heretici quam arriani et quicunque alii qui contra legem christi erraverunt: sicut patet in predicta pesquisia de errore didaci gomes baccalarii filii de mosen iohannis eiusdem gentis sicut affirmavit iuramento interposito. Aluarus fernandi medicus predicte civitatis conuicinus presentatus in testem in forma iuris. dicit enim quod loquendo de lege christi et lege iudeorum cum eo quod dixit ei predictus baccalarius ambulate: quia nihil scitis: quia si sciretis scripturas quas nos habemus vos miraremini. Qui dixit sibi. Que scripture sunt ille: quia ego sepe pertransivi testamentum vetus et novum: et cum hoc etiam signavi plura loca predicte scripture. Respondit predictus didacus gomes baccalarius tota ipsa scriptura est pro populo: sed nostri litterati alias scripturas habent maioris certitudinis: et maioris auctoritatis. Cumque predictus testis cogitaret quod illa essent aliqua magna mysteria sanctissime trinitatis: vel incarnationis vel verbi divini. seu nativitatis christi mortis vel resurrectionis: vel sanctissimi sacramenti altaris: dixit sibi quod ostenderet eidem. Et ipse respondit quod totum erat scriptum in hebraico. Et iterum dixit ei. Quid est illud quod est ibi scriptum ultra illud quod tenetur in biblia. Respondit ei quod hec erant secreta rerum preteritarum. scilicet quis fuit Abraam: et adhuc christus: et quis Machometus: et quos spiritus habuerunt quilibet eorum et quod mirabantur de gentibus qui credunt tot insipientias sicut dicunt: quia abraam querebat spiritum qui responderet suis petitionibus et non inveniebatur. Quadam vero die abraam existente nudo in quodam circulo convocando spiritum qui ei responderet nihil vidit de quo possit sanguinem extrahere nisi de virga virili sua: et circumcidit se: et cum cecidit sanguis statim respondit sibi spiritus saturni et quod totum aliud erat derisio quedam. Et dixit ei spiritus quod in annis saturni sunt octoginta puncta: et quicquid diceret sic erit: et quod illa puncta revelavit spiritus abraae et Abraam filiis suis. et sic per illa prophetabant prophete. Dicit etiam ei quod iesus christus habuerat spiritum mercurii. et quod addiscebat cum uno magno rabino ipse iesus et iudas scarioth ac alii iudei: et quod iesus fuit filocaptus de quadam iuvencula iudea. quod cum cognovit ille rabinus posuit excommunicationem super iesum christum per x. dies: et in octavo die dilatavit excommunicationem. per. xx. et deinde dilatavit. per. xxx. dies. Et cum hoc vidit iesus christus recessit et separavit se ab illo rabino. et quod incepit predicare contra magistrum suum: et quod sic ambulando appropinquavit unus predictorum octoginta punctorum saturni: et dixit quod posuit se iesus christus ad servandum punctum illum per partem suam: et rabinus ille per suam et iudas similiter. Et di

dixit ꝙ rabinus ille ⁊ iudas dormierunt: ⁊ ꝙ iesus christus vigilauit optime: et cum venit ille punctus dixit ꝙ dixi iesus xp̄s. Dn̄e deus miserere omniū qui me audierint ⁊ in me credēt. ⁊ in hoc excitatus est rabinus. Tace mala morte moriaris tu ⁊ tui credentes. Excitatus etiā iudas dixit. Male finias ego si de te non dedero malum finē: ⁊ dixit ꝙ sic totū impletuꝫ fuit ⁊ ꝙ iudei maledicūt illum rabinū quia excōicauit iesum xp̄m dicentes. ꝙ si non excōicauerat eum totū mundū conuerterat ad iudaismū. Et ideo vtrūqꝫ maledicūt: sꝫ plus iesum xp̄m: qꝛ maledixit eos Dixit etiam vlterius ꝙ machometus habuit spiritū martis. Et tot ⁊ tanta dicebat iste testis ꝙ habebat in scriptis ꝙ plus videbātur stulta figmenta cōposita maliciose ⁊ ex inuidia ⁊ peiora ꝙ dixerāt Arriani ⁊ manichei. Dicebāt etiā ꝙ per malam artem iesus xp̄s fecerat in morte sua terremotum: et ꝙ propter talia prophete fuerant occisi. quia vtebantur malis artibus: ⁊ ꝙ sic etiam a simili fuerant mortui sicut mali ⁊ falsi per iusticiam. ⁊ taliter mortui sunt qualiter opera fecerunt. Dicebat enim ꝙ sctm̄ sacramētū altaris ordinatum fuerat in formā hostie rotūde sicut sol: quia erat sacrificiū solis ⁊ ꝙ iupiter sol ⁊ mercurius ordinauerant legem xp̄ianorum: sic ꝙ iupiter accepit habitum: mercurius sermonē: sol vero sacrificiū. Et cum predicta ⁊ multa alia abhominabilia audiuit predictus testis ab illo didacogomecij non solum contra legem iudeorum: sed etiam christianorum: dicit ꝙ separauit se ab eo. Uidit enim qōsic expediebat ei: quia peiora videbantur predicta ꝙ ydolatrare. Dicebat enim si in isto qui est graduatus in scientia ⁊ filius doctoris talia inueniuntur: quid erit in aliis Dixit etiam predictus testis ꝙ tātum cognoscebat de predicta gente ꝙ plus crederet vni sarraceno qui iuraret sibi in lege sua ꝙ vni cōuerso q̄ iuraret sup sctā dei sibi euangelia. ⁊ ꝙ boni inter eos sunt pauci. Et ꝑ maiori parte sunt augures sortientes: creditores malarum rerum: sompniatores: intromissi in oībus aliis artibus. Uicesimo secūdo ꝙ sacerdos quidam eiusdē gentis consecrauit die quadam quinqꝫ hostias: quarum vnā sumpsit ⁊ alias tradidit fratrib⁹ suis ⁊ nescitur quid factū est de illis. Hec ⁊ plura alia continentur in predicta pesquisa que breuitatis causa obmitto. ¶ Itē me existēte in ciuitate Segobiens̄ anno millesimo. cccclix. cum iudei celebrarent festum tabernaculorum: ⁊ vnus iudeus timeret puniri ab alio in synagoga propter aliquod peccatum commissum recommendauit se cuidam christiano algazelo iudeorum vt veniens in synagogaꝫ presens nō permitteret punitionem eiusdem. Qui veniens vidit synagogam plenam hominibus orantibus ac illustratam luminarium multitudine. Et cuꝫ ad ianuam synagoge permaneret ext-

uit vnus capite cooperto: qui cuꝫ quesiuisset ab eo quis esset: agnouit eū esse vnum de conuersis pre dicte ciuitatis. Qui miratus ꝛ volens videre amplius inuenit plures alios ibidē cuꝫ iudeis habitu ꝛ oratione cōformes: que oīa predictus algazelus oībus volētibꝰ audire publice affirmabat. ¶ Itē in villa de formesta huiꝰ regni castelle: quidam barbitonsor eiusdē gentis. Cuius nomen Fernādus sauctiȷ publice dixit: et sepe idem affirmauit. scilꝫ ꝙ iesus xp̄s non erat verus deus: nec credebat in eū: ꝛ ꝙ deus nūꝗ habuerat filiū: sꝫ ꝙ solū credebat ī illo vno deo ꝗ fecit celū ꝛ stellas: mare ꝛ arenas ¶ Iteꝫ peruersus hereticus fuit accusatus coram dn̄o petro palētino qui facta inquisitione inuentū est testimonijs septē testiū eadem dixisse: vt ego vidi in pesquisia ꝗ ad manus meas deuenit ꝑ mādatum dicti ep̄i qui cepit predictuꝫ malū xp̄ianū. ꝛ timore mortis potius ꝙ̄ amore veritatis abiurauit heresim ibi publice vbi peccauit. Deinde fuit absolutus ab excōicatione in forma iuris per me ex cōmissione mihi facta per predictuꝫ diocesanum ꝛ demū positus in carcere a quo exire ſm ius non debebat. Rogaminibꝰ tn̄ multorū liberatus a carceribus: relegatus est exilio a predicto loco decē annis. hec acciderūt anno dn̄i. M.cccc. lviiȷ. In predicta villa notarius publicus pesquisie fuit petrꝰ martini calderon. testes vero Rodericus garsie de Alna: ꝛ alfonsus lupitonsor. ꝛ Alfonsus de villa regali faber. ꝛ Alfonsus sauctiȷ: ꝛ agmilar. ꝛ Fernādus sauctiȷ pretor. ꝛ alfonsus fernādi Romo. ꝛ Gundisaluus pancho macellarius. Fertur etiā ꝙ est liber quidem apud eos quē cōposuit magister Martinus toletanus astrologus cōtra fidem catholicā qui liber ne cognosceretur ꝙ ab ipso factus esset verso nomie suo ip̄m intitulauit: qꝛ ipse lingua nostra vocat Martin. ꝛ ex hoc verso noīe intitulauit illum librūꝫ nitram. Ex quibus omnibus manifeste patet ꝙ nō sunt sani in fide plures eorū: vt dicit paulus. Increpa ergo illos dure: vt sani sint in fide. i. vt recte credāt sicut dictū est. ¶ Sequit textus cū glo. nō intēdētes iudaicis fabulis litteralis obseruantie. In qua nemo iustificatur apud deū ꝛ mandatis hoim. qꝛ mādata legis post manifestā veritateꝫ iam hoīm ꝛ nō dei mandata sunt: hominū dico auertentiū se a veritate sp̄ualis intelligentie. Quicqd eīn aduersus veritatē opponitur humana inuētio est. Ideo mādata hoim ꝛ fabulas appellat que narrāt: quia nescientes vim scripturarū interiora verborum legis colorē sequuntur: nō saporem. Putant enim nunꝗ recedendum esse ab his que moyses tradidit: vtputa de escarum differentia. Omnia enim quasi se auertunt vere a veritate: quia omnia humanis vsibus concessa munda sunt mūdis. scilicet illis qui fide bona sumunt ꝛ iusti sunt. quod ipsi negant. ideo quia in lege quedam

Moyses prohibuit: et ab immundis mundandis creuit. hoc autem non secundum naturas quas deus creauit intelligi voluit: sed secundum significatiões. Omnia ergo mūda sunt mundis secundum naturam in qua creata sunt. Unde in genesi. Uidit deus cuncta que fecerat: et erant valde bona. Secundum significationes tamen quedam immunda sunt iudeis: nec nobis omnia apta sunt: vel propter salutem corporum: vel propter cōsuetudinem humane societatis. Cum ergo cuique sua redduntur et naturalē ordinē seruant omnia mūda sunt mundis. Cōtaminatis autē per peccata et infidelibus. scilicet qui non credūt in deū vel deo nihil mūdū est: quia nō sunt dignis donis dei: sed et mens. id est intellectus et conscientia eorū inquinate sunt quasi non ex cibo est inquinatio eorum: sed ex malo intellectu et cōscientia peccatorum. Et vere mens et conscientia eorum coinquinate sunt. quia confitentur quidem verbis se nosse deū factis autem negant. vnde. i. Jo. ij. dicitur. Qui dicit se nosse deū: et mandata eius non custodit mendax est: si negatio non tantum lingua fit: sed et factis certe multos inuenimus antichristos qui ore confitentur christum: et moribus dissentiunt ab eo Quisquis factis negat christum antichristus est. Tales enim sunt omnes mali catholici qui non verbis: sed factis negāt. Nolite ergo esse de fide securi. adiungite fidei recte vitam rectā vt christum cōfiteamur verbis vera dicendo et factis bene viuēdo. Nam si cōfitemini verbis et nō factis. fides talis bonorū propria est fides demonorū. Cum sint quasi se cōfitētes nosse deū cum tamen sint abhominabiles. id est deo odibiles et incredibiles. i. nec abiles credere: et ad omne opus bonū reprobi. i. a deo reprobati. vt non habeāt gratiam ad bene operandum. hec in glosa.

¶ Patet ergo ex predictis quales sunt illi christiani qui vtuntur circūcisione carnali: et quomodo incidūt in crimen heresis. et propterea sunt dure reprehēdēdi et digne castigādi ab illis quorū officium est errores contra fidē catholicam inquirere. Et sic patet prima conclusio huius primi erroris. scilicet quod erroneum est immo hereticum est christiano vti circūcisione carnali. ¶ Ad argumenta super que fundari videbatur predicta heresis. licet ex precedentibus satis pateat eorum solutio dicitur tamen quod lex illa Ge. xvij. masculus cuius preputiū caro circūcisa etc. Durauit vsque verus messias christus eā in seipso impleuit. et premissa fuit vsque post euāgeliū publicationes.

¶ Ad secundum in quo dicitur quod christus fuit circumcisus. ergo et nos debemus circūcidi. Respondeo quod istud argumentū peccat ex defectu imaginationis. Cogitāt enim heretici quod causa quare christus fuit circūcisus in carne fuit: vt et nos taliter circūcideremur: sed non est sic. Et licet multe assignētur a doctoribus rationes quare voluit circumcidi dominus

fessus: in presenti tamen sufficiunt tres. Prima est vt ipse se ostenderet filium Abrae: cui preceptū circuncisionis erat factum: et promissio nasciturí seminis. et sic dei promissionem assignaret impletā. Secunda ratio: vt circuncisionem sicut et alia legalia suscipiēs ab onere legis nos liberaret dando finē legi scripte. Tertia ratio vt fratrē iudeorum se ostenderet ne haberēt iustam occasionem ipsum repellendi. Sic ergo impleuit preceptū domini. Infans octo dierum circumcidetur Gen. xvij. Et sic manet lex illa vacua iure quo erat plena ante xpi circūcisionem: ex quo facta est plenitudo promissi. et plene fuit declaratum supra libro primo consideratione tertia articulo. vi. Et quia inter ceteras hereses hec feruet pro presenti intantū: vt plurimi etiam adulti circūcidantur et vendit omnibus exeunt regnum: iudei efficiātur: vt dictum est. Ideo cum hec pestis rabida conetur ex toto subuertere legem xpi. Ideo viriliter resistendum est. precipue a diocesanis et inquisitoribus heretice prauitatis. ac etiam a predicatoribus euāgelicis. Necnon a principibus brachij secularis. et ab omnibus militibus et veris catholicis. quia non est minus quin hec massa sit multū corrupta in occultis. et iō multū periculosa. quia secundum Bern. super cātica plus nocet falsus catholicus quam si vere appareret hereticus. et nulla efficacior pestis ad nocēdū quam familiaris inimicus: quales sunt isti inter nos. vnde dns Ezech. xiij. c. illos qui non resistunt hereticis acriter reprehēdit dicens. Non ascendistis ex aduerso: nec opposuistis vos murum pro domo israel: vt staretis in prelio. Ex aduerso enim ascendere et pro domo israel se opponere murum est pro defensione catholice veritatis cuicunque heretico domū israel que est ecclesia cupiēti destruere totis viribus obuiare. quod Urbanus videtur innuere. i. q. iij. c. saluator predicit in euangelio circa finem seculi pseudo christi et pseudo prophetas surgere et multos seducere. et fideles suos in mundo multas habituras pressuras. sed tamen portas inferi nō preualituras proinde: vt ait apostolus. i. Corinth. x. oportet eē hereses: vt qui probati sunt manifesti fiant oportet nos cum propheta ex aduerso surgere et murum opponere pro domo israel. et cum apostolo: vt dicitur Act. xiiij. per multas tribulationes intrare in regnū dei quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. Ro. viij. Ex quibus datur intelligi quod cōtra quascunque hereses insurgētes oportet catholicos ex aduerso cōsurgere et se murum opponere pro defensione fidei catholice intantū etiam si papa fuit hereticus et fidem molitus fuerit destruere orthodoxam oportet catholicos omnes animose obuiare. et ideo non inmerito prohibentur neophiti ordinari. dist. xlviij. c. quoniam. §. i. Et assignatur in textu cū glosa duplex causa. Prima ne incidant in superbiam. putātes quod fides xpiana multū indiget

illis. Secundo quia nondum sunt experti statum ecclesie vel religionis. nec sciunt modos personarum. Item non ieiunauerunt. non steterunt. nec fleuerũt. nec probati sunt Unde tales nec ad minores debent pmoueri nec tõsurari. ar. xix. q. iij. monasterijs. ¶ Secũda conclusio est ꝙ necessarium est christianis vti circuncisione spirituali. De qua loquitur Bern. in sermone circuncisionis dicens. Fratres nos circuncidi necesse est. non littera: sed spiritu et veritate. circuncidi non in vno membro tantũ: sed in toto corpore simul. licet enim magis in ea parte: in qua mãdata est iudeis circuncisio regnet concupiscẽtia: vniuersam tamen occupat carnem. a planta pedis vsq ad verticem capitis non est in nobis sanitas. nec est pars aliqua que tabida non sit hoc veneno. hec ille. Ex quibus pz ꝙ nos xpiani debemus nos circumcidere: nõ in vno mẽbro tm̃: sed in omnibus. Sicut enim ridiculũ eẽt si quis in partem barbam suã raderet. sic qui in parte circuncisionem spũalem facit ꝛ in parte se circuncisum reliquit. Debemus ergo nos circuncidere interius ꝛ exteriꝰ. Interius q̃tum ad cognitiones ꝛ desideria. ꝛ exterius q̃tum ad singula membra ꝛ opera. hec est circuncisio viciorum quã necesse est ꝙ faciamus. quia hec est que facit christianum iustum ꝛ sanctũ. ¶ Sz notandum vlterius ꝙ potest predicta conclusio deduci ex quadruplici similitudine qua solet aliqua res circũcidi. Primo ad euitandum corruptionem. Secundo ad pcurandum fructificationem. Tertio ad demõstrandum distinctionẽ. Quarto ad attingẽdum congruam situationẽ. ¶ Primo ergo aliqua res debz circuncidi ad euitandũ corruptiones solet enĩ res aliqua circuncidi ne alia corrumpatur per ipsam. Videmus enĩ ꝙ quando in pomo est aliqua pars putrida et corrupta nisi circuncidatur: pars sana per aliam corrumpitur: dens etiam putridus ab ore expellitur: ne per eius fetorem totum os corrumpatur: et ita de membro putrido respectu corporis. Sic debemus nos circuncidere a peccatis: ne per vnum peccatum anima corrumpatur. et sic amittat vitam gratie. ꝛ per consequens vitam glorie. Et ideo scribitur Deutro. xxx. Circuncidet dñs deus cor tuum ꝛ cor seminis tui: vt diligas dñm deum tuum ex toto corde tuo: vt possis viuere. Et nota ꝙ dicit circũcidet dñs deus cor tuũ. Ista enĩ mẽbra in quibus sunt iste turpes infirmitates corrodẽtes solent circuncidi: ne per morbũ membra aliqua corrumpantur. Et certe peccatum in corde est infirmitas corrodẽs omnia bona gratie. vnde sicut vinum corruptum corrumpit dolium. ꝛ nimius calor cibũ ita enĩ peccatum fit corruptio. ꝛ fit quasi quidam morbus infernalis qui enĩ incipit oportet membrum circuncidi. Est enĩ ignis vsq ad consumptionem deuorans: animam corrũpit et comburit. ideo dicitur cor circuncidi: ne aia corrumpatur. Ideo dr Deutro. x. Circuncidite p̃putia

cordis vestri. Ad hoc pertinet quod dicitur in bereshith quitanna super Gen. xvij. vbi dicitur. Et dabo pactum meum inter me: et inter te etc. rabi aquiba dixit. quattuor preputia sunt. dicitur enim preputium in aure. de quo scriptum est Hier. vi. Cui loquar et quem contestabor vt audiat. ecce preputiate sunt aures eorum et non poterunt attendere. Ecce verbum domini factum est eis in obprobrium non volunt ipsum. Dictum est etiam preputium oris: sicut scriptum est Exo. vi. Et ego preputiatus labijs etc. Dictumque est preputium in corde Hiere. ix. Et omnis domus israel preputiati sunt corde. et rursus est dicens. Leuit. xxvi. Et inducam eos in terram inimicorum suorum. vt vel tunc supplicet vel humilietur cor eorum preputiatum. et tunc placeret pro peccato suo. Et iterum Deutro. xxx. et circumcidet dominus deus cor tuum et cor seminis tui. Dicitur denique preputium in corpore. Gen. xvij. Et preputiatus masculus qui non circumciderit carnem preputij sui abscidetur anima illa de populis suis. hec rabi aquiba. Circa quod notatur in pugione. quod sicut quattuor sunt genera preputij. sic eodem modo sunt quattuor genera circumcisionis. quorum tria. s. auris: cordis: et oris. que spiritualia sunt: pro omnibus sunt necessaria. Quartum vero genus. quod corporale et vmbra reliquorum siue figura. ex quo venit messias noster preceptorum spiritualium magister. Non solum est inutile: sed etiam omnibus ipsum facientibus damnosum et valde perniciosum: sicut declaratum est in precedenti prima conclusione. Circumcidatur ergo preputium auris. oris. et cordis nostri ne anima corrumpatur. quia secundum Greg. peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. ¶ Ista circumcisio debet fieri cum cultro penitentie. aliter homo moreretur. quod figuratur. Exo. iiij. vbi habetur quod angelus domini occurrit contra filium moysi. et eum occidere voluit: vt dicit glo. Tulit ergo sephora acutissimam petram. et circumcidit preputium filij sui. Iste filius circumcisus quem vult dominus interficere est malus christianus. Sephora est ecclesia. interpretatur enim placens deo. Que petra acutissima circumcidit filium suum quando iniungitur penitentia. vnde acuta est per amaram cordis contritionem. acutior per confessionem. acutissima per satisfactionem. et certe acutum debet esse instrumentum quo non solum septem dierum: sed multorum annorum abscindi debet anime preputium. Vnde Ber. abscidatur ferro acute compunctionis vlcus inueterate consuetudinis nisi ergo acuta penitentia circumcidaris. acuta sententia occideris. Et ideo scribitur. Gen. xvij. masculus cuius preputij caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo. Sicut etiam faciendum est in re publica que per vnum malum hominem. latronem. homicidam. adulterum. crimine pessimo maculatum etc. huiusmodi corrumpitur. vnde tales circumcidendi sunt per iusticiam et mortem. sicut ouis morbida ne

pereat grex. ¶ Secundo ostenditur predicta conclusio ex secunda similitudine: qua solet aliqua res circuncidi.s.ad pcurandum fructificationem. Uidemus enim qꝫ vinee et arbores circunciduntur: vt meliꝰ fructificent. nisi enim superflua resecarentur non fructificarent. sic et nos tenemur nos circuncidere.i.a peccatis purgare. aliter quicquid laboramus nihil pdest. nec partem in bonis ecclesie. nec celestis glorie habemus. frater enim mortuus non potest habere partē in bonis a fratre viuo acquisitis. nec cibus corpori ministratus pdest membro putrido vel absciso. Ita certe homini existenti in peccato non prosunt bona ecclesie qꝫtum ad meritū glorie. qꝛ abscisus est a corpore ecclie per meritū: licet non per numerū. Et ideo necesse est nos a peccato purgari: vt habeamus fructum de bonis ecclesie. et partē in bonis celestis patrie. Et ideo possunt dicere peccatores de bonis. illud Geñ. xxxiiij. si circuncidamus masculos nostros ꝛc. Per masculos qui dominātur feminis et generāt intelligitur veritas q̄ est dña in potētijs aie et generat bona opera q̄ debet circūcidi ab omni immundicia. qđ figuratur. Geñ. xvij. vbi habeť qꝫ abraā fuit circūcisus cū filijs suis et seruis suis. Abraā qui interpretatur pater multarū gentiū est voluntas a qua habentur bona opera filij eius alie potentie. serui eius et sensus corporis. que oia debent circumcidi. volūtas ab omni malo viu et membra ab omni malo actu. os. oculi. auris. et sic de alijs. vnus eñi homo potens et diues non daret filiam suam vni rustico habenti vile et turpe artificium. sed habēti nobile daret. Ita deus valens. nobilior. ditior. et potētior nō dabit eternam gloriam habenti vile ac turpe artificium peccati. sed nobili habēti omnia necessaria. nā homo tendens ad habendū filiam alicuius magni: solet se decentius gerere et a vilibus retrahere. Unde dicūt angeli illud. Geñ. xxxiiij. nō possumꝰ facere quod petitis. et dare sororē nostram.i. gloriā eternam homini incircūciso. hoc est immūdo. sed in hoc valebimus federari si esse volueritis nostri similes.i. vacare mūdicie. et circuncidatur in vobis oīs masculini sexus. hoc ē purgetur voluntas ab omni peccato. Et sic patꝫ qꝫ necessariuꝫ est xpianis vti circuncisione spirituali si volunt fructum beatitudinis acquirere.

¶ Tertio ostenditur predicta conclusio ex tertia similitudine qua solet aliqua res circūcidi. scilicet ad demonstrandum distinctionem. Solet enim aliqua res circuncidi vt a re alia melius cognoscatur vel distinguatur: vt patet in ouibꝰ que vt distinguantur ab alijs solent circumcidi in auribus: vel in locis alijs. patet etiam in equis et pluribus alijs. Sic et nos debemus a peccato circuncidere: vt a familia dyaboli distinguamur vnde peccatum in anima signum est dyaboli. et circuncisio a peccato signum est dei. Ideo dicitur. Ad philippēses tertio capło.

Nos sumus circumcisio qui spiritu seruimus deo. et gloriamur in xpo iesu. et non in carne fiduciam habentes. Et nota quod dicit nos sumus circumcisio. i. circumcisi. et vide quod isti armigeri qui seruiunt istis magnis dominis solent esse in noua tunica stricte cincti. stricte calciati. cum alba cucufa. cum serto pulchro. Ita illi qui seruiunt deo debent habere tunicam nouam pulchre conscientie. stricte cincti cingulo castitatis et sancte affectionis. bene calciati exemplis sanctorum. cum alba cucufa intentionis recte que facit elevare capillos. i. cognitiones ad deum habentes in capite sertum de pulchris floribus. i. deuotis orationibus. talis sic circumcisus est de familia dei. unde sicut miles cognoscitur secundum arma. sic ad signum peccati vel gratie cognoscuntur filii dyaboli vel dei. unde Hiere. iiii. Circumcidimini domino. et auferte preputia cordium vestrorum. quasi dicat sitis circumcisi sicut decet famulos dei Gen. xvii. Circumcideritis carnem preputii vestri. i. a vobis omnem immundiciam auferetis. vt sit signum federis inter me et vos. i. vt sit signum quod estis de familia mea. necessarium est ergo xpianis vti circumcisione spirituali. vt distinguatur a filiis dyaboli. ¶ Quarto ostenditur predicta conclusio ex quarta similitudine qua solet aliqua res circumcidi. s. ad attingendum congruam situationem. Videmus enim quod lapides antequam in edificio collocentur diligenter circumciduntur: vt melius in edificio valeant ordinari. Sic si volumus in edificio paradisi situari. oportet nos circumcidi ab omni peccato et poliri virtutibus et bonis operibus. Unde sicut lapides melius sculpti et politi et decorati solent poni in locis nobilioribus: ita magis boni et magis purgati et ornati ponentur in loco superiori et nobiliori. Nam secundum excellentiam meritorum recipient anime distributionem premiorum: et ideo dicit beatus Gregorius. Urbs beata iherusalem dicta pacis visio que construitur in celis viuis ex lapidibus: et angelis coornata: vt sponsata comite. platee et muri eius ex auro purissimo. Porte nitent margaritis abditis patentibus et virtute meritorum illuc introducitur ois qui ob xpi nomen hic in mundo premitur. Tonsionibus pressuris expoliti lapides suis coaptantur locis per manum artificis disponuntur permansuri sacris edificiis. Igitur dicitur Exod. xii. Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam. id est agriculturam vel cultum religionis: a colo colis: et facere phase circumcidetur prius: patet quo modo necessarium est xpianis vti circumcisione spirituali peccatorum si voluerint tanquam viui lapides collocari in gloria beatorum.

¶ De heresi eorum qui dicunt euangelium esse falsum.


Secunda heresis est eorum qui dicunt euangelium esse falsum. quorum motiuum est: quod

quotienscunque in aliqua doctrina inuenitur aliquid falsum tota illa doctrina iudicatur falsa. qz sm apostolū ad galath.v. modicū fermentū totā massam corrūpit. Sed sic est de euangelio xpi vt dicūt: ergo etc. Istud probāt qz i euāgelio Mat.in.c.ij.inuenitur allegatum. vt impleretur qđ dictū est per prophetam. Ex egypto vocaui filium meū. dicunt isti q in nullo inuenit pphetarum. Itē dicunt de illo qđ scribitur infra eodē ca. vt adimpleretur quod dictū est p prophetas. quoniam nazareus vocabitur. quia hoc etiā in nullo prophetarum inuenitur vt ipsi dicunt. Cōcludunt ergo totum euangelium esse falsū ¶ Hunc errorem deprehendi cum predicarem in conuētu metine de cāpis. qz in predicta villa multi de eodē genere erant eodem vulnere vulnerati. vt mihi per fide dignos et etiam de eodem genere fuit intimatū. Cōtra quos pdicaui eos eē non solum pessimos hereticos totum euangelium dānātes. sed etiā insipientes et ignorantes scripturas pphetarum nō legentes in quibus expresse continetur quod euāgeliste affirmāt. Primum inuenit expresse in primo. xij. pphetarū minorū. s. in Osee in.c.xi. in pricipio vbi dicitur. Puer israel et dilexi eū et ex egypto vocaui filium meum. Ista auctoritas habet duplicē sensum vnum litteralem qz verificata est ad litteram de populo israel vocato a domino de egypto. pfectius tamen de domino iesu xpo qui est filius dei naturalis. Alij aūt sunt filij tm̄ per adoptionem sicut et illa auctoritas que habet. i. paral. xxi. Ego ero illi in patrem: et ipse erit mihi in filium. ad litteram intelligitur de Salomone: tamen minus pprie de domino autem nostro iesu xpo proprijssime vt dicit apostolus ad Hebr. i. dicens. Cui eniz aliquando dixit angelorum filius meus es tu etc. Et iterū et ego ero illi in patrem. et ipse erit mihi in filium. et hoc modo intelligit euāgelista h' quod dicitur Osee. xi. vt dictū est Item possumus sicut dicit Hiero. in omel. aliter consolari hunc locū propter contentiosos. quorum cōsuetudinem Paulus apostolus se habere denegat: et ecclesiam xpi. et testimonium pferimus ex minimis dicente Balaā. in.c.xxiiij. De9 eduxit illum de egypto cuius fortitudo similis est rinocerōtis. i. vnicornis quod est animal fortissimū. sed capitur in sinu virginis adolescentule prouocatus ad eius canticum dulcissimum. Sic et filius dei fortissimus cuius fortitudini nemo resistere poterat in sinu adolescentule virginis Marie ad eius dulcissimū canticum Ecce ancilla domini: prouocatus incarnatus est et māsuetissimus factus. Et sicut in morte vnicornis vt legitur in eius venatione due domicille concurrunt. quarum vna portat gladium. et altera vrceū quarum cantu inebriatus que portat gladium eum occidit percutiēdo eum in corde. et que vrceū portat recipit sanguinē quo purpura tingitur imperator. Sic in morte christi accidit domicella

portans gladium fuit synagoga q̄ ipsum occidit. Sed domicella portans vrceum fuit ecclesia catholica que sanguinez eius recipit qua purpura imperatorum.i. corūz aie rubricate sunt cum fidem xp̄i receperunt. et non solum illi, sed ꝛ oēs fideles eodem sanguine lauantur ꝛ mundissimi efficiuntur. Apoc.i. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. licet ergo predicta auctoritas non inueniatur ab hereticis p̄dictis insipientibus in lxx. interpretibus. querant vbi dictum est et inuenient. Secūda auctoritas inuenitur in primo maiorū ꝓphetarum.i. mosayca.c.xi. vbi dicitur. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascēdet vbi hebraica veritas sic habet. et nazareus de radice eius cōsurget. Nazareus interpretatur flos vel floridus. Ihero. autem transferēs secutus est interpretationem vocabuli dicēs. ꝛ flos de radice ꝛc. Euāgelista vero scribēs secutus est veritatem habraicam. qꝛ cum p̄dicta prophetia exponeretur de messia ad litteram. virga de radice iesse ē beata virgo que descendit de genere Dauid ꝛ sic de radice iesse q̄ fuit pater dauid: alio nomine dictus Isai. et fuit virga rectissima sine aliqua obliquitate peccati. xp̄s vero fuit ex ea consurgens velut flos pulcerrimus. qꝛ speciosus forma pre filijs hoim. psal. xliiij. Ipse est ergo nazareus: quia tot⁹ floridus et pulcerrimus. Xp̄e nazareus qꝛ in nazareth conceptus sicut patet Luce.ij. et qꝛ in nazareth nutritus sicut patet Math.ij. Predicte prophetie que vacue erant ante aduentum xp̄i in eius aduentu implete fuerunt. sicut patet Mathei.ij. qꝛ monitus Ioseph per angelum vt fugeret in egyptum cū puero ꝛ matre eius propter Herodē. ꝛ ꝙ esset ibi vsqꝫ dum vocaretur iterū per angelum defuncto Herode. sic factum est vt patet ibidem. Et sic de egypto dei filius fuit vocatus ꝛ veniens habitauit in ciuitate nazareth. vt patet ibidem et sic est impleta secunda ꝓphetia non solū qꝛ ibi conceptus sed etiam qꝛ ibi habitauit ꝛ fuit nutritus licet in bethleem natus et in iherusalem occisus. ¶ Itē dicūt euangeliū Marci esse falsum: ex eo ꝙ in eius principio dicitur vnum falsum. Scribitur enim ibi. Initium euangelij Iesu xp̄i filij dei sicut scriptum est in Isaia ꝓpheta. ecce ego mitto angelum meum ante faciez tuā qui preparabit viam tuam ante te vox clamantis in deserto. preparate viaz domini recte facite semitas eius. Modo dicunt isti. patet ꝙ primuz est falsum. s. ego mitto angelū meū ante faciē tuam cum nullibi reperiatur in Isaia sed in malachia. Dicendū est ad hunc errorem secū dum ꝙ notat Nicolaus de lyra ꝙ Marcus ante eius conuersionem ad fidem fuit instructus in lege: ꝛ prophetis. ꝛ ideo incepit suū euangeliū. in vno contextu prophetias coniungens: quarūz prima scribit Malachie.iij. ꝛ secūda Isa.xl. Veruntamē Marc⁹ hic solū exprimit Isaiā prophetam dicens. sicut di-

ctuȝ est in Ysaia pphēta. qꝛ lȝ ābo pphete vno spiritu pphetauerūt. Ysaias tamē principalior est altero. ꝛ ideo solus nominatur et quia auctoritas vltima ē ipsius Ysaie. res autem denominatur a fine. Ideo nō falsum dixit Marcus sed verū nominando Ysaiam: ꝛ subticendo malachiā. Item Bern. ꝛ ponit in glo. lrali. Nota ꝙ hoc testimonium Ecce ego mitto angelum meuȝ. est Malachie. vtrumqȝ tamē dicit esse Ysa. qꝛ ꝛ si non verba sensus tamē inuenitur in Ysa. et manifesti⁹ inuenitur in hoc versu. vox clamātis in deserto. Angelus enim qui mittitur ante faciem est vox clamātis in deserto. preparauit autem viam dicens. Parate viam domini. facite rectas semitas. potuit enim pro malachia. Ysaie nomen diuinitus occurrere. nec voluit marcus emēdare. qꝛ omnes prophete vno spiritu locuti sunt quasi vno ore. Utraqȝ solutio satisfaciat cuicumqȝ intelligenti. ꝛ satis concorditer ad ppositum veritatis ꝛ ad cōfusionem malicie opponentis crimen falsitatis euangelio christi qui non solum verum dixit per euangelistas suos. sȝ etiā est ipsa veritas. vt patet Joh xiiij. ¶ Supradicti inciderunt in hanc peruersam heresim edocti a quodam religioso hispano eiusdeȝ gentis in flandria qui eis legit aliqua capitula biblie. vt fertur in occulto damnando legem euangelicā cum essent ibi mercatores. et taliter impressit errorem predictum ꝛ alios in eis ꝙ venientes in hispaniaȝ multos alios peruerterunt in occultis. Et isti sunt illi de quibus supra dixi i prima heresi. ꝙ fuerūt absconditi quasi per mensem p sanando vulnere circuncisionis. ꝛ ꝙ expectant in breui facere transituȝ in berberiam cuȝ illo Nōso nequā qui eos expectant secrete in ciuitate hispalen. vt facto transitu ibi libere efficiantur iudei. Qui hoc nouit testimonium perhibuit. ꝛ scim⁹ qꝛ verū est testimoniū eius.

¶ De heresi eoꝝ qui negāt cōfessionē valere ad remissionē peccatoꝝ.



Tertia heresis ē coꝝ q̄ negant cōfessioneȝ valere ad remissionē peccatoꝝ. Sunt enim nōnulli xpiane religionis inimici q̄ asserunt ꝙ cōfessio non valet ad remissionē peccatoꝝ. qđ pbare nitunt auctoritatibus ꝛ rōib⁹. Prio sic de⁹ gratis remittit peccatū nō merito hominis ergo nec p ↄfessionē. si enim p confessioneȝ remittit peccatū merito remittitur confitētis. ¶ Scđo sic. apostolus ait ad Tytū. iij. nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecimus nos sed ꝑm suaȝ miaȝ saluos nos fecit: ergo non per confessionē ¶ Tertio sic ꝑm apostoluȝ ad Ro. ix. non est volentis neqȝ currentis sed miserentis est dei. Prima eniȝ gratia quam deus in nobis operatur est peccatorum remissio. ergo non mediante cōfessione sȝ dei miseratiōe remittitur culpa. nō ergo cōfessio est necessaria ad salutem. ¶ Secūdo hoc pbare nituntur auctoritatibus sanctorū. Primo auc-

toritate Ambro. super Lucā dicē-tis. Ideo fleuit petrus. quia culpa suppressit ei: non inuenio quid di-xerit. inuenio ꝙ fleuit. lachrimas eius lego. satisfactionem nō inue-nio. ¶ Contra hanc heresis multe clamant auctoritates sanctoꝝ. Ait enim augu. Confitere queq̄cūq; feci-sti que in verbo. que in ope. que in nocte. que in die. cōfitere in tēpore oportuno. ꝛ in die salutis recipies celestē thesaurū. ¶ Scdo ait gre-go. Nō vult de⁹ vlcisci maliciā qui confiteri delicta ꝑsuadet optat dis-solui confitētes ne cōtumaces pu-nire cogatur quotidie ꝑpl euange-lium clemēter vocat: confessionem tyrāni ex puro corde desiderat. et cuncta que delinquimus relaxat. ¶ Ad primam rationē qua dicūt heretici ꝙ de⁹ gratis remittit pec-catum non merito hominis. Dicen-dum ꝙ sola dei gratia peccatū re-mittitur. nec confessio est causa ef-ficiens remissiōis peccati: sed sola gratuita voluntas dei. Est tamē cō-fessio causa sine qua non quia nisi homo peniteat a deo peccatum nō remittetur. sicut sol domum illu-minat: quia fenestra aperitur. non tamē aperitio fenestre est causa il-luminationis sed causa occasiona-lis. causa vero efficiens illumina-tionis est ipse sol. ¶ Ad secundam rationē in qua dicitur ꝙ nō ex opi-bus iusticie que fecimus nos: sic in-telligendū est ꝙ opa nō excludunt gratiam nec gratia opera. quia ex gratia opera ꝛ ipsa gratia est cā ef-ficiēs nostre salutis. Similr gra-tia non excludit penitentiam. nec penitentia gratiā. quia ꝛ penitētia quedam gratia est. ¶ Eodem mo-do respondendum est ad tertiā ra-tionem non est volentis nec currē-tis. quia q̄uis cursus id est opatio vel bona voluntas sit salutis occa-sio tamen efficiens cā salutis exi-stit penes gratiam dei miserentis. deus enim primam gratiam opera-tur i nobis. id est peccati remissio-nem non meritis nostris exigenti-bus. sed misericordia sua tantum. ¶ Ad auctoritatē ambrosii q̇ dicit se lacrimas petri legisse nō satisfa-ctionem vel confessionem. per hoc non excludit: qui multa facta sunt que scripta nō sunt. vel dicitur ꝙ nondum facta erat institutio con-fessionis.

¶ De heresi eorū qui negant cōfes-sionem fieri homini.



Quarta heresis est eorum qui concedūt confessionem fiendam sed negāt eam fiendā homini: dicunt enim isti heretici. Quid opoꝛꝫ ꝙ ista publicatio pec-catorū fiat modo in noua lege ho-mini per ꝯfessionē ex quo in lege veteri non fiebat nisi deo per solā contritionē quid ergo oportet mo-do addere cōfessionem. ¶ Secūdo sic. Cris. sup epistolā ad Hebreos dicit nō dico tibi ꝙ te prodas i pu-blicū nec apud alios te accuses. sꝫ obedire te volo ꝓphete dicēti psal. xxxvi. Reuela viā tuā ante deū. ergo ꝯfitere peccata tua ali verus

iudicem: cum querimonia delicta tua pnuncia non lingua sed pscie tie tue memoria. et tunc demū spe ra misericordiam te posse cōsequi. ¶ Item tertio dicit idem Crisost. peccata tua dicito vt deleas illa sz si pfundar alicui dicere dicito ea quotidie in anima tua: nō dico tibi vt confitearis illa conseruo tuo vt tibi exprobret dicito deo. quoniam curat ea nec ei si non dixeris ea nō ignorat cū ea faciebas. presto erat cum admitteres ea cognouerat. Ex omnibus istis ergo illi eliciunt confessionem fiendaz soli deo. Hec rabida heresis multuz viget istis temporibus in aliquibus occulte confabulantib⁹ et in conuenticulis suis. ¶ Pro destructione huius er roris intendo contra ipsum proce dere quintupliciter. Primo aucto ritate veteris testamēti per quam ostendā q confessio que fit homi ni in noua lege iam fuit declarata in veteri lege. qz scribitur Prouer. xxviii. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur: qui aūt cōfessus fuerit et reliquerit ea misericordiā cōse quetur. Tunc arguo sic ex ipsa aucto ritate peccata abscōdi non debēt immo cōfiteri. ergo deo vel homi ni. nō deo. qz ps. dicit. delicta mea a te nō sunt abscōdita. Et apostol⁹ ad hebr. iiii. oia nuda et apta sūt ocu lis eius. ergo peccatū abscondi ho mini non debet. imo debet cōfiteri homi. hoc ostendit nobis xps in fi gura qn dixit leprosis. Luce. xvii. Ite ostendite vos sacerdotibus. et sequitur q dū irent mundati sunt. ¶ Secūdo arguitur contra eādez heresim ex pte pfectionis legis no ue. Unde circa hoc est sciēdū q de us in omni statu tā nature q legis mosayce q legis etiā gratie voluit q sibi homo p peccatis cōfiteretur sed diuersimode. Nā in statu natu re sufficiebat sibi vt homo de pec catis solā cōtritionem haberet vt in corde peniteret. sed postea pce dens in statu legis q fuit pfectior statu nature voluit vt non solū ho mo de peccatis ptritionez haberet sed q etiam p peccato aliquod ho locaustū offerret sicut vitulū de ar mēto ac edū de grege. Sed postea vltra procedēs in statu gratie tāq perfectiori ceteris voluit vt nō so lum corde et sacrificio. sed etiā ore proprio confessio fieret de pecca tis. et valde cōgrue dominus ordi nauit. quia sicut nos sumus in sta tu pfectioris vite. ita pfecti⁹ a pec catis nostris expurgari debemus. Status eniz noster. s. gratie statui nature siue legis cōparatur sicut fru ctus cōparatur flori. nam sicut fru ctus plus habet de perfectione q flos. sic status gratie plus habz de perfectione q status nature vel le gis mosayce. quare nullus dz mi rari si nos qui sumus in gradu per fectiori q fuerunt gentiles vel iu dei. si a nobis plus exigitur vt per fectiores inueniri valeamus. Si cut enim fructus venit post florez ordine nature: sic confessio oris ve nit post cordis contritionez: et sicut fructus latet in arbore anteq flo reat sic in statu nature ista cōfessio nullaten⁹ apparebat. quia solideo per contritionem fiebat. sed sicut

postea per florem ostēditur aliquā tulum fructus. sic in statu legis ali quantulum oportuit hominis per fectionem per munera apparere. quia tunc peccatum non soluz deo sed etiam populo erat notū licz nō expressum. sed cognoscebat ex quo offerebat ꝙ in aliquo deū offende rat. sed per quid ignorabatur. sed cum fructus per florem aduenit to ta virtus arboris in eius ꝓductio ne se ostendit. Sic eodem modo in statu gratie qui nunc est tota per fectio hominis in hoc debet consi stere ꝙ non solū cum deo ꝯueniat sicut primi: nec ipsi ꝑ mūera se ostē dant sicut secundi veniēdo. s. ad cō fessionem. sed etiam oportet ꝙ pec catum exprimat sicut arbor in tota perfectiōe sua ꝓfert fructū. ꝛ ideo voluit vt ore proprio confiteamur de peccatis. Et qꝛ ipe nō est ꝓsens visibiliter dimisit nobis ministros ecclesie vt eis confiteremur. vt sic ordo nature dei prouidentia respō deret. Unde Leo papa multiplex misericordia dei que ita lapsibus humanis subuenit vt non tātūmo do per baptismum sed etiam ꝑ pe nitentiā spes vite reparetur. Chri stus enim hanc prepositis ecclesie tradidit potestatem: vt vere peni tentibus penitentie satisfactionez daret. et eosdem salubri satisfactio ne purgatos ad communionem sa cramentorum per gratiam recon ciliatiōis admitteret. ¶ Tertio ar guitur contra eandem heresim sic. quia sicut dei filius erat primo ho mini incognitus. sicut verbum co gitatum est ignotum. ita volebat ꝙ homo recognosceret ipsum esse deum. vt in corde suo solum quan do peccauerat se recognosceret of fendisse. Et ideo nō requirebat ab eo vltra vires. sed ꝙ sibi proportio nabiliter sicut ipse erat incognit ita sibi homo incognite responde ret. Sed quia modo est non solum vt verbum cogitatum sed etiā pro latum inquantum ex virgine car nem sumpsit. ꝛ in mundo verus de us ꝛ homo apparuit. requirit vt ho mo sibi non solum agnoscat clan destine se deum offendisse. sed etiā se deo oretenus manifestet qui pro peccatis suis se manifestauit car nem de virgine assumendo: ꝛ ideo vult vt non solum homo sibi corde cōfiteatur: sed etiam oretenus suo sacerdoti. Unde Augu. de verbis domini. Qui vult videri deus cum sit homo non imitatur illum qui cū deus esset pro illo factus est homo tibi quidem non deo esto aliquid minus ꝙ̄ eo: sed cognosce quod es cognosce te infirmum: cognosce te hominem cognosce te peccatorem appareat in confessione tua macu la cordis tui et pertinebis ad gre gem xp̄i quia confessio peccatorum inuitat medicum ad sanandum.

¶ Quarto arguitur contra eandez heresim ratione assumpta per si militudinem in moralibus: sicut enim videmus ꝙ quando aliquis bonus homo offenditur ab aliquo non solum ipse dominus offendi tur sed etiam vxor eius. nec etiam ipse placatur ab offensa nisi ab eius vxore si tamen si fidelis ei in dulgentia etiam postuletur. Sic

in prologo biblie. Plato descēdit in egyptū vt videret libros legis ꝛ pphetarū: quos vidit ꝛ potuit esse ꝙ informatus in sacra scriptura per hieremiā pphetā cum. s. in egyptū descendit: vt ponit leonardus Arctinus in prologo libri platonis qui ītitulatur phedron fuit inductus ad loquendū de aīa magis vere ꝛ catholice ꝙ aliquis alius phus. ¶ Item pitagoras hoc idez asserit vt ponit Ouidius. xv. methamorphoseos. vbi dicit morte carent aīe semperqꝫ priora relicta: sic de nouis domibus viuunt: habitantqꝫ recepte: sed melius dicit ī versibus aureis: sicut allegat calsidius in cōmentum super thymeum platonis: vbi dicit. corpore dissposito: tamen libet ad etherap ergens: euadēs hominē fact⁹ deus ethereis alter. ¶ Item mercurius trimegistus ad exclepā ppe principiū dicit. O exclepa oīs aīa humana immortalis ē: sed nō vniformiter cuncte: sed alio ꝛ alio modo: ꝛ infra post mediū libri cū fuerit aīe a corpore facta discessio: tunc examen meritiqꝫ eius arbitrium transiet in summam detinens potestatem. Isqꝫ cū eam piā iusticiamqꝫ peruiderit in sibi competentibus locis manere permittit. Si delictorum ipsam maculis viciisqꝫ obligatam viderit: desup ad yma deturbās p telis aeris: ignis: ꝛ aque sepe discordātibus tradit: ꝛ sic inter celum ꝛ terram mūdanis fructibus in diuersis semp eterni penis agitata reptabitur: vt in hoc aīe obsit eternitas ꝙ sit in mortali sententia eterno supplitio subiugata: hec ille ¶ Aliq etiā dicunt quorū opinionē introducit macrobius sup somnuz scipionis ꝙ vnus qui vocabatur feres pamphilus: de quo loquitur Ualerius libro primo in titulo miraculoruz: q̄ dicit ꝙ fuit mortuus in quodā ꝓlio ꝛ ꝙ stetit mortuus p decē dies sepata aīa a corpore: ꝛ ꝙ postmodū resurrexit ꝛ reuelauit multa alterius mundi specialiter de imortalitate aīarū ꝛ ꝙ ab isto hoīe resuscitato habuit plato fundamentū ꝛ doctrinā quam introduxit in phedrone. Item in secundo libro sup somniū scipionis macrobius dicit. aīa autem qui verus homo ē ab omni conditione mortalitatis aliena est a deo: vt ad mutationez dei mundum regētis regat: ꝛ ipsa corpus dū a se animatur etiā in eodem dicit: ꝛ hec sit presentis temporis consummatio: vt anima nō solum immortalem: sed deum esse clarescat. ¶ Huius etiam opinionis fuit Tullius qui fm ꝙ dicit dictus Macrobius vltimum opus scripsit predictum somnium scipionis vbi introducit scipionem afianum ꝛ alios magnos ꝛ virtuosos viros iungendo. ꝙ apparuerunt post mortē ꝛ dixerunt de premiis animarum hominum virtuosorum que habent in celo ꝛ de penis quas mali patiuntur. Item in rethoricis Tullius ait: probabile quidem videtur sapientibus penas esse paratas apud inferos: ergo anime post mortem sunt superstites. In amphorismis etiam de

essentia summe bonitatis legitur: quia anima est in orizonte eternitatis. i. in termino perpetuitatis: quod est perpetuitas in aia: ita q̄ finitur in aia. i. non ptendit vltra animā: sed est supra tp̄s: tēpus vocatur hic mora habēs principiū et finē et si aia habebat principiū nō habebit finē. Hāc etiā opinionē introducit Uirgilius in. vi. libro eneydorum vbi scribit quō eneas venit ad cāpos elysius qui sūt cāpi paradisi q̄ inuenit ibi anchisen patrem suū et alios maiores et antecessores. Item etiam de aia turni loquēs ait in. xij. vitaq3 cum gemitu fugit indignata sub vmbras id est anima turni recedens a corpore: cum indignatione descendit ad inferos: hinc instituauit virgilius animā esse superstitē post mortē. Huius etiā opinionis fuit Seneca in epl'is vbi dicit mors quā pertimescimus et recusamus intromittit vitā non eripit veniet iterū qui nos in lucē reparet dies Huius opinionis fuerunt omnes philosophi qui dicti sunt stoyci que opinio est in magnam confirmationem nostre sacre fidei et in maximam confusionem non credentium et hereticorum: q2 si dicti philosophi ducti solum ratione et lumine naturali crediderunt et cognouerunt anime immortalitatē: et q̄ post mortem hominum anime bonorum premiantur in gloria: et anime malorum affliguntur in pena sine fine: multomagis hoc credere et affirmare debent christiani qui vltra ratiōnem et lumen naturalis intelligentie sunt informati lege dei quā dedit et publicauit p moysen et alios sctōs pphetas et p doctrinā noue legis quā nostre saluator de' et homo per seipm psonaliter predicauit et ostendit. ¶ Sed quia auctoritas in diuersum potest flecti sensum. Ideo secūdo improbatur predictus error rationibus doctorū catholicorum. Primo sic omnis corruptio causatur ex contrarietate: sed nihil est q̄ substantie anime contrarietur. ergo non potest a'a corrumpi. Cōfirmat' primo sic q̄cquid corrūpit aut corrūpit ex dissonātia priū vt corpus: aut ex fluxu materie: vt ppietas. Omnis enim proprietas in se immutabilis est: quod aūt desinit eē ex fluxu materie in q̄ ē hz. Uñ boeti' i plogo sup arismetricā ait. Sapientia est speculatio eorū q̄ sm sui immutabilitatē sortiuntur substantiam et proprietatem: aia autē non est substātia corporalis: ergo ex dissonantia partium corrumpi non potest: quia simplex est proprietas autem non est sine forma: quia substantia est: et ita ex fluxu materiei corrumpi non potest: quia in materia nō est: ergo incorruptibilis est. q̄ autē incorporea sit patet: quia hoc genus subalternū spiritus sub se cōtinet has species animam et angelum. ergo aut angelus incorporeus non est: vel anima incorporea est. Secūdo cōfirmatur: quia corruptio non fit in entibus nisi ratione appetitus. ergo vbi appetitus est q̄etatus vltra nihil appetit. Sed materia p

animã rationalem vltimate quietatur: quia nullam nobilioreẽ habere potest. ¶ Secundo arguitur ex diuina bonitate sic. Cum deus sit omnibus bonus: maxime tamen bonus est amicis suis: sed amico proprium est conuiuere. viij. Ethicorum. Et amicus saluet amici vitam si potest: ergo faciet ꝙ anima viuat post separationem a corpore. ¶ Tertio arguit̃ ex diuina causalitate. Omnis causa quãto plus intẽdit ad esse alicuius: tãto plus intendit ad eius conseruationem: sed esse anime rationalis plus intenditur quãtum ad esse ꝙ̃ forma solis: quia nobilius ẽ esse eius cũ sit spiritualis: ⁊ spiritualia corporalibus preferuntur: vt dicit Augustinus nono de trinitate: cum ergo sol sit incorruptibilis multo ergo fortius anima erit incorruptibilis ⁊ immortalis. ¶ Quarto arguitur ex magnitudine diuine potentie probando necessitatem alterius vite per resurrectionem sic. Uidemus enim ꝙ natura reducit per vnum granum seminis arborem vel herbam sui generis verũ tamen non reducit eandem herbã vel arborem numero: sed alteram similem. Et similiter in generatione naturali hominum bestiarum: ⁊ auium: quia naturaliter exit homo ab homine. ⁊ femina per generationem: ⁊ sic de auibus ⁊ bestiis sed non redit idem homo numero nec eadem bestia: sed alter homo: et altera bestia. Unde si natura haberet tam magnum posse ꝙ illum eundem hominem numero: ⁊ eandem numero bestiam ⁊ arborem que deficit ⁊ moritur posset reducere viuum: maiorem potestatem haberet ꝙ̃ habet. Et ideo si deus non resuscitaret illum eundem hominẽ numero qui moritur nõ ostẽderet ꝙ suum posse esset maius ꝙ̃ posse nature. Cum ergo posse suũ incomparabiliter maius sit ꝙ̃ posse nature. Si nõ faceret illud per quod suum posse ostẽdatur maius ꝙ̃ posse nature cõtrariatur sue potestati ⁊ perfectioni: quod est incõueniens. Ex quo manifeste patet ꝙ erit resurrectio ⁊ altera vita: et ꝙ idem corpus numero resurget ad manifestandũ ꝙ maius est posse dei ꝙ̃ nature. ¶ Quinto arguit̃ ex diuina sapientia: quia perfectus opus arguit maiorẽ sapientiam in magistro qui illud fecit. Unde si deus creauit hominem ea intẽtione vt resurgat ⁊ duret sine fine hoc videtur nobilius ꝙ̃ si illuz creasset ea intẽtione: vt nõ resurgeret ⁊ nõ duraret sine fine. et vbi est nobilior intentio et nobilior respectus ostenditur excellentius opus: ⁊ ex operis excellentia maioritate ⁊ nobilitate ostenditur excellentior: ⁊ nobilior sapientia in magistro. Necesse est ergo resurrectionem fieri: ⁊ aliam vitam dare: vt diuina sapientia excellentissima cognoscatur. ¶ Sexto arguitur ex amabilitate eternitatis dei necesse est homini charitatem habere: hoc est deum amare: quia deus est eternaliter amabilis. Unde si homo resurgat ⁊ ex diuine eternitatis influẽtia hõ sit ꝑpetuo du

rabilis in glia amabilior erit eternitas diuina φ si homo non resurgeret: sed finiret in morte. Ad ostēdendum ergo concordiaʒ inter diu rationem dei ⁊ hominis et amoris excellentiam fiet resurrectio que si non fieret non ostenderetur. ¶ Septimo arguitur ex diuine iusticie equitate. Justicia enim dei requirit φ omnibus reddatur ſm merita ⁊ demerita: alis non esset iustus. Cum ergo hoc non fiat in vita presenti cum mali videantur florere. Job. xxi. ducūt in bonis dies suos. boni vero tribulantur. ergo fiet in vita alia quod esse non potest: nisi anima sit immortalis ⁊ nisi fiat resurrectio. tunc enim illa res que bonum vel malum fecit in hoc mūdo per diuinam iusticiam premiabit vel punietur. ¶ Octauo arguit ex eternitate diuine iusticie: sic poterit deus eternaliter iudicare hominem. si homo posset esse sine initio sicut poterat eum iudicare eternaliter: si homo esset sine fine. vnde si resurrectio nō esset significaretur φ si creatura posset esse sine initio. φ deus non posset sua iusticia eternaliter homine vti. vt ergo detur intelligi φ deus poterat eternaliter vti sine initio in homie si homo posset esse eternaliter sine initio. Sapiētia diuina ordinauit φ fiat resurrectio: ⁊ φ iusticia diuina sit potens conseruare humanum corpus sine fine dato φ semper sit in tormentis: vt iusticia vtatur in eo. ¶ Nono arguitur ex naturali appetitu hominis sic. impossibile est appetitum naturalem esse frustra sed homo naturaliter appetit perpetuo manere: qd ptʒ ex eo φ esse est quod ab omnib⁹ appetitur. homo enim per intellectum appetit esse no. solum vt nunc sicut bruta animalia: sed simpliciter consequitur. ergo homo perpetuitatem ſm aiam qua esse simpliciter: ⁊ ſm omne tempus apprehēdit. ¶ Decimo arguit ex capacitate anime: quia anima capax est beatitudinis. De⁹ autē. vt ait Augu. ingenti libertate implet omnes creaturas ſm capacitatem earū. ergo cōfert anime beatitudinem. ad beatitudinē autē spectat vita perpetua. ergo necesse est alteram vitam ponere ⁊ aiaʒ esse immortalem. ¶ Undecimo arguitur ex hominis timore. quia si anima moreretur cum corpore. homo nō plus timeretur mortuus φ lupus vel canis mortuus. cum ergo experiamur singularem timorē in hoie mortuo: quē nō experimur in ceteris animalibus mortuis. ergo necesse est dicere. φ relinquitur aliquid viuens post mortem hoīs qd timetur. ¶ Duodecimo arguit sic. deus fecit aiam ad ymaginē ⁊ similitudinē suā: sed deus est imortalis. ergo ⁊ aia. Et licet nō posset forsitan ratione naturali demōstratiue probari. sicut satis ptʒ per debilitatē rationū. quo ad hoc tum a sanctis φ a phis adductarū. Summe tn̄ conuenit hoc credere sicut multa alia sunt vera: que pbare demonstratiue nescimus sicut alterū istorū procerto est verum. mundus incepit esse: vel mundus non incepit esse: tamen nullum istorum de-

mõstratiue probari potest ſm Aristotelem.iiij.topicorũ. Unde cõmuniter dicitur de quodam religioso ꝙ redarguit quẽdam pħm ex eo ꝙ negauit aĩam esse immortalẽ. Quero inqͭ a te pħe ait ille religiosus. aut anima est mortalis aut immortalis. si est mortalis nullũ incõmodum infligeretur credentibus eã esse immortalem. si vero est immortalis. tunc credere eam mortalem. quid incõmodum in te sequitur. ergo melius est credere eam esse immortalem: ꝙ mortalem. ¶ Tertio improbatur predictus error auctoritatib⁹. quadrupliciter. primo auctoritatibus noui testamẽti ex euãgelio. Secũdo auctoritatibus eiusdem ex epistolis et actibus. Tertio auctoritatibus veteris testamenti. Quarto auctoritatibus doctorum ecclesie que omnia expresse sonant aliam vitam. ¶ De primo inducuntur.xij.auctoritates. Prima auctoritas habetur Joħ.vi. hec est autẽ voluntas patris mei qui misit me. vt omnis qui videt filium. per fidẽ formatã charitate. ideo sequitur et credit in eum habeat vitam eternã quod infallibiliter est veruȝ in predestinatis. et ibidem. Qui manducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinem habet vitam eternã et ego resuscitabo euȝ in nouissimo die. Secunda auctoritas habetur Johan. iiij. cum xp̃s loqueretur samaritane. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque viue salientis in vitam ternam. Tertia auctoritas est Joħ.vi. Qui mãducat hunc panem viuet ineternũ. Quarta auctoritas ẽ Matth.xix. ⁊ Marci.x. Cũ quereret iuuenis ille magister quid boni faciam: vt vitam eternam possideam. Respondit ei xp̃s si vis ad vitam scȝ eternam ingredi serua mandata. Quinta auctoritas Marci.ix. bonum est tibi claudum introire in vitam eternaȝ ꝙ duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis. Sexta auctoritas est Mar.x. Nemo ẽ qui relinquerit domũ aut fratres aut sorores aut patrem aut matreȝ aut vxorem aut filios ꝓpter me et propter euangelium qui non accipiat centies tm̃ nunc in tempore hoc. domos ⁊ frates ⁊ sorores ⁊ matres et filios ⁊ agros cum persecutionibus et in futuro seculo vitam eternam. Dicit ꝙ in presenti accipiet centies tm̃: quia pro temporalibus accipit in presenti bona spiritualia que tantũ excedunt bona temporalia quãtũ centenarius vnitatem. aliter autẽ potest exponi de religiosis qui pro vno patre carnali vel fratre dimisso habent spũales fratres ⁊ matres ⁊ patres multos et etiam possessiones multas ⁊ agros inquãtũ ex possessionib⁹ omnium fidelium sufficienter sustentantur. ſm illud apostoli.ij.ad Corinth.vi. quasi nihil habẽtes ⁊ omnia possidentes. Unde Augu. Contẽne omnia et habebis omnia. Septima auctoritas est Joħ.iij. Qui credit in filium habet vitam eternam qui autẽ incredulus est filio non habet vitam eternam. sed ira dei manet super eum. Et ibideȝ sic deus dilexit mundum: vt filiũ suũ

vnigenitū daret: vt omnis qui cre
dit in illum non pereat: sed habeat
vitam eternā. Octaua auctoritas
est Joh. v. Scrutamini scripturas
in quibus putatis vitam eternam
habere. et ille sunt que testimoniū
perhibent de me ⁊ non vultis ve-
nire ad me: vt vitam habeatis. No
na auctoritas est Joh. vi. vbi dici-
tur ꝙ cum multi ex discipulis iesu
abirent retro. dixit iesus ad duode-
cim. Nunquid ⁊ vos vultis abire.
Respondit ei symon petrus. Dñe
ad quē ibimus verba vite eterne
habes ⁊ nos cognouimus et credi
mus. quia tu es xp̄s filius dei. De-
cima auctoritas est Joh. x. Oues
mee vocē meā audiunt ⁊ cognosco
eas ⁊ sequūtur me. ⁊ ego vitā eter-
nam do eis. Undecima auctoritas
est Joh. xij. Qui odit animā suam
in hoc mundo in vitā eternam cu-
stodit eam. Duodecima auctoritas
est Matth. x. Nolite timere eos q̄
occidunt corpus. animam autē nō
possunt occidere. sed potius eū ti-
mete qui pōt animā ⁊ corpus per-
dere in gehennam. Hec duodecim
auctoritates ex euāgeliis deducte
sunt quasi. xij. colūne auree nostri
inexpugnabilis fortalicij. ¶ Pre-
dictis adiungūtur alie. xij. auctori-
tates apostolorum xp̄i. Prima est
cum iudei contradicerent paulo et
blasphemarēt: tunc constāter pau-
lus ⁊ barnabas dixerūt Actuū. xiij.
vobis oportebat primū loqui ver-
bum dei: sed quā repulistis illud et
indignos vos iudicastis vite eter-
ne. ecce couertimur ad gētes. Sic
enī precepit nobis deus. Scđa est
eiusdem. ad Gal. vlti. Qui seminat
in carne sua. de carne ⁊ metet cor-
ruptionem. qui autē seminat in spi
ritu. de spiritu metet vitam eternā.
Tertia est eiusdem prima Thimo.
i. Ideo misericordiam consecutus
sum: vt in me primo ostenderet ie-
sus xp̄s omnium patientiā ad infor-
mationē eorum qui credituri sunt
illi in vitam eternam. Quarta est
eiusdem prima Thimo. vi. Certa
bonum certamen fidei apprehēde
vitam eternam in qua vocatus es
et confessus confessionem bonam.
Quinta est eiusdem Thimo. i. pau-
lus dei seruus apostolus iesu xp̄i
ſm fidem electorum dei ⁊ agnitio
nem veritatis que ſm pietatem est
in spem vite eterne quā promisit
q̄ nō mētitur deꝰ ante tpa secula.
Sexta est eiusdem. ad Thimo. iij.
dicēs. Justificati gratia ipsius he
redes sumus ſm spem vite eterne
fidelis sermo est. Septima aucto-
ritas est eiusdem prima Corinth.
xv. Si in hac vita tm̄ in xp̄o spe-
rantes sumus. miserabiliores su-
mus omnibus hominibus quasi di
cat. Si speramus in hac vita remu
nerari a xp̄o miserabiliores sumꝰ
⁊c. qr alij ad minus pfruunt bonis
huius vite: nos aūt patimur mala.
In primitiua enī ecclesia fideles
erāt multa sustinētes aduersa. Sꝫ
contra hoc posset argui de multis
phis q̄ voluptates ⁊ diuitias huiꝰ
seculi contēpserāt: ⁊ cū hoc nega-
bāt resurrectionē mortuorū: nec tm̄
dicunt miserabiliores aliis hoibꝰ:
sed meliores. Dicēdū ꝙ nō est simi
le de ipsis ⁊ xp̄ianis: qr phi hoc fe

cerūt ꝓpter maiora bona cōsequē-da.scȝ ꝟtutes intellectuales ⁊ morales: in quibus consistit cognitio veritatis ⁊ consecutio politice bonitatis: hoc autem non pōt dici de xp̄ianis qui confitētur xp̄m resurrexisse a mortuis quod falsūȝ esset si resurrectio esset impossibilis falsitas autē malum est intellectus sicut veritas eius bonū. Octaua est apostoli petri prima. Pe.iij. Saluos baptisma facit non carnis depositio sordium: sed consciētie bone interrogatio in deum per resurrectionem iesu christi qui est in dextera dei patris. deglutiens mortē vt vite eterne coheredes efficeremur ꝑfectus in celum subiectis sibi angelis et potestatibus ⁊ virtutibus. Nona est Joh. apl'i.i. Joh. i. vidimus ⁊ testamur ⁊ annunciamus vobis vitam eternam. Decima est eiusdē in.c.ij. hec est repromissio quā ipse pollicit⁹ est nobis vita eterna. Undecima est eiusdeȝ in.c.v. hoc est testimonium quoniā vitam eternam dedit nobis deus. et hec vita in filio eius est. Duodecima est eiusdem in.c.codē assumpsit nos et dedit nobis sensum: vt cognoscamus verum deuȝ ⁊ simus in filio eius vero. hic est verus de⁹ ⁊ vita eterna. Ecce habem⁹.xij. ꝓpugnacula nostri fortalicij apl'orū xp̄i. ¶ Nunc videamus auctoritates veteris testamenti. ⁊ inueniuntur tres. Prima est Thobie.xij. elemosyna a morte liberat ⁊ facit inuenire vitam eternam. Secūda est Eccl'.xxiij. Qui elucidant me vitā eternā habebūt. Ecce premium qd̄ promittit diuina sapiētia suis elucidatoribus. Tertia est Daniel. xij. Multi de his qui ī puluere terre dormiunt euigilabunt. Alij in vitam eternā. Alij in obprobrium: vt videant semper. Premissis autem oībus articulis fidei vltimus concordat qui est carnis resurrectionē ⁊ vitam eternaȝ Amen. ¶ Hec est etiam sententia verissima catholice fidei et doctorū. dicitur eni in libro de ecclesiasticis dogmatib⁹ solum hoīem credimus habere aīam substantiuam que ⁊ exuta a corpore viuit: ⁊ sensus suos atq̄ ingenia vi aciter tenet: nec cū corpore moritur sicut Arabs asserit: nec post modicum interuallum sicut zenon quia substātialiter viuit. Et Aug. O anima mea illā patriam petere debuisti. in qua est quies sine labore. gaudiū sine dolore. pax sine tribulatione. lux sine tenebris. vita sine morte. Jsdē si simul aīa cū corpore interieret pro nihilo dei fili⁹ deo patri spiritū cōmendaret: sed moritur et deo patri spiritū cōmendat: vt mortem corporis ⁊ immortalitatem anime designaret. ¶ Cōfirmātur finaliter omnia predicta auctoritate beati greg. in.iiij. libro dyalogorū vbi loquens de vita aīe post obitum. sic ait. Carnales quiq̄: quia illa inuisibilia scire nonvalent per experimentū. dubitāt vtrū ne sit qd̄ corporalib⁹ oculis nonvident que nimirū dubietas prio parenti nostro esse non potuit. q2 ⁊ exclusus a paradisi gaudijs. hoc qd̄ amiserat quomō viderat recolebat Hi aūt sentire vl' recolere audita nō

possint: quia eorum nullum sicut il li saltem de preterito experimentū tenent. Ac si enī pregnans mulier mittatur in carcerem ibiq; puerū pariat: qui natus in carcere nutriatur et crescat. Cui si fortasse mater que hunc genuit solem. lunam. stellas. montes. et campos. volantes aues. currentes equos nominet. Ille vero qui est in carcere natus et nutrit⁹: nihil aliud ꝙ tenebras carceris sciat ⁊ hec quidem esse audiat. sed quia ea per experimentum non nouit veraciter esse diffidat. Ita in hac exilij sui cecitate nati homines dum esse summa atq; inuisibilia audiunt. diffidunt an vera sint: qꝫ sola hec infima in quib⁹ nati sunt visibilia nouerunt. Unde factum est: vt ipse inuisibilium ⁊ visibilium creator ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret: ⁊ spiritūsanctū ad corda nostra mitteret, quatinus per eum viuificati crederemus. que adhuc scire ꝑ experimentum non possumus. quotquot ergo hunc spiritum hereditatis nostre pignus accepimus de vita inuisibilium non dubitamus. Nam quia post mortem carnis viuat aīa. ptꝫ ratio: sed fidei admixta. Nunquid ⁊ sancti apostoli ac martyres xp̄i presentem vitam despicerent. in morte carnis aīas ponerent. nisi certiorē animarū vitam subsequi scirent. Et ecce hi q̄ animas in morte posuerūt atq; animarū vitam post mortem carnis esse crediderunt quotidianis miraculis choruscant. Ad extincta eorū nāq; corpora viuentes egri veniūt et sanantur: periuri veniunt ⁊ demonio vexantur. demoniaci veniunt et liberātur: leprosi veniunt ⁊ mūdantur. deferuntur mortui ⁊ suscitantur. Si igitur vitam anime manentis in corpore deprehendis ex motu membrorum cur non perpēdis vitam anime post corpus etiā per ossa miraculorum: Nam ⁊ multi nostrorū mentis oculūꝫ fide pura ⁊ vberi oratione mūdātes egredientes ex carne aīas frequenter viderunt. hec ille. De hoc ponunt plura miracula in libro dyalogorum vide ibi.

¶ De heresi eorum qui dicunt ꝙ non possunt euitare peccata. quia fuerunt nati in tali constellatione vel signo.



Quarta decima heresis est eorum qui dicunt se non posse euitare peccata: quia sunt nati in tali signo. Hic notandū est ꝙ ꝺm Greg. in omelia. ⁊ ꝺm Aug. in. v. de ciui. dei. ca. i. ⁊. xxiiij. q. iij. quidā heretici. ⁊ etiam ysido. viij. Ethi. c. v. fuerunt quidaꝫ heretici dicti priscillaniste qui fundamentis astrologorum adherentes dicunt vnūquēq; hoiem sub constellationibus stellarum nasci. earūq; influentijs regi. dicūt etiam tales stellas dictorū hominū esse fatum quod quidem fatū ꝺm August. nō dicunt dispositioneꝫ ac causarum ordinē siue conexionē in ipsis rebus ꝺm diuinā voluntatē: sicut dicit Boetius. iiij. de consolatione

psa. vi. Sed dicūt fatū vim positionis syderū qualis ē qn̄ quis nascitur vel cōcipit quaz vitare non possent: dicūt ēt habere ptātē stellas super hoim vitā mortem act⁹ ⁊ officia. dicunt em̄ q mars facit hominē homicidā et preliatorem. Aquarius piscatorē. Libra trapezetā cāpsorē et mercatorē. hui⁹ opinionis fuerunt thalmudiste dicentes de thalmuth. talia verba. filij ⁊ puisiones rerū nō dependēt ex meritis sed dependēt ex cōstellatione signi. Sic attribuerūt malū regis saul et bonū regis dauid planetis ⁊ signis dicētes in eodez libro. Si natus fuisset saul in signo dauid q cecidisset corā eo Item dicunt iu dei ī libro thamuth. in. c. qd̄ īcipit ceder thabemer q vnus doctor cui nomē erat rabi Alazar vempeda dicebat q stringebatur ei fortiter mūdus. vult dicere q habebat magnā paupertatem ⁊ faciebat orationē deo q releuaret ipsum ab illa magna paupertate. ⁊ dicitur ibi q de⁹ respondit sibi vis q propter amorē tuū destruā mundū ⁊ iterū creem illum ⁊ forte eris in signo in quo efficieris diues. Ex quib⁹ apparet manifeste q isti intelligebāt deū nō habere ptātem auferendo ab illo miseriam nisi mediantibus signis. Ex isto fundamēto supradicti heretici posuerunt q stella que nato dn̄o orta fuit ad hoc nouiter facta et creata fuit vt xp̄o influeret sup eius vitā mortem. actus et officia ptātē haberet et sibi in omnio⁹ fatū eēt. Pro tāto dicit gre. vbi supra q p̄dicti heretici hoc in adiutoriū sui erroris assumūt q noua stella exiīt cum dn̄s in carne apparuit cuius fuisse fatū eandē stellam putāt. ¶ Predictus error siue heresis improbat per tres doctores pbatissimos. s. p augu. Cris. et Greg. Et primo per aug. qui in qnto libro. de ciui dei in. c. i. dicit istā opinionē esse offensiuā ⁊ iniuriosā quattuor rebus īsignib⁹ et irreprobabilibus. Prio cōi lege ⁊ secte in generali. Secundo celo in speciali. Tertio iudicio diuinali. Quarto pbatiōi expimētali. ¶ Prio Aug. dicit q ista opinio est offensiua et iniuriosa omni legi ⁊c. Sm em̄ tullium de natura deorū omnis lex et secta posuit deum esse. Nō est tam fera tā rudibusq moribus cui⁹ mētem opinio deoꝝ nō habuerit inqt tullius. Itē omnis secta et lex ponit q deus in necessitatibus dz inuocari et rogari. Unde secundum pħm in ethicis latera et cult⁹ deorū sunt de lege nature: ⁊ sm tulliū vbi supra. Omnis lex ⁊ secta sacrificia quedā habz quib⁹ deos suos reuereſ. Si ergo ista opinio veritatē cōtineat que dicit stellas hr̄e hanc potestatez q ex suis influentijs. moribus ⁊ actibus hominum imponant necessitatem quā euitare non possint. ad quid deus in necessitatibus inuocabitur aut rogabitur quasi dicat frustra. Unde contra ponentes istam opinionem dicit in textu. Hi ab auribus hominuz repellendi sunt: non solum eorum qui veram religionem tenēt. sed qui deorum qualiumcunq licet falsorum volunt esse cultores.

Hec opinio quid aliud agit nisi vt null⁹ oino colatur aut rogetur de⁹ hec aug. ¶ Item secūdo h̄ opinio est offensiua ꝛ iiuriosa celo: spālit magna diffamatio isti⁹ ciuitatis esset si diceret̄ ꝙ in aula sui cōsiliarij ciues ꝛ rectores cōcluderēt ꝛ determinarent latrocinia ꝑpetrādo homicidia ꝛ certa mala cōmittēda. ꝑ istā ymaginationē Aug. dicit ꝙ celū quedā curia vel ciuitas ē. ciues sunt stelle et si isti infl̄uunt ꝛ necessitāt ad latrocinia homicidia ꝛ cetera mala: celo est vituperiū ꝛ iiuria. ¶ Tertio hec opinio ē offensiua ꝛ iniuriosa diuino iudicio. Vn̄ aug. in textu. Quale inq̄t iudicium de factis hominū relinq̄t̄ deo q̄b⁹ celestis adhibet̄ necessitas. ad idē xxiij. q. iiij. vasis ire. ¶ Quarto et vltio est offensiua hec opinio ꝓbationi experimētali. sepe videm⁹ ꝙ duo gemi nati ꝛ cōcepti sub eodez signo ꝛ cōstellatione stellaruȝ sūnt ita diuersi in oībus et dissimiles ꝙ magis sūt similes illi qui in diuersis cōstellationibus sūt nati ꝛ cōcepti. ꝛ istā rōnē dicit aug. fortissimā Unde in textu contra istos. Quid inquit est ꝙ nūq̄ȝ dicere potuerunt cur in vita geminorū in actionib⁹ in honoribus ceterisq̄ȝ reb⁹ ad humanā vitā ptinētibus atq̄ȝ in ipsa morte sit plerūq̄ȝ tātaq̄ȝ diuersitas vt similiores eis sint quantuȝ ad h̄ attinet multi extranei q̄ȝ ipsi inter se gemini qui exiguo tp̄is interuallo in nascendi separato in cōceptu autem per vnū concubitū vno etiā momēto seminati. Dat exēpluȝ. in iiij. c. et idē habet̄ Gen̄. xxv. Malach. i. ꝛ. ad Ro. ix. d. q̄ ꝑulsibet. iacob dilexi. esau odio habui. Nati sūt duo gemini antiq̄ patrū memoria sic alter post alterū vt posterior plātaȝ prioris teneret tāta fuit i eoꝝ vita moꝝ diuersitas tāta i actib⁹ dispa ritas tāta i parentū amore dissimilitudo vt ēt inimicos eos īter se faceret ista distantia. Nunq̄d h̄ dr̄ ꝙ vno ābulāte ali⁹ sedebat. vno dormiente ali⁹ vigilabat. vno loq̄ēte ali⁹ tacebat: vnus duxit mercēnariā ꝯuitutē ali⁹ non seruiuit: vn⁹ a mr̄e diligebat̄. ali⁹ a mr̄e nō diligebat̄: vn⁹ honorē q̄ apud eos magn⁹ habebat̄ amisit alter adept⁹ ē. hec aug. ¶ Scd̄o iprobat̄ ista heresis p Crisẏ. qui dicit ꝙ hec opinio facit triplicē blasphemiā i deū. pria est ꝙ de⁹ est et fuit malus in stellas creādo. vnde super Mat. dicit sic. Si aliquis adulter et homicida fiat per stellas magna est iniquitas stellaꝝ. maior illius qui creauit stellas. Nā cum sit presci⁹ futuroꝝ de⁹ ex quo tanta iniq̄tas futura erat ꝑ stellas si noluerit emēdare nō ē bonus. si voluit ꝛ nō potuit impotēs est. Scd̄a blasphemia est ꝙ de⁹ est crudelis in talib⁹ ꝓ delictis pēas dare. vn̄ Crisẏ. vt quid mali penaȝ suscipiāt. qđ non voluntate sȝ necessitate cōmisi. Tertia blasphemia ē ꝙ de⁹ est incipiēs in ꝑcipiēdo. Vn̄ Cris. Quis enī iubet aliquē ne faciat malū qđ n̄ p̄t declinare aut vt faciat bonū ad quod nō potest puenire. hec ille. vn̄ merito dicit̄. Mat. xi. Iugū enim meū suaue est. et. i. Jo. v. mādata eius grauia nō sunt ¶ Tertio ꝛ vltio improbatur hec

opinio heretica p gre.sicut p aug. Sed dat spāliter vnū exemplū de honorib⁹ ꝛ dignitatibus hominū. Uñ in omelia epiphanie dicit sic. absit a fideliū cordibus vt fatū ali quid dicamus. vitā quippe hoīum solus hanc conditor qui creauit ad ministrat. Nec eñ ꝓpter stellas homo. sed stelle ꝓpter homines fa cte sunt. Seqtur in persarū quoq francorūq terra reges ex genere prodeūt quibus profecto nascenti bus quis eistmet quāti eisdem mo mentis horarū ꝛ temporū ex ser uili conditione nascantur. ꝛ tamen regū filij vno codēq sidere cū ser uis nati ad regnū ꝑficiūt cū serui qui secū fuerant geniti in seruitu te moriantur. Hec greg. Patet igi tur per istos tres doctores venera biles ꝙ predicta opinio est falsa ꝛ heretica. Unde determinando ve ritatem cōcludit aug. de stella no uiter xp̄o nascente creata ꝙ ipā nō est xp̄o in fatū. Unde sermōe. viij. super Jo. non est sub fato syderū dominus syderum cū ipse sit cōdi tor syderū. et cōtra faustū nō ideo xp̄s nat⁹ est vt si dici oportet non stellā xp̄o sed xp̄m stelle fatū dice remus fuisse. Ipse quippe illi nō illa huic nascendi contulit causā. ¶ Sed quereret aliquis diligens scire vtrum ex impressione lumina rium celestiū causetur aliquo mo do in hominibus diuersitas morū Respondetur ꝙ mores hominum et euentus futurorum a syderibus causari dupliciter potest intelligi aut necessario ꝛ sufficienter: aut di spositiue et contingenter. Si dica tur primo modo sic non tantum est falsum sed etiam hereticum quia repugnat xp̄iane religioni. tum ꝙ veritas fidei in hoc errore saluari non posset dum enim omnia ponit a syderibus necessario euenire tol lit meritum et per consequens glo riam: tum ꝙ honestas morum per hunc errorē preiudicium patit̄ dū culpa peccantis in sydera refundi tur vt supradictum est: ꝙ sic licen tia malefaciendi sine reprehensio ne creditur vt hō ad orandum ꝛ co lendū sydera incurnetur. ¶ Si au tem dicatur mores hominum a di spositionib⁹ syderū variari dispo sitiue ꝛ contingenter sic pōt habe re veritatē quia nec rōni nec fidei repugnat: planū est enim ꝙ dispo sitio corporis varia multū facit ad variationem affectionū ꝛ morum anime: vt pluriū eñ anima corpo ris cōplexiones imitat̄ vt dicit sex principiator. Unde colerici sūt ira cūdi: ꝛ sanguinei sunt benigni. me lācolici sunt inuidi: et fleumatici pigri: hoc autem nō est necessariū quia anima dominatur suo corpo ri maxime quādo est adiuta p gra tiam. multos enim videmus cole ricos mansuetos: et melancolicos benignos. quoniam ergo virt⁹ cor porum celestium operatur admi xtionem et qualitatē complexionū hinc est ꝙ per consequens operat̄ quodammodo ad qualitatem moꝝ valde tamen de longinquo. plus enim facit ad q̄litatem comple xionis virtus nature inferioris ꝙ virtus syderum. Unde augu. in. v. de ciui. dei. ca. ij. In solutione cu

iusdã questionis de duobus fratri-bus qui simul infirmabantur & cu rabantur cũ quereret vnde hoc esset. magis cõmendat rationez ypocra tis ꝙ astronomi. ypocras eñ rñdit ꝙ hoc erat ꝑpter similitudinez ꝯple xionis. Et astronom⁹ rñdit ꝙ hoc erat ꝑpter idẽptitatem cõstellatio nis. melius eñ respondit phisicus qꝛ cãm dedit magis ꝓpriã & ꝓpin quam. Est sic ergo dicẽdũ ꝙ ipres-siones syderũ aliquo modo dispo-nunt ad varietatẽ morũ. nõ quidẽ dispositiõe necessaria & ꝓpria & suf ficiente sed remota & contingente ¶ Sed obijcitur ꝙ phũs libro de ꝓprietatibus elementorum dicit ꝙ regna vacua facta sũt & terre de populate apud cõiũctionẽ Iouis & saturni: sed talia nõ depẽdent ex libero arbitrio ergo &c. Respõdet ꝙ hoc dicit phũs nõ qꝛ hoies non potuerunt resistere influẽtie illius cõstellationis. sed qꝛ noluerunt qꝛ dicit Tholomeus in almagesti. sa-piẽs homo dominabitur astris: ꝙ nis autez cõiunctio iouis & saturni eo ꝙ saturnus habz influentiã me lãcolicã & malaz. Iupiter aũt im-mittit valde bonã influentiaz põt ad rixã vel discordiaz homines in clinare: cui tamẽ inclinatiõi hoies ꝑ libertatem arbitrij pñt resistere & satis faciliter cũ adiutorio gra-tie dei. ¶ Obijcitur iterũ quia da mascen⁹ li. iij. c. vi. dicit cõstituunt multotiens & comete signa quedaz mortis regũ. etc. Responsio quidã dicunt ꝙ cometa nec naturaliter generat nec est vna de stellis i fir-mamento positis. Unde nec eius si gnificatiõ ẽ naturalis. Uñ damasce n⁹ li. iij. c. vi. dicit ꝙ comete nõ sunt ex his q̃ a principio genite sunt sꝫ diuina iussione ꝑm ipm tempus cõ stituunt & rursus dissoluunt hec da mascenus. & per tale signũ de⁹ pre nũciat mortẽ regum magis ꝙ alio ruz: tum qꝛ rex est ꝑsona cõis. tum qꝛ ex hoc põt oriri turbatio regni de cuius custodia magis sollicitãt angeli ꝑpter cõe bonum. ¶ Et si q̃ ras qd est illud regnũ in quo debz tale accidere. hic respõdet catholi cus dicẽs ꝙ q̃cunqꝫ apparet sem per significat mortẽ vel mutatio-nem alicuius principis vel destru ctionis alicui⁹ patrie. et semꝑ diri git radios suos ad illã patriaz cui minatur. Alij aũt qui viã phisicaz sequũt videtur ꝙ stella cometa sit ipressio calida et sicca generata ex inferiore parte aeris ꝓpe ignẽ de vapore calido & sicco et glob⁹ illi⁹ vaporis adunatus apparet corp⁹ stelle. Partes autẽ illius corporis discõtinuate circa illum globũ & in longũ protẽse in suis extremitati-bus illi globo coniũcte sunt quasi eius come sicut loq̃tur albert⁹ ma-gnus dicẽs ꝙ comete sũt stelle ha-bentes comas qd fit ꝑ aerem isñã matũ contentũ a stellis siue plane tis quiqꝫ scꝫ saturno Ioue. mercu rio et venere. Isti eñ planete pro pter velocẽ motũ ipsoꝝ ignũt ae-rem in circuitu eoꝝ: et sic propter aerẽ inflãmatũ contentuz a stellis predictis coniũcto lumine eoꝝ cuz eo videntur stelle ille comete: & se-cundũ hanc positionẽ signat & cau sat nõ ꝑ se sed per accidẽs mortali

tatē ꝓuenientē ex infirmitatib⁹ ca lidis ꝛ siccis qꝛ vehemēs distēpata siccitas consueta est ꝓuenire et cōtinuari generationi comete: ꝛ qꝛ vt in pluribus diuites nutriunt calidis ꝛ siccis. ideo illo tpe multi diuites moriunt: inter quos mors regnū ꝛ principum est magis notabilis. Huius opinionis videt eē ysodorus l.iiij. ethymologiarū. Dicit enī ꝙ hoc genus syderis qn̄ apparet signat pestilentiā. aut famē aut bellū. Item videtur sentire beda. Dicit enī ꝙ signat pestilētiam aut bella. aut vent⁹. aut est⁹. ¶ Et si queras vtrū illa stella que apparuit i natiuitate xp̄i fuit cōeta. Respondet beda. ꝙ nō qꝛ ex q̄buscūqꝫ causis nascat cometa siue ex planetis siue ex fixis semp apparet i pte septētrionali. Stella aūt que apparuit in ortu xp̄i mouebat ab oriēte ad meridiē versus occasum qđ non solet facere mot⁹ cometarū. vt dicit Crisḃ. ꝛ sic ptꝫ ſꝫ quālibꝫ istarū opinionū nullū penit⁹ astra habere dominiū super liberum arbitriū. licet inclinent dispositos ad aliquas passiones.

¶ Quod diffinire q̄ assertio est catholica vel heretica ptinet ad theologos.

Septima cōsideratio est scire ad quos ptinet diffinire q̄ assertio ē catholica vel heretica vtrū. s. ad theologos vl' canonistas. Et r̄ndet venerabilis Guillermus ocham in suo dyalogo ꝙ istud verbū diffinire hꝫ plures significatiōes de qb⁹ due ad ꝓpositum vident ptinere. Cōtingit enim aliq̄d diffinire auctoritate officij. ꝛ sic diffinire q̄ assertio catholica et que heretica sit cēsenda ad summū pontificē ptinet ꝛ conciliū generale. Aliter cōtigit diffinire p modū doctrine quō magistri in scolis diffiniūt questiones ꝛ determināt ꝛ sic accepto vbo diffiniēdi circa propositā questionē diuersimode sentiunt lr̄ati. Est enim vna opinio ꝙ ad canonistas principalr̄ spectat que assertio est catholica q̄ heretica iudicare: ad qđ mouētur triplici ratiōe. Prima est hec. Ad illam sciētiā principaliter spectat diffinire vel discernere que assertio est catholica et que heretica cēsenda. que pricipalr̄ tractat de assertione veritatū theologicarū ꝛ reprobatiōe heresū ꝛ dāpnatorū huiusmodi est sciētia canonistarū et nō theologoꝝ ergo. Secunda ratio ħ est. Ad illā scientiā pertinet diffinire que assertio ē catholica et que heretica est cēsenda cui fides ꝙtum ad credibilia principalibus adhibet. Sed ꝙtū ad ea que sunt fidei magis credēdū ē canonistarū sciētie ꝙ theologorū qꝛ magis credēdū ē eccl'ie p quā edita est scia canonistarū ꝙ euāgelio teste augustiō q̄ videt asserere maiorē esse auctoritatē eccl'ie ꝙ euangelij. qꝛ nec euangelio inq̄t crederē nisi auctoritas eccl'ie cōpulisset ergo ad sciētiā canonistaꝝ magis ptinet diffinire que assertio est catholica que heretica ē censenda ꝙ ad theologiā. Tertia rō est hec. Ad illā scientiā principalr̄ spectat di-

scernere que assertio est catholica que heretica est cēsenda cuius auctoritas h3 symbolum fidei ꝛ articulos ordinare ꝛ articulos fidei recte ꝛ rite distinguere sed hoc spectat ad summū pontificē q̄ actor ē scientie canonistarū ergo ꝑ consequens ad ipsos principalius ꝙ ad theologicos pertinet diffinire que assertio catholica q̄ hętica debeat reputari. ¶ Alij indubitanter tenēt ꝙ ad theologiā spectat nō per modū diffinitiōis auctoritatiue s3 per modū doctrine principalr diffinire que assertio catholica q̄ heretica cēsenda ē. ꝛ ꝙ ad canonistas nō ptinet nisi inquātū eorū sciētia aliqua ad fidem spectātia dinosci tur mendicare a theologia qḋ nitū tur rationibus affirmare. Quarum prima est hec. Ad illius sciētie doctores propter quam solūmodo discitur assertio catholica vel heretica pricipaliter spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio est catholica reputanda. Sed per theologiā solummodo scitur que cunq3 assertio catholica reputanda qꝛ illa assertio sola que ē cōsona theologie ē vere catholica. Illa vero que theologie noscitur aduersari eē dinoscitur heretica. Si enī aliqua assertio quibuscūq3 de causis sūmorū pontificū vel etiam generaliu3 consiliorū aut etiam īperatoꝝ legibus inueniref aduersa si theologie nullatenus obuiare ꝯuīs ꝑ falsa ꝛ erronea posset hēri. non tñ deberet īter hereses ꝯputari: ergo ad theologie tractatores pricipalr ptinet diffinire ꝑ modū doctrine q̄ assertio catholica ꝛ q̄ heretica cēsenda est. Secunda ratio est hec. Ad illi⁹ scientie tractatores in qua explicite ꝛ cōplete traditur regula fidei orthodoxe principalr spectat diffinire ꝑ modū doctrine que assertio catholica que heretica ē cēsenda. Hmōi aūt ē sciētia theologica nō canonistaꝝ. multa enī ad fidē nr̄aꝫ spectantia in theologia reperiunf explicite de quib⁹ in sciētia canonistarū mētio nō habef. nihil autē pertinēs ad regulā fidei ī alia sciētia poterit repiri nisi ꝙ a theologia recipisit. ergo ad theologos nosciť talis diffinitio principalit̄ pertinere: ad canonistas nō spectat nisi inquantū aliqua theologica a theologia noscunf mēdicare. Tertia rō est hec de assertionib⁹ quas scientia superior ꝛ inferior tractare noscunf h3 superior sciētia principali⁹ iudicare. Sꝫ de quibusdā assertiōib⁹ catholicis ꝛ hęticalib⁹ theologia que est supior ꝛ sciētia canonistarū q̄ est iferior aliquo mō pertractāt ergo ad theologiā pertinet pricipali⁹ talis diffinitio. ꝛ ꝑ cōsequēs ad theologos pricipalr spectat diffinire per modū doctrine q̄ assertio catholica q̄ heretica ē censenda. Plures alias solēnes rōnes facit vbi supra venerabilis ockā s3 hec sufficiant ꝑ psēti. ¶ Restat aūt rñdere ad rōnes canonistarū. Ad primā nōnulli rñdent theologi dicētes ꝙ ad theologiam nō ad sciētiā cāonistaꝝ spectat pricipalr de approbatiōe veritatū catholicarū ꝛ reprobatiōe heresiū dānataꝝ tractare cui⁹ rōes assignāt dicētes

ꝙ assertio veritatis est approbatio veritatis: qui enim aliquod dictum asserit esse verum approbat illud dictum tanquam verum assertio veritatis est approbatio veritatis. Approbatio autem veritatis est reprobatio contrarie falsitatis. quia qui aliquam approbat veritatem per consequens contrariam reprobat falsitatem: sicut qui precipit unum contrariorum: per consequens prohibet aliud. ut notat glo. in decreto di. prima humanum super verbo prohibetur. assertio ergo veritatum theologicarum per quam dam consequentiam est reprobatio omnium heresum contrariarum. Cum ergo per theologiam principaliter veritates theologice asserantur. sequitur ꝙ approbatio veritatum theologicarum et damnatio heresum principaliter ad theologiam pertinet. ¶ Sed dices ex quo talis approbatio et reprobatio principaliter ad theologiam pertinet. ergo non tamen ad eam pertinet. respondent predicti dicentes. ꝙ ad scientiam canonistarum pertinent libri decretorum et decretalium: et alie questiones summorum pontificum et episcopales: in quibus quedam veritates theologice asseruntur: et nonnulle hereses reprobantur. licet tamen ille veritates et hereses sint pauce respectu illarum que in theologia habentur. et ideo non tamen ad theologiam. sed etiam ad scientiam canonistarum spectat aliquas veritates catholicas approbare et aliquas hereses licet paucas reprobare. Ad theologiam autem spectant omnes veritates catholicas approbare: et omnes hereses reprobare. quare licet principaliter talis approbatio et reprobatio ad theologiam pertineat. pertinet tamen secundario nihilominus ad scientiam canonistarum. Aliam rationem adducunt dicentes theologiam veritates catholicas approbando: et hereses reprobando a canonistarum scientia: nihil omnino recipit vel mendicat. Canonistarum tamen scientia veritates catholicas approbando et hereses reprobando ad theologiam omnia mendicando procedit: quare ad theologiam hec principalius et universaliter pertinere noscuntur ad canonistarum scientiam secundario et particulariter. ¶ Ad secundam rationem canonistarum respondetur ꝙ quantum ad ea que fidei sunt magis credendum est theologie ꝙ cuicunque alie scientie. nullisque scriptoribus quarumcunque scientiarum: ita oportet credere sicut scriptoribus sacre theologie. Auctoritas beati Augustini: que adducitur: ut nonnulli dicunt frequenter a multis contra intellectum beati Augustini pessime allegatur. Ad cuius intellectum dicunt esse sciendum ꝙ nomen ecclesie equivoce in locis variis scripturarum accipitur: aliquando pro loco corporali divinis officiis deputato. Aliquando pro aliquo speciali collegio clericorum. Aliquando pro toto collegio omnium clericorum. Aliquando pro aliqua multitudine speciali cleri et populi. Aliquando pro tota congregatione omnium fidelium simul in hac vita mortali degentium. Aliquando vero nomen ecclesie: non solum totam congregationem viventium: sed etiam fideles mortuos comprehendit: et isto ultimo modo accipit ecclesiam beatus Augu. in li. contra ma

nicheos et recitatur di.xi.c. palā. qui ait palā est q in re dubia ad fidem valeat catholico ecclesie auctoritas q ab ipsis fundatissimis sedibus aplorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet epōrum serie et tot populorum cōsentanee firmatur vbi ecclesia catholica epōs et populos a tpe apostolorum vsque ad hodies sibimet succedētes importat: et sic accipit nomē ecclesie. Augusti. cū asserit q nō crederet euāgelio nisi eū auctoritas ecclesie cōpelleret. Ista enim ecclesia scriptores euāgelij. et oēs populos cōprehendit sicut pbatum est. Quare ex auctoritate Aug. Sane intellecta inferri nō pōt q magis sit credendū summo pōtifici canonū conditori q euāgelio. Et per cōsequēs per eā pbari non pōt q maior fides sit exhibenda sacris canonib9 q euāgelio xpi. Concedunt tn q magis credendū est ecclesie que ē multitudo catholicorum oim qui fuerūt a tēporib9 pphetarū et aplorū vsque modo q euangelio. non qr de euāgelio sit aliqualiter dubitādū: sed qr totum est maius sua parte. Ecclesia igitur q maioris auctoritatis est q euāglista est illa ecclesia cuius auctor euangelij ps esse dinoscit. Nō ē aūt mirū si maior ē auctoritas toti9 cōgregatōis q ptis ideo maior ē auctoritas totius cōprehendētis euāgelistas et oēs alios orthodoxos vsque ad hec tempora q vnius vel etiam plurium personarū congregatiōis eiusdē. Quod autē cōditor canonū nō sit maioris auctoritatis q euangeliū sed multo minoris: ipsimet canonū cōditores testātur apte. Urbanus enī papa. vt habef. xxv.q.i.c. Sunt quidē: ait sciendū vero summopere est q inde nouas leges potest cōdere pontifex supple Romanus: vnde euāgeliste. Nequaq aliquid dixerunt vbi vero aperte dñs vel eius apostoli: vel eorū sequaces: sancti patres sentētialiter aliquid diffinierūt ibi romani pontifices non nouā legem dare possunt: sed poti9 qd predicatū ē vsque ad animas et sanguinē confirmari d3: si enim q docuerūt apli et pphe qd [illegible] destruere niteref nō sentētiā [illegible] magis errare cōuincereī. Ex his igitur colligif euidēter q [illegible] canonū mioris est auctoritatis q euāgeliū sacrosanctū: [illegible] nouā legē nequaq condere [illegible] euāgeliū defendere vsque [illegible] et sanguinē obligaf. Con[illegible] nouā legē dare psumeret [illegible] errore p catholicos cō[illegible] his fabianus papa cōcor[illegible] habef. xxiiij.q.iij.c.q oipo[illegible] metuit nec cōtra euāgeliū [illegible] tra aplos: nec cōtra pphet[illegible] sanctorum patrū instituta agere [illegible] quid vllo mō cōsentit. Ex quibus verbis patēter habef q conditor canonū si oipotentē metuit [illegible] cōtra euangeliū cōponere [illegible] statuere. et ita nō maioris [illegible] auctoritat9 q euāgeliū cē [illegible] tur qd i plrib9 capitlis i libro decretorum insertis luce clari9 cōstat [illegible] cut ex di.ix.c.noli. et c.ego solis. et ca. qs nesciat. et c.noli. et c.[illegible] ex. xiiij.di.c.sicut. et ex cā.ij.q.iij.c.

fi is qui preest. Alie auctoritates ꝙplurime quas lōgū eēt recitare: hoc idē asserūt manifeste: ꝛ ꝓpter easdē rōnes dicūt ꝙ tota multitudo xp̄ianoꝝ nūc vita mortali viuētiū nō est maioris auctoritatis ꝙ̄ sit scm̄ euāgeliū: q2 multitudo viuētiū d3 vsq3 ad aiam ꝛ sanguinē defensare euāgeliū. ¶ Ad tertia3 rōem canōistaꝝ r̄ndēt nōnulli dicētes ꝙ summ⁹ pōtifex d3 sacraꝝ lrarū hr̄e notitiā ꝛ etiā in sacris canōibus d3 esse ꝑit⁹. Et ideo simbolū ordinare ꝛ articulos fidei recte d..tinguere spectat ad ip̄m precipue cū ꝯsilio ꝛ assensu cōcilij generalis. Sed in simbolū ordinādo ꝛ articulos fidei distinguēdo ꝛ eadē rōne in distinguēdo autētice q̄ assertio est catholica: ꝛ q̄ heretica reputāda theologie principaliter debet initi: secūdario aūt in sacris canonibus se poterit fundare. Et ideo ex ista rōne cōcludi pōt ꝙ ad theologos spectat p̄cipaliter diffinire docēdo vel legē alijs exponendo q̄ assertio inter catholicas queue inter hereticos debet nūerari. Et licet cu3 theologi vel alij de heresi accusant vel alios excusare conant. libellus excusatiōis respōsionis: appellatiōis: ꝛ hmōi ꝯpōere nesciāt nec formare: s3 ad canōistas oporteat eos recurrere. nō tñ ex hoc cōcluditur ꝙ ad eos principaliter pertineat diffinire que assertio catholica: ꝛ que heretica est censenda: vt dictū est: quia aliud est discernere que assertio ē: ꝛc. et aliud est scire formas accusationū ꝛ modū agendi contra hereticos in iudicio defendendi de heresi accusatos: q2 primū ad theologos. Scdm̄ ad canonistas dinoscit ꝑtinere: quonia3 aliud est cognoscere denarios veros a falsis aurū ab auricalco: equos sanos ab equis egris: arma fortia fabricata ab alijs. Et aliud est scire si aliqs de aliquo p̄dictoꝝ voluerit ī iudicio accusare aliquē ꝛ accusat⁹ si se voluerit defensare quō libelli accusatiōis. r̄nsionis. appellatiōis. ꝛ hmōi qn̄ vti in iudicio fuerit oportunū cōfici debeāt ꝛ formari. Primū ad monetarios: aurifabros fabros ferri. ꝛ fabricatores armorū spectare dinoscit. Scdm̄ vero ad iuristas nō ē dubiū pertinere. Unde ꝑ istā rōem ꝓbari cōtingeret ꝙ ad iuristas: ꝑtiet discernere qd̄ aurū est verū ꝛ qd̄ falsum: qui panni sunt artificialiter facti qui aliter. Et vt cōcludā breuiter de oib⁹ ꝛ mechanicis ꝛ reb⁹ naturalibus vniuersis. q̄ in vsum hoim veniunt haberēt p̄cipaliter iuriste discernere qualia eēnt ꝑm naturā suā vel artē: cū de hmōi oibus cōtingat in iudicio litigare. In quo casu necessariū est litigantes ꝓ libellis accusationes: r̄nsionis. appellatiōis: ꝛ hmōi ad iuristas habere recursum. Constat ꝙ sepe iurisperiti de reb⁹ minimis an sint tales quales debēt esse ꝑm naturā vel artē a qua fiūt nesciūt iudicare. quō tñ de talibus reb⁹ recuperādis vel defendendis in iudicio oporteat formare libellos ꝛ alia q̄ spectāt ad formā agendi ꝛ defendendi coram iudice non ignorant.

¶ Quomodo heretici a fidelibus sunt vitandi.



Ctaua consi- deratio est si heretici sunt vitādi: quare vi- detur alicui q nō sm illo Mat. xiij. Ne forte colligētes zizaniā eradicetis simul ꝛ triticū: sinite vtraqꝫ crescere vsqꝫ ad mes- sem. zizania sunt heretici: triticū vero fideles: messis finis seculi. ergo heretici sūt tolerādi inter fi- deles ꝛ nō sunt ab eis vitādi vsqꝫ ad finē seculi. ¶ Pro declaratiōe huius cōsideratiōis: ꝛ solutiōe ar gumenti notādū q multiplex est cōio: ꝛ similr est mltiplex cōionis priuatio. Est eñ cōio spūalis. sc. q̄ est in cōsensū vero vel interpta tiuo ꝛ hoc mō non est cū hereticis cōicandū: sic intelligitur illud. ij. Chorint. vi. Exite de medio eorū gl. spūaliter. s. vt eoꝝ scelera incre petis. Est scdo cōio i sacramētis hoc etiā mō nō est cōicandū cū he reticis notatis siue noiatis: q̄ etiā licet non sint notati siue noiati: tñ q̄tum ē ex se priuent effectu cōio- nis sacramētoꝝ: q2 ipso iure sunt excōicati siue occulti siue manife- sti. extra de hereticis. excōicam⁹. Est iterum cōio in cibo ꝛ potu: ꝛ hmōi: hoc etiā modo nō est cōican dū cum illis hereticis qui precisi sunt ab ecclesia noiatim. Est etiā quarta cōio corporalis vt cohabi tatio in eadē ciuitate: ꝛ talis cōio nō vitabatur in pricipio ꝑpter mlti tudinē hereticoꝝ. si autē timeret de lapsu ab aliquibus tutius esset nō habitare cū eis. ¶ Sic ergo pōt rñderi ad argumentū q illud dictū pōt intelligi de hereticis oc cultis quoꝝ heresis deprehendi non pōt: tales eñ ꝗsi excōicentur excōicatione generali. non tñ ex- cōicatiōe personali: nec extermi- nantur gladio materiali nisi cū mul titudine infideliū manifestoꝝ in- telligantur. vel intelligi pōt de ca- tholicis malis. Unde Rabanus habēs discretionis exēplū cōmu- niter dꝫ tolerare malos ꝑpter bonos. Sciēdū aūt q messis dꝫ tē pus illud quo heretici manifeste corruptiui alioꝝ. sūt abiiciēdi an- gelica falce. sm hoc intelligitur per missio ꝓ tpe illo quo nō discernitur plene an sit hereticus: cū aūt immo tuerit plene ecclie corruptio sua ē ꝑsonalr ꝑscindēd⁹. vñ Aug. li. de vera religiōe dicit sententialr q i ecclia tādiu sustinetur error alicui⁹ donec aut accusatiōez inueniat: aut opinionē prauā ptinacitur defēdat. Cū aūt dꝫ. i. Choꝝ. xi. necesse ē he reses eē. Ibi dꝫ necesse illō qd est vtile ꝑ accidēs siue ꝑter intētiōes hereticoꝝ. s. ad h: vt ab his q̄ se ex ercent i diuina scriptura pigritia eā discutiēdi excutiatur ꝛ magis fi dei veritas declaretur. vt ē patuit cōsi deratiōe. v. hoc etiā habetur ex glo. super illud. Esa. vij. hoc dicit dñs ꝛc. sup. i. vsqꝫ ad finē seculi erunt aliquē hereses vel malicie hoim ad exercendā fideliū sapientiā et patientiā. Sic ergo pꝫ quō heretici sunt vitādi. s. notorij. Dico etiā sine denūciatiōe cū nulla possit ter giuersatiōe celari: puta si publice

predicarēt cōtra fidē.ex.de coha. cle.ꝛ mulieꝝ.c.vestra.ꝛ.c.fi.possumus tñ ꝛ debemus eos monere ꝛ inducere: vt ad verā fidez redeāt. In aliis vo non licet eis cōicare: etiā si sit pater: fili⁹: maritus: vel vxor: aut soror. huic seruituti subiectus: ꝛ ideo si infidelis discedit discedat sm aplm.xxviii.q.i.in.c. si infidelis.

An sit cū hereticis aut aliis hominibus publice disputādū.

Nona conside ratio est. Si ē cū hereticis vel cū aliis ifidelib⁹ publice disputandū. Rñdet sm Tho ii.ii.q.x ꝙ in disputatiōe fidei sunt duo cōsideranda. Unū ex pte disputātis.s.qꝛ disputat tāꝗ dubi⁹ de fide ꝛ expiri volēs veritatē tunc peccat pcul dubio tanꝗ infidelis. Si aūt disputat ad cōfutādū errores vel ad exercitiū est laudabilis. Aliud est cōsiderādū ex pte audientiū: vtrū scꝫ ipsi sint instructi ꝛ firmi i fide tūc eñi nullū est periculū disputare. Aut si audiētes sunt simplices: ꝛ i fide titillātes: ꝛ tūc circa tales distinguēdū ē: qꝛ si sunt sollicitati ab infidelib⁹ nitētibus in eis fidē corrūpere: tūc necesse est publice disputare dūmodo inueniant aliq ad hoc idonei. Per hoc eñi simplices in fide firmabūtur ꝛ tollet decipiēdi facultas in fidelibus. Si vo nō sunt sollicitati tūc periculosum est publice de fide disputare corā simplicibus quoꝝ fides etiā ex hoc est firmior ꝙ nihil diuersuz audiuerūt: ꝛ ideo non expedit eis vt audiāt verba infideliū disputātiuz contra fidē: prohibent ꝙ oēs layci publice disputare de fide vl occulte qui vero contra fecerit excōicatiōis laqueo innodetur.ex.de hereti.c.quecūꝙ.li.vi.

De modo inquirēdi hereticos.

Decima conside ratio est videre qs est modus inquirēdi hereticos. Ad qd breuiter dicit ꝙ si papa dat certā formā illa tenēda est: als pñt queri p accusationē: inqsitionē: ꝛ denunciationē. Sed in examiatione testiū contra hereticos debēt interesse due psone religiose.ꝛ si fieri pōt p publicā psonā pscribi testiū dicta.ex de hereti.c.vt officiū.li.vi.§.volumus: ꝛ cōcedit religiosis qui dum essent in seculo tabellionatus officiū habuerūt ꝛ exercuerūt: ꝛ etiaz clericis si in sacris sint constituti exercere libere officiū tabellionatus: quo ad pmissa si eis iniunctū fuerit: vt in dicto.c.vt officium.§. cōcedētes. Itē tenētur dyocesani vel archiepi: vel archidyaconi semel saltē i āno p se: vel p alios q̄rere hereticos: vbi fama ē eos habitare: ꝛ illos quos credūt de hoc aliqd scire debēt cōpellere iurare vt idicet si quos hñt suspectos ppter occulta cōuenticula vel alia signa.extra in.c.excōicamus.§.adicim⁹. Suspectus aūt si vocatus confitetur ꝛ sperat de correctione pōt ei iniūgi penitētia salutaris: si aūt negat ꝛ aħ sit ifamat⁹ idicet

ei purgatio quā si non pstiterit ex-
cōicabit: et vsq ad satisfactionē cō
dignā ab oib9 euitabit: et si p annū
sic steterit: extūc velut heretic9 cō
dēnet. vt i dicto. c. excōicam9. §. q
autē. Itē illi q psunt ciuitati vl' lo
co aliū quocūqz noīe censeant ad re
quisitionē eoꝝ debēt iurare pfcise
attēdere inuiolabilit et suare ac fa
cere. ac oib9 suis subditis inuiolabi
liter obseruari toto tpe sui regimi
nis pstitutiōes in fauorē fidei a se
de aplica pmulgatas ac etiā repro
batas. qs qui iurare noluerit et sua
re: vt ifamis et tāq hereticoꝝ fau-
tor ac de fide suspect9. officio et ho
nore sui regiminis expoliet: nec vl
teri9 ad dignitatē aliquā vl' officiū
publicū assumat: nec teneat aliqd
qd fecerit. vt ptās balliuus psul vl'
rector. extra li. vi. c. vt officium. §.
statuim9. Debēt etiā oēs rectores
in hoc negocio parere dyocesanis
et etiā inqsitorib9: nec aliquo modo
debēt cognoscere de hoc crimie. vt
captos liberare et hmōi. alis sunt ex
cōicati: et si excōicationē sustinue-
rūt p annū cōdēnari debēt tāq he
retici. extra. in. c. vt inqsitionis li.
vi. Itē in negociis heresis pcedi
pōt simpliciter et de plano. et si peri
culū esset nō noiatis accusationib9
vel testib9 publice: nisi corā aliqb9
puidis pcipiēdo et de tenēdo secre
tū et hmōi: sz cessante periculo pu-
blicent: vt fit i aliis iudiciis. extra
in: c. statuta. li. vi. Sz nūqd hereti-
cus poterit appellare. Dico q he-
reticis inhibita est appellatio. ex-
tra eodē. vt inquisitionis. li. vi.

¶ De pena q sūt puniēdi heretici



Ndecima psideratio est
qli pena sunt heretici
puniēdi. Rndet q qua
druplici pena sunt he-
retici feriēdi. s. excōicatiōe. deposi
tione. rerū ablatiōe. et militari pse-
cutione. Excōicatiōe: qr oīs heretī
cus siue occult9 siue manifest9 ipso
iure est excōicat9 maiori excōicatio
ne. xxiiii. q. i. c. i. et. ii. extra d heretī.
c. ad abolēdā. Scdo depositiōe: qr
indistincte siue clericus siue layc9
etiā papa vel impator vel quilibet
ali9 dz deponi ab omni dignitate
xl. dist. si papa. xxiiii. q. i. qui ptra
pacē. Tertio reꝝ tēporaliū ablatio
ne: qr oia bona eoꝝ debēt cōfiscari
eccl'e cui deseruiebāt si erāt cleri-
ci vel layci si i tēporali iurisdictio
ne sunt eccl'ie subiecti. Aliorꝝ vero
laycoꝝ bona principib9 secularib9
cōfiscant. Quarto militari psecu-
tione si cū ppter malos puniēdos
oportuit regiā maiestatē non solū
legib9 esse decoratā: sed armis ar-
matā multo forti9 ppter hereticos
exterminādos. Ido dicit glo. i. Co-
rinth. v. de paulo q cū videbat ali-
quos pteruos ad corrūpendū fidē
sathane tradebat corpaliter vexā-
dos. Sic ergo heretici nō solū ex-
cōicant et deponunt. sz et omni offi
cio et bñficio debēt expoliari. et si
clericus sit dz degradari. et demū q
libet talis dz relinqui arbitrio ptā
tis secular aiaduersiōe debita pu
niēdus. s. crematione: nisi cōtinuo
post dephensionē erroris ad fidē
velit reuerti ac errorē suū abiurare
et satisfactionē exhibere. et sic redeū
tes debēt in ppetuo carcere reclu-

di.extra de hereti. excōicamus.ij. ¶ Sed quā penā incurrūt credentes: receptores: defensores: et fautores hereticorū. Rn̄detur q quilibet talis est excōicatus. et si non satisfecerit infra annū: extūc ipo iure est infamis: nec ad publica officia seu cōsilia nec ad eligēdos aliquos ad hmōi: nec ad testimonium debet admitti nec pōt condere testamentū: nec ad alicuius hereditatis successionem accedere. Nullus quoq ei super quocunq negocio: sed ipse aliis cogetur rn̄dere si iudex est eius nō valet sententia. Si aduocatus nō admittit eius patrocinium. Si tabellio nō valēt eius instrumēta. et sic in similib9. Si vero sit clericus ab omni officio et beneficio dz deponi. et illi qui tales post q fuerunt ab ecclia denoīati euitare contēpserint: debēt excōicari. probant hec oīa. extra eodem excōicamus. i. §. credentes. Itē oēs clerici qui talibus exhibēt ecclesiastica sacramēta vel traderēt ecclesiastice sepulture: aut elemosynas seu oblationes eorū reciperēt debēt priuari suo officio ad qd nunq restituent sine indulto sedis apostolice spāli. similiter et regulares quorum etiā priuilegia in illis dyocesibus nō seruent eis: in quib9 tales excessus ppetrare psumpserint. vt in. d. c. excōicamus. §. sane clerici. Et nota q ipsi credētes eorū errorib9 heretici sunt dicēdi. extra eodē excōicamus. ij. Quicūq etiā hereticos credentes: receptores: defensores: vel fautores eorū sciēter psumpserint ecclesiastice tradere sepulture excōicati sunt: nec debent absolui nisi pprijs manib9 publice extumulēt et pijciunt corpa dānatorū et locus ille ppetua careat sepultura. extra. d hereti. c. quicūq. li. vi. Itē heretici cū oib9 fautorib9 mō dictis et ipsorū filij vsq ad secūdā generationē ad nullū ecclesiasticū beneficiū seu officiū publicū admittātur et si fecerit irritū est. extra eo. c. quicunq §. heretici. ¶ Et si dicas ex predictis colligit q hereticus est multiplici pena puniēdus. hoc videt irrationabile: qz deus non punit his in idipsum. Cū ergo oēs heretici sunt excōicati: vt dictū est. et excōicatio sit pena. sequit q nō sūt alia pena puniēdi. Rn̄detur q pro vno pctō vna pena quis punitur. Sed si ad vnū peccatū plura cōcurrūt q sunt multa pctā vl ppter relapsum eiusdē pōt homo iuste puniri multiplici pena. Si quis ergo labitur in dānatam heresim punit pena excōicationis. qz vt dictū est oīs hereticus est excōicatus: sed si post abiuratā heresim iterū labat debet alia pena corporali puniri vel temporali damnari.

¶ Quis potest capere hereticos et tormentis exponere.



Duodecima cōsideratio est scire quis pōt capere et tormentis exponere hereticos. Rn̄det q tam epūs q inquisitor vn9 sine alio pōt citare et capere et tute custodire vel cōpedibus mancipare ac manicis ferreis si eis visum fuerit faciēdū. Sz deputare dare carceri et q ma-

gis ad penā q̄ ad custodiā videat vel tormētis exponere vel ad sententiam ꝓcedere cōtra eos nō pōt ep̄s sine inquisitore: nec inquisitor sine ep̄o aut eius sup hoc delegato aut ep̄ali sede vacante delegato capituli si sui adinuicē copiā possint habere infra octo dies postq̄ se inuicē requisierint: possunt tn̄ q̄libet predictorū cōmittere alteri vices suas vel p litteras significare suū cōsiliū et consensum. extra. de hereti. multorū. in clemēti. ¶ Sed occurrūt hic finaliter. xv. difficultates. Prima est si carcer in quo ponūtur heretici debeat esse cōis ep̄o ⁊ inquisitori. Dicit q̄ sic. ⁊ debent habere duos custodes: vnū quē volet ep̄s ⁊ ei ꝓuidebit: ⁊ vterq̄ eorum pōt habere sub se vnū fidelē ministrū. ⁊ illius loci erūt due claues diuerse: quarū vnus custodū vnā: et alius aliā tenebit. ⁊ poterit officiū ministrandi charitatis cōmittere suo ministro: ⁊ tenent p̄dicti custodes anteq̄ exequant officiū coram eis a quibus assignātur iurare tactis euangeliis: q̄ in custodia oēm diligētiā quā poterūt adhibebūt ⁊ q̄ alicui carceratorū nihil in secreto loquet vn⁹ nisi audiēte alio. ⁊ q̄ ipsis carceratis fideliter cōferent ꝓuisionē quā ipsi recipiūt ex ordinatiōe cōmuni ⁊ q̄ a parētib⁹ vel amicis vel aliis fidelibus ꝓsonis offert eisdē: nisi ep̄i vel inquisitoris vel suorū cōmissariorū ordinatio refraget ipsis fideliter ⁊ absq̄ diminutione aliqua ministrabūt nec i his fraudē aliquā adhibebūt ⁊ eodē mō iurabūt p̄dicti custodū ministri ⁊ corā eisdē iux eodē. c. multorum in clemē. Et eodē mō iurabūt notarii inquisitoris corā ep̄o cū inquisitore vl' substitut ab eis q̄ suū officiū fideliter exercebūt ⁊ idem fit de aliis personis necessariis ad dictū officiū. extra co. multorum. in clemēti. ¶ Scd̄a difficultas est de xp̄ianis qui efficiūtur iudei vel redeunt ad iudaismū si debet ꝓcedi contra eos sicut contra hereticos. dico q̄ sic etiā si infantes vel metu mortis fuissent baptizati si de hoc fuerint confessi. Aut p iudeos aut xp̄ianos muniti sicut contra fautores ⁊ defensores taliū ꝓcedendū. extra. de hereti. c. ꝯtra. li. vi. ¶ Tertia difficultas est si ꝓpter heresim maritorū debeant cōfiscari dotes vxorū catholicarū: dicitur q̄ nō nisi cum eis scienter. scz sciendo eos esse hereticos contraxissent. extra eo. decrevit. li. vi. ¶ Quarta difficultas est si post mortem heretici possint occupari bona ei⁹ si de ei⁹ heresi nō fuit in vita declaratum. Respondetur q̄ sic si postea declaretur. extra eo. accusatus. §. porro. lib. vi. ¶ Quinta difficultas est si debeant puniri sacerdotes qui instruunt hereticos de celanda veritate: dicitur q̄ debita pena debent castigari. Religiosi etiam heretici sunt grauius aliis puniendi. extra eo. accusatus. §. sacerdotes. lib. vi. ¶ Sexta difficultas ē de etate inquisitoris. vtrum scz requiratur determinata etas: vt possit officium exercere. Respondetur q̄ non potest esse inquisitor nisi attigerit. xl. annum. ⁊ tam ipse q̄ cōmissarii de

putati nõ possunt pecuniam extorquere. nec scienter ecclesiarũ bona ob delictũ clericorũ fisco ecclesie applicare alioquin sunt excõicati ipso facto: a qua nõ possunt absolui preterꝗ in mortis articulo donec illis a quibus extorserint plene satisfecerint de pecunia sic extorta nullis priuilegijs pactis aut remissionibus sup hoc valituris. extra de hereticis volẽtes i clemẽtinis. ¶ Septima difficultas est si põt inquisitor ꝓcedere contra aliquẽ officialem vel nuncium romane curie. Dicitur ꝙ non. vt pꝫ in extrauagãti Johan. xxij. que incipit cõfrater. ¶ Octaua difficultas est quis proprie dicendus est relapsus. Respõdetur ꝙ accusatus de heresi vel suspectus vehemẽti suspitiõe qui in iudicio abiurauit: ꝛ postea cõmittit in ipsam. talis cẽsetur relapsus licet antea ipsum heresis crimẽ nõ fuerit plene ꝓbatum. sed si leuis fuit suspitio nõ debet iudicari relapsus ꝗꝗ ex hoc sit grauius puniendus. nõ tñ debet ex hoc in heresim relapsoꝝ pena puniri. ex. ď hereti. accusatus. lib. vi. Qui vero in vna specie siue in vno fidei articulo vel sacramẽto ecclesie errauit. ꝛ postea abiurauit simpliciter vel generaliter heresim si postea erret i alio relapsus est iudicandus. extra eo. accusatus. li. vi. Ille autẽ de cuꝰ lapsu in heresim ante abiurationẽ cõstiterat vel nunc constat si postea hereticꝰ receptet: deducat: visitet: vel associet: vel munera aut dona eis donet vel mittat vel fauorẽ impendat qui excusari non possit iudicari debet relapsus. extra eo. accusatus. li. vi. in tali casu verũ est qḋ dicit apostolus. ad Ro. i. qui talia agunt: dignı̃ sunt morte non solum qui faciunt: sed etiã qui cõsentiunt facientibus. ¶ Nona difficultas est si qñ negociũ heresis cõmittitur alicui vel aliquibus generaliter in certis locis adunaꝛ episcopis auctoritas eoꝝ ordinaria ꝓcedendi: vel delegata si eã habeant. Dicitur ꝙ non. sed vtraqꝫ de eodẽ facto inquirere possunt cõiter. ꝛ si diuisim ꝓcedãt conari debent sibi cõicari ꝓcessus. vt per hoc melius possit veritas inueniri ꝛ ꝑ vtroqꝫ simul sententia ꝓferatur. nisi alter alteri deferat. ꝙ si in sententia non concordẽt. ad sedẽ apostolicam remittatur. extra eo. per hoc. lib. vi. Et intellige ꝙ ꝑdictã cõicationẽ processũ oportet fieri. qñ nil aliud restat agendũ nisi ꝙ sententia ꝓmulgetur: quia si alter non posset commode ꝓcedere nisi visis actibus alterius: tunc semel tñ cõicatio tribuatur. vt in extrauaganti benedicti. xi. que incipit ex eo. ¶ Decima difficultas est quã penã incurrunt episcopi vel inquisitores vel eoꝝ substituti si maliciose aut fraudulenter imponant alicui crimen heresis vel aliquid alio falso imponentes quod impediat executionẽ officij eorũdem. Respondetur ꝙ si ipsi causa odij gratie vel amoris vel lucri vel commodi temporalis obmiserint procedere vel aliquem vexarent imponendo ipsam heresim ꝛc. Si episcopi sunt vel supra ꝑ trienniũ incurrunt suspẽsionẽ ab

officio. Si iferiores sunt excõicati sunt a qua nõ nisi p papã possunt absolui pterq̃ in mortis articulo. ⁊ eãdẽ penã incurrũt si obmiserit cõtra quẽq̃ pcedere vbi fuerit pcedendũ. extra de hereti. multorũ. in clemẽ. ¶ Undecima difficultas est si in aliquo casu sunt heretici tolerãdi. Rñdet q̃ i pena heresis tria possum⁹ ɔsiderare. Pmo ipsi⁹ grauitatẽ criminis. Scdo ecclie corrigentis charitatẽ. Tertio ipsoꝝ fideliũ vtilitatẽ. cõsiderãdo pmo criminis grauitatẽ statim cũ heretici deprehẽsi sunt essent interficiendi magis q̃ incẽdiarij aut falsarij. vñ Exo. xxxij. statim cũ moyses descẽdit de mõte mandauit q̃ frater interficeret fratrẽ suũ. ⁊ primus pximũ p pctõ ydolatrie. ⁊ Deut. vij. mandatuꝫ fuit populo israeltico. vt aras hereticorũ subuerteret: et sculptilia cõbureret. Et. iiij. Reg. xxij. dicitur q̃ rex oꝫias vidit sepulchra que erant in montibus tulitq̃ ossa eorũ de sepulchris ⁊ cõbussit illa. Si vero consideremus in tali crimine charitatẽ ecclesie tunc nõ statim traduntur heretici exterminio. sed circa eos seruatur ordo correctionis fraterne: quia monentur primo ⁊ secũdo. ⁊ si postmodũ reperiuntur relapsi non amplius ecclesia eos tolerat: quia nihil amplius de eorũ correctione sperat. Sed considerando vtilitatem fidelium si aliqui sint heretici qui sic defendunt falsitatem sententie sue vt in terra multitudinem faciant et conuenticulorum segregationes vl' ecclesie conturbationes cogitent: tunc absq̃ alia dilatiõe vel inquisitione exterminãdi: sunt. quia cũ bonũ cõe sit pferẽdũ priuato: magis ẽ puidendũ saluti cõi q̃ saluti alicuius vel aliquorũ. ¶ Duodecima difficultas est. si heretici reuertentes ad fidẽ semp sint recipiẽdi qꝛ dicitur Exod. xxij. Maleficos non patieris viuere. Uñ glo. per maleficos intelliguntur pctõres peccato heresis: ⁊ peccato contra naturã: qui statim sunt vita corporali priuandi ne alios inficiant. Respõdetur q̃ hereticos esse recipiẽdos potissime relapsos tripliciter potest intelligi. Primo ad sacramẽtoꝝ perceptionem. Scdo ad bonoꝝ tẽporaliũ restitutioneꝫ. Tertio ad vite temporalis cõseruationẽ. Prima reuersio nunq̃ negatur hereticis: qꝛ salus sic ex ordine charitatis oibus est appetẽda etiã iimicis. iuxta illud Mat. v. diligite iimicos vros: bñfacite his q̃ oderũt vos: ppt qd heretici sẽp reuertẽtes q̃tienscũq̃ ⁊ q̃tienscũq̃ relapsi fuerit ab ecclia recipiũt ad penitentiã ⁊ eucharistie perceptionẽ. vnde sicut scribit extra de hereti. c. sup eo. §. nos itaq̃. li. vi. q̃ si post relapsum heretici penituerit ⁊ penitẽtie signa manifeste apparuerint in eis sacramenta penitẽtie ⁊ eucharistie humiliter petita nequaq̃ sunt eis deneganda. Sed secundo et tertio modo negatur eis reuersio: quia si ipsi seruarentur in vita post relapsum et restituerentur ad dignitates ⁊ ad bona temporalia: et in vita corporali seruarent incolumes. Si iteꝝ

laberentur posseut alios inficere et alij citius in heresim laberentur si ipsi sine pena transirent. Interdū tamen ecclesia hereticos ad bonorum temporalium restitutionem recipit vel propter bonum lucis intuendum. Dicit enim augu. in epistola ad vincentium: nonnullos toleramus quos corrigere vel punire nō possimus: nec propter paleam relinquimus archam. nec ꝓpter edos in fine segregādos deserimus gregem domini. nec propter vasa facta incōtumeliam migramus de domo domini. patet ergo quomodo cōceditur hereticis reuersio et quomodo non. ¶ Decimatertia difficultas est si loquamur de hereticis non relapsis cum volunt redire ad fidem qualiter debent recipi. Respondetur ꝙ si aliquis hereticus vel hereticorum credens receptator. fautor defensor necnon et de heresi infamatus vel suspectus ad vnitatem ecclesie redire voluerit ad arbitrium epi proprij. prius debet abiurare errorem et promittere et etiam per scripturam firmare. ꝙ tenebit firmiter ad mandatū ecclesie catholicam fidem et hoc publice ꝫm ꝙ eius crimen fuerit publicum vel priuatum. i. q. vij. quotiens de conse. di. ij. ego berēgari⁹ extra de here. ad abolendā. Postea debet ꝫm ecclesie formam absolui. de qua. xi. q. iij. cum aliquis. extra de sen. excō. cum desideres. Postea eis deb3 imponi quod in talibus solet iniungi. vt in. c. quotiens. et. c. ego berengarius. vbi supra. Et quādo tales volunt reuerti prouideri debet solerter ꝙ sint vere conuersi si debeant recipi extra eo. vt officiū §. iij. libro. vi. Pena autem que talibus debet imponi declaratur extra de hereti. excōicamus. ij. vbi dicitur. Si qui aūt de predictis post ꝙ fuerint deprehensi redire voluerint ad agendam condignam penitentiam in perpetuo carcere detrudantur. ¶ Decimaquarta difficultas est si prelatus sit heretic⁹ vtrū habeat potestatē spiritualem. Respondetur ꝙ prelatus heretic⁹ nō est prelatus etiam si sit papa quia ipso facto est depositus. Unde papa eligitur in caput totius ecclesie iuxta illud. ad Ephe. i. ipsum dedit caput super omnē ecclesiam que ē corp⁹ xp̄i. Capitis autē: ē influere vitam in omnibus membris: et princípium vite spiritualis est ipsa fides: quia sine fide impossibile est placere deo. Unde apostolus ad Hebre. xi. fidem dicit esse substantiam. i. fundamentum omnium rerum sperādarum. Si ergo papa deprehendatur deuius a fide caret vita spirituali et per cōsequens aliis īfluere non potest. Unde sicut homo mortuus nō est homo. sic papa in heresi deprehensus nō est papa ꝓpter quod ipso facto est deposit⁹ si ergo hoc dicitur de papa multo fortius de quocūq3 alio prelato inferiori. amplius autem declaratur predicta difficultas ꝫm Tho. in secunda secūde. q. xxxix. arti. iij. vbi distinguit de publici potestate spirituali. quarum vna est sacramentalis: alia est iurisdictionalis. Sacramentalis est que per aliquā cō

secratione͂ confert ꝛ talis ſm essentiam remanet in homine q̄diu vixit siue in scisma siue in heresim labatur. ꝙ patet per hoc ꝙ rediens ad ecclesiam non iterum consecratur sed tamen tales vsum potestatis amittunt ita ꝙ nō licet eis sua potestate vti. si tamen vsi fuerint effectum habet in sacramentalib⁹ quia in his homo non operatur nisi sicut instrumentum dei. Unde effectus sacramentales non excludūtur propter culpam quācunqꝫ conferentis sacramentum. Potestas autem iurisdictionis est que ex simplici iniūctione hominis cōfertur. ꝛ ideo non immobiliter adheret et in scismaticis ꝛ hereticis non manet. Unde nō pñt absoluere nec excōicare nec indulgentias facere. aut aliquod huiusmodi. ꝛ si fecerit nihil est actum. vij. q. i. nouacian⁹.

¶ Decimaquinta difficultas est si post adiurationem heresis aliqui inueniantur relapsi vtrum sint statim tradendi iudicio seculari. Respondetur ꝙ sic. quia sicut fides est fundamentum spirituale eo ꝙ sine fide impossibile est placere deo: vt dicitur ad Hebr. xi. sic heresis que est fidei corruptio totam spiritualem vitā habet surripere eo ꝙ modicum fermentum totam massam corrumpit. i. Corin. v. Unde de auctoritate iudicij secularis scribitur. xxiiij. q. iij. resecande. ꝙ resecande sunt putride carnes ꝛ scabiesa ouis a caulis repellenda est ne tota domus massa. corpus ꝛ pecora ardeat corrumpatur: putrescat: et intereat. Arrius enim in alexandria vna scintilla fuit sed quoniā non statim oppressa est totum orbem eius flamma depopulata est. Unde ad huiusmodi periculum euitandum cum heretici deprehendūtur relapsi vel per facti euidētiam vel per propriam confessionē seu per testes absqꝫ mora tradendi sūt iudicio seculari. Et propterea scribitur extra de heret. l. super eo. lib. vi. Nos itaqꝫ inquisitioni tue de fratrum nostrorum consilio respondemus ꝙ qui post abiurationem deprehensi fuerint in heresim cecidisse sine vlla penitus audientia relinquendi sunt iudicio seculari. Et sic imponitur finis. ij. libro in quo de natura seu quidditate heresis. de modis hereticorum. de heresibus repullulantibus istis temporibus. de modo inquirendi eos. et de eorum punitione dictum est. Frustra enim heretici sunt circumlatrātes et quasi per minas rostrum fidei fortalicium impugnantes cum sit turris fortitudinis a facie inimici in virtute domini nostri iesu xp̄i cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Incipit liber tertius de iudeorum bello contra fidei fortalicium.















Ereticorū bel
lo quasi periculosiori
soluto fit a familiarib⁹
inimicis latenter com-
missuz. iudeorū vesana
progenies non erube-
scit tēptare si possit no
strum fidei fortaliciuz
ꝓ viribus expugnare.
ac si cecus in campū exiret vt pugnaret cū vidēte.
Non eñi vident cecitate ꝑcussi qđ ē turris fortitu-
dinis a facie inimici. vt ergo videat̄ mod⁹ bellādi
iudeoꝝ dissolutio sui belli ⁊ eorūdē ꝯfusio in pñti
iiij. libro. nr̄i fortalicij duodeciz ꝯsideratiōes ītelle-
ctui occurrūt pertractāde. Quarū prima erit de iu-
deoꝝ cecitate ⁊ sua nebulosa noticia. Scđa de iu-
deoꝝ parētela et thalmuth doctrina. Tertia de iu-
deoꝝ diuersitate in sua fide et credētia. Quarta de
iudeorum bello per argumenta sumpta ex lege mo
sayca. Quinta de iudeoꝝ bello ꝑ argumēta sumpta
ex lege euangelica. Sexta de iudeorum bello ꝑ ar-
gumenta sumpta ex naturali scientia. Septima de
iudeorum crudelitatibus ⁊ sua inaudibili seuicia.
Octaua de iudeoruz fatuitatibus ⁊ sua grandi stul
ticia. Nona de iudeorum expulsionibus et sua ma-
gna ignominia. Decia de iudeoꝝ mirabilib⁹ ⁊ sua
obstiata malicia. Undecia de iudeoꝝ obligatiōe ex
iure cāonicoꝝ ciuili ac ordinatiōe regia. Duodecia
de iudeoꝝ cōuersione in fine seculi a sua duricia.

¶ De iudeoꝝ cecitate ⁊ de sua nebulosa noticia.











Circa primã cõsiderationẽ que ẽ de iudeorum cecitate duo sunt videnda. Primũ que est causa cecitatis eorum. Secũdũ si põt sanari vt reducant ad lucẽ. De primo dicit quod causa cecitatis iudeorum est quia domino peccauerũt sicut deducit magister bernardus oliuerij in tractatu suo contra cecitatẽ iudeorum allegãs illõ Soph. i. ambulabunt vt ceci quia dño peccauerũt. licet enim verba ista generaliter de omnibus peccãtibus sint dicta qui vere dño peccant. teste. psal. qui dicit. tibi soli peccaui et malũ coram te feci. psal. l. et quo peccato spũaliter ceci efficiuntur iuxta illud. Sap. ij. excecauit eos malicia eorum. specialiter tamẽ itelligũtur de iudeis qui quodã singulari modo dño peccauerunt iesum xpm filium dei iniuste crucis supplicio interimẽdo: propter qd speciali modo facti sunt ceci inter omnes gentes vt nõ solum patiantur cecitatem culpe sicut ceteri peccatores sed etiam habeant cecitatem ignorantie super oẽs propter quam ignorantiã scripturam proprie legis minime intelligunt et qd i illa ad eorum directionẽ est valde clarum. in propriam dãnationem venit in obscurũ. de quibus dicitur Tren. iiij. Errauerũt ceci in plateis. errare enim in plateis nihil aliud est quam deficere i scripturis claris et manifestis: circa quas nõ proprie dicitur errare qui nolũt ipsas recipe sed illi qui volũt intelligere. et tñ dicũt se eas tenere. sicut nõ dr vere cec9 cui est absens visibile obiectũ. sed qui presente obiecto nõ potest habere visionis. actũ. Populus igitur iudaic9 merito dr cecus qui vetus testũ recipit et que in eo scripta sũt recte itelligere nescit. Dicũt enim iudei quod sigillũ legis nõdũ est amotũ dicerat enim de9 Esaie. i. c. viij. liga testioniũ signa legẽ in discipulis meis. hoc ponit occultatio mysterij xpi liga testimoniũ. i. inolue pphetiã obscuritatibus propter incredulos quib9 talia sũt celãda. signa legẽ i discipulis meis id ẽ apostolis aliisque xpi discipulis qui pdicando legem. obscuritates prophetiarũ aperuerũt et declarauerũt ostẽdẽtes eas in xpo ipletas vt patet in actib9 apostolorum sicut fuerat a deo pordinatũ. Et hoc mõ dictũ fuit Dan. xij. c. tu aũt daniel claude sermones et signa librũ vsque ad pfinitum tẽpus. Cũ ergo predictũ verbũ dixit deus. s. liga testioniũ etc. itellexit ppheta quod hoc erat pp peccata populi orauit deũ statim vt patet in ipsa sequẽti dicẽs. expectabo dñm. s. iesũ xpm qui abscõdit faciẽ suã a iacob i. a pplo iudaico descẽdẽte a iacob quia in aduẽtu ei9 ppl'us ille pro maiori pte fuit excecat9 per infidelitatẽ sicut dr ad Ro. xi. cecitas ex pte cõtigit in israel. et pstolabor. i. patienter expectabo aduẽtũ ei9. vel sic et pstolabor eũ qsi dicat spem habeo i te. quod istõ sigillũ amouebit et ex hoc ordinauerũt iudei in suis orõnib9 vt orarẽt deũ quod amoueret sigillũ legis Dicẽdo sic i orone dñe sigillũ legis amoue vt eã possim9 itelligere. Et tenẽt iudei quod istõ sigillũ debet amouere messias. et iõ i his qui nõ psũt itelli

gere ipsius legis semp dr in thal-mudrico vult dicere istud maneat in dubio quousqz veniat messias q illud declaret. sed verus messias q est xps iesus iã venit vt patuit supra libro. i. in appositione. xij. thezaurorum qrti pūcti articuli sexti: et infra adhuc magis videbit cuz dissoluet bellū iudeorū. Ũ ver9 messias amouit sigillū legis cū aperuit librū esaie. luce. iiij. stãs i tẽplo ad phariseos et primū qđ se obtulit nõ sine grandi mysterio fuit illud quod i eodem libro .c.lxi. fuerat pphetatū. s. spūs dñi super me. eo qđ vnxerat me dñs ad ãnūciãdū mãsuetis misit me vt mederer cõtritis corde. et predicarẽ captiuis indulgẽtiam et clausis apertionẽ et pdicarẽ agnū placabilẽ dño et diẽ vindicte deo nr̃o. vt ɔsolarer oẽs lugentes et ponerẽ fortitudinẽ lugentib9 syon et darẽ eis coronã p cinere: oleū gaudij p luctu pallium laudis p spiritu meroris. Cum eū legeret hãc prophetiam xps dixit eis. hodie impleta ẽ hec scriptura in aurib9 vestris. Luce. iiij. hic manifeste amouit sigillum oīum pphetiarū que loquūtur de aduentu messie declarando se eẽ messiam de quo prophetia loquebatur et postea amouit alia legis sigilla sicut patuit supra li. i. Et amplius infra patefiet. Hūc librū legis et pphetarum vidit Johãnes euangelista in dextera sedẽtis super thronum scriptuz intus et foris et signatum sigillis septem. et dicit qđ non inueniebatur aliquis dignus soluere illa signacula et aperire librū neqz in celo neqz in terra neqz subt9 terrã immo nec respicere illum et consolans eū angelus qui secū loqbatur. Ait illi: ne fleueris ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid aperire librum et soluere septez signacula eius quẽ dicit agnū stãtez s. xpm tanqđ occisum. et sequitur et venit et accepit de dextera sedẽtis in throno librum. et cum aperuit librum quattuor animalia et viginti quattuor seniores ceciderunt corã agno cantantes canticum nouum dicentes. dignus es dñe accipere librum et aperire signacula ei9 qm occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo. et omni trib9 et lingua et populo et natione et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et regnauimus super terram. Apoc. v. Sed licet sigillū legis et pphetarum immo et sigilla sint soluta et littera aperta p messiam iudei miseri quibus fuit missus nolunt credere qđ sigillū secreti legis sit amotum. Et hinc est qđ idem dubiū qđ habebant anteqđ veniret. tenẽt nũc postqđ transierunt mille quadringenti sexaginta anni a sua natiuitate et nolunt attenti videre quomodo pphetie iã sunt implete pmanẽtes in maledictiõe dicte scripture. liga testimoniū. signa legẽ. ¶ Et iterū Esaie. vi. Audite audientes et nolite intelligere et videte visionem et nolite agnoscere quasi dicat auditis et non intelligitis videtis et non cognoscitis. Et statiz sequit excecã cor populi hui9 et aures ei9 aggraua et oculos ei9 claude ne forte videãt oculis suis et aurib9 suis audiãt et corde suo intelligãt. Hic

notat Nicolaus de lyra ꝙ talis excecatio et obduratio non est a deo directe sed a liberi arbitrij defectibilitate. Homo enim auertens se a deo meretur vt iuste deus retrahat gratiam suam ab eo cuius effectus est illuminare intellectum et mollificare affectuȝ ⁊ ideo ip̄a subtracta homo excecat̄ et obdurat̄ ex sua malicia. Et hoc fuit impletum q̄n ad predicationē xp̄i iudei ꝑ magna p̄te fuerunt obdurati s̄m ꝙ dicitur expresse Joānis. xij. ꝑpterea nō poterāt credere q̄ dixit Esaias excecauit oculos eoꝝ ⁊ indurauit cor eoꝝ. In qua excecatiōe ac etiā duritia vsq̄ in p̄sens tēpus perduret generatio ista. Cōtra quos q̄si cōtra ptinaces tā cōtra simplices iudeos q̄ cōtra litteratos eorū qui nolunt credere ꝙ sigillum legis est amotū dicit Esa. c. xxix. Claudet oculos vestros. i. excecabit sacerdotes ⁊ scribas qui debēt vos dirigere sicut oculi cetera membra corporis. Sciendum tn̄ ꝙ deus non ē cā excecationis directe sed indirecte inq̄tū iuste a malis subtrahit gratiam suā mentis illuminatiuam sicut statim supradictuȝ est. Sequit̄ ꝑphetas q̄ iminēte euersione ihe rusalem apparuerunt plura signa hm̄oi euersionis vt dicetur infra cōsideratiōe. ix. q̄ tamē aliqui tāq̄ ꝑphete falsi interpretabant̄ in cōtrariuȝ. s. in bonū ciuitatis futurū ⁊ principes vestros. q̄ decepti a talibus ꝑphetis rebellauerūt romanis ⁊ erit vobis visio omniū. s. prophetarum antiquoꝝ qui ꝓphetauerunt de aduētu xp̄i: de destructiōe ciuitatis et tem pli propter eiꝰ mortē sicut verba libri signati qui non pōt legi q̄diu est signatꝰ. Ideo subditur quē cum dederint scienti litteras dicent lege istū r̄ndebit nō possum. signatus est enim sic respondent iudei moderni. multi eniȝ doctores eorum qui precesserunt determinauerūt tēpus aduētus messie vnus post alium ⁊ oēs defecerunt q̄ tempora ab eis p̄fixa trāsierunt s̄m ꝙ dicit rabi Salomon super danielem ⁊ causam huiꝰ defectus dicunt doctores moderni in dcoꝝ. s. ꝙ sermones ꝑphetaꝝ sunt clausi. sic ergo datur liber scienti litteras. i. perito iudeo et respondet se non posse legere q̄ est signatus quasi dicat ego non legam q̄ nolo amouere sigillum sequitur. ⁊ dabit̄ liber. s. apertus per predicationes xp̄i et apostolorum et alioꝝ predicatorum euangeliū xp̄i nescienti litteras: diceturq̄ ei lege ⁊ respondebit nescio litteras: quia q̄n simplicibus iudeorū fit sermo de aduentu xp̄i preterito et cōsimilibus dicūt se nō esse peritos in lege. sȝ ꝙ magistri eoꝝ scirēt de talibꝰ respōdere quoꝝ erroribꝰ firmissime adherent. Sic ergo accidit omnibus miseris iudeis tā litteratis q̄ simplicibꝰ ꝙ oēs ceci facti sūt q̄ q̄ nescit legere nō itelligit ꝑphetias. ⁊ q̄ scit legere nō vult amouere sigillū dicēs. video ꝙ pr̄ meꝰ ⁊ aui mei nō receperūt iesū xp̄ȝ nec intellexerūt ꝙ ꝑphetie i eo fuerūt iplete ergo nec ego volo credere. Hec ē magna cecitas ⁊ asinina bestialitas. q̄ si primi excecati nō cognouerūt bo

nū: plus sunt culpādi isti vltimi q̄
videt tm̄ xp̄s trāsisse ⁊ legūt sctās
scripturas ⁊ nō intēdūt in eis sigil
lū amotū manētes in sua pfidia si
cut patres eoꝝ. ¶ Et iō Luce. vij.
xp̄s cōparauit eos pueris dicens.
cui ergo similes dicā hoies genera
tionis hui⁹: ⁊ cui similes sunt. simi
les sunt pueris sedētib⁹ in foro. et
loquētib⁹ adinuicē ⁊ dicētib⁹ cāta
uimus vobis in tybijs: et non sal
tastis. lamētauimus ⁊ nō plorastis
vbi dicit gl. litteralis pueri docto
res sunt spū humiles. forū synago
ga vel ipa hierusalē in qua iura p
ceptorū dei cōdebant q̄ cōtribuli
bus solebāt exprobare: q nec psal
mis allecti ad laudes assurrexerūt
corde deuoto mēbroꝝ agilitate qd̄
notat saltus: nec trenis. i. lamenta
tionib⁹ pphetarū in excidijs iā fa
ctis vel fiēdis ad pniaꝫ sūt cōuersi
Voluit ergo xp̄s exprimere cecita
tē ⁊ obstinationē iudeoꝝ in p̄dicta
similitudine pueroꝝ. ad litterā eīm
sic faciebāt pueri iudeorum. Circa
qd̄ est aduertendū qd̄ multū valde
facit ad virtutē q aliqui a sua pue
ritia assuescūt oib⁹ operib⁹ virtuo
sis. Ideo apud antiquos fuit ɔsue
tū ⁊ expedit q sic pueri exerceant
in ludis honestis iducētib⁹ ad vir
tutē ⁊ retrahētibus a vitijs ppter
qd̄ pueri hebreoꝝ habebant talem
ludū. Diuidebant eīm in medio ci
uitatis in duas ptes equales ⁊ illi
q̄ erāt ex vna parte canebant car
mē leticie. ⁊ alij ex opposito carmē
lugubre: et postea exprobrabant si
bi mutuo ⁊ exultātes dicebāt alijs
quare sibi non congaudebāt. ⁊ ecō
tra alij quare sibi non cōpatieban
tur: et hoc fiebat ad exprimēdum
vanam leticiam ⁊ defectum com
passionis ⁊ amicitie adinuiceꝫ in
hoc mūdo: sicut videmus frequē
ter etiam in eadeꝫ ciuitate: immo
etiam in eodē vico vel etiā in ea
dem domo q aliqui letantur ⁊ alij
etiā tristant ex opposito hoc simi
liter erat de iudeis qui ꝫ adhoc q
viderant austeritatē Iohānis nec
per hoc moti fuerāt ad penitētiā
⁊ postea viderūt dulcedinē ⁊ man
suetudinē xp̄i: quia dulcedinē eis
predicauit ⁊ cū eis dulciter ⁊ mā
suete cōuersatus ē nec graues pe
nas imposuit penitētibus: sed di
xit vade ⁊ noli amplius peccare.
Ioh. viij. ⁊ tamen per hoc nō fue
runt moti ad deuotionis dulcedi
nem et pietatis: sed magis reman
serunt ceci obstinati in peccatis:
scilicet vtriusq vitam in malum
interpretando: quod ⁊ faciunt ho
diernis temporibus: sunt ergo iu
dei similes pueris non q̄ntuꝫ ad
eorum ignoscentiam: sed quantū
ad ludi eorum interpretationem
hec sufficiant de cecitate iudeo
rum. ¶ De scdo. s. si pōt sanari ce
citas iudeoꝝ. Rūdet q possibili
tas nō negat: sꝫ qꝛ medicinā reci
pere recusant. Ideo sui culpa sēp
ceci manēt. Ad hāc eīm cecitatem
ab isto ppl'o amouēdā semp eccle
sia ab initio sui adhibuit spālem
medicinā aliqn̄ p miraculorū ope
rationē sicut fuit tpe xp̄i ⁊ apl'oꝝ.
Interdum vero per aliquam par
tialem persecutionē vt saltem im
pleta facie eorū ignominia cōuer

terentur ad querendū dñm. Aliqñ per deuotā orationē sicut in parasceue. Oremus τ pro perfidis iudeis: vt deus τ dñs noster auferat velamen a cordibus eorū: vt τ ipsi agnoscāt iesum xpm dñm nostrū. Nonnunqȝ etiam p sacre scripture predicationē que cōueniēs τ vtilis modus videt ad ipsorū conuersionē. Nam si interdū in eis predicatio nō proficit meritū tamen sui laboris predicās non amittit. Un̄ Bern. ad Eugeniū. li. iiij. c. ij. plāta: riga: fer curā. τ tuas explicuisti partes sane incremētū vbi voluerit dabit deus nō tu: vbi forte noluerit: tibi depit nihil: dicēte scriptura. Reddet deus mercedē laborum sctōrum suorū: vt Sap. x. dicit. Paulus loquit. i. Chor. xv. Plus oibus laboraui. nō ait plus oibus profui: aut plus oibus fructificaui. verbum insolens. i. arrogās religiosissime vitans als āut nouerat hominē quē docuit deus: quia vnusquisqȝ sm suum laborē accipiet. i. Chor. iij. non sm profectum. id est fructū conuersionis: τ ob hoc in laboribus potius qȝ in profectibus gloriandū esse putauit cū non sit in homine vt semen serenti respondeat.

¶ De iudeorum parentela ex thalmud doctrina.



Ecunda consideratio est de iudeorū parētela τ ex thalmud doctrina: lȝ enī iudei ex nobilibus parētibus orti sint quales fuerūt abraam: ysaac: τ iacob. suis tamē petis exigentibus meruerūt noiari ore diuino pplšs dure ceruicis: vt pȝ. Exo. xxxij. gñatio praua atqȝ puersa τc. vt pȝ Deut. xxxij. generatio praua τ exasperans. ps. lxxviij. Et in nouo testamēto ore xpi dicunt gñatio mala τ adultera: vt pȝ Mat. xij. gñatio icredula. mat. xvij. gñatio īfidelis τ puersa. Lu. ix. Sed cecitate percussi cōponētes librū q̄ apud eos thalmud dr̄ q̄dā turpissima scripserūt: ex q̄bus parētela eorū fedissima τ horribilis declarat: Primo dicūt i libro q̄ dr̄ hyobamud in. c. qd̄ incipit habba algēvito sup textū ge. c. ij. qñ de⁹ fecit euā τ adduxit ad adā. hoc āt os de ossibus meis: τ caro de carne mea. dicūt ipsi sic. Apparet ex hoc textu. qȝ adam habuit copulā carnalē cū oibus feminibus: oim aīalium: τ nō fuit refrigerata volūtas ei⁹ quousqȝ habuit cōiūctionē cū eua. τ ideo dixit. Nūc video qȝ hoc est os de ossibus meis: τ caro de carne mea. Uidete quō hoc est abhoiabile τ imūdū preter id qd̄ est falsum duplici rōne. Prima qȝ ipsimet ponūt alibi in thalmud qȝ deus creauit adam i grādi magnitudine plus qȝ alterū: intantum qȝ dicūt in Sāhedrin in. c. qd̄ icipit. Ehac dynema. monet qȝ adam tenebat de terra vsqȝ ad celū τ cōsequēter mēbra sua habebāt eē sm illam proportionē: ergo quō poterat habere cōiunctionē cū gallina τ cum passere paruulis τc. Scd̄a ratio ppter breuitatē tēporis: qȝ ipsimet dicūt in. c. qd̄ incipit cohē gadol. talia verba duodecim hore

est dies. In prima fuit congregatus pulius de quo factus fuit adã In secũda fuit factuz corpus. In tertia fuerũt extensa membra sua. In quarta fuit aia infusa i eo. In quīta surrexit sup pedes. In sexta posuit noia oibus aialibus. In septima fuit facta eua ꝛ ei tradita. In octaua ascēderũt duo in lecto ꝛ descenderunt: ꝛ hoc glosat rabi Salomon: qꝛ in illa hora generauerũt Caym ꝛ quãdam sororē cuz eo. In nona fuit eis factuz preceptũ ꝙ non comederent de fructu. In decia peccauerũt. In vndecia fuerũt iudicati. In duodecima fuerunt expulsi a paradiso. Sequitur ergo ſm hãc auctoritatē ꝙ nõ habebat tēpus faciendi illud pctm̄ tam abhoiandũ qḋ ipsi dicũt ꝛ in suis verbis cõtradicũt sibiipsis ꝛ contradicit vnũ alteri. Unde videtur ꝙ oia sunt falsa vel mendacia. ¶ Quicquid de falsitate huius doctrine pꝫ ꝙ ibidem dicit rabi eliezer ꝙ adam coiuit cũ oib⁹ brutis ꝛ iumentis: ꝛ inde geniti sunt homines mõstruosi. ex quo concludũtur duo. Primo ꝙ iudei sunt fratres hoim monstruosorũ. Secũdo ꝙ asina ꝛ porca sunt nouerce eoꝝ. Dicet forte iudeus si homies monstruosi sunt fratres iudeoruꝫ ꝛ asina ꝛ porca sunt nouerce eorum. ita etiã sequitur de xpianis ꝛ aliis hoībus cum adam sit pater oim. Respondetur ꝙ non sequitur ex eo ꝙ soli iudei affirmant supradicta turpissima ꝛ non alii homies. Item demones sũt fratres iudeorum ꝙ sic patet. nam dicit rabi salomon ꝙ ãte creationē eue adam habuit vxorem noie lilis. ꝛ ꝙ fuit ante adam ꝓ ligno vetito excõicatus p triginta annos: in quibus ex vxore lilis genuit tãtuꝫ demones. Itē dicitur in lib. cãhedrin. ꝙ illi cxxx. anni spacii qḋ fuit ex quo natus fuit Caym ꝛ abel quousqꝫ natus fuit seth: ꝙ durãte illo tpe nõ faciebat adam nisi generare spiritus malignos ꝛ ipsa pariebat eos. Ex quibus manifeste cõcludit intentũ. s. ꝙ demones ꝛ maligni spiritus sunt fratres iudeorũ: ꝛ non aliorũ hoim: qꝛ ipsi soli ponũt hãc doctrinã infamãtes patrem suum adam: ꝛ ideo confusionē que ex infamatiõe patris: sequit in premiũ reportãt. vñ merito dixit eis xps cũ se iactarent filios abrae ꝛ eent contradicētes in operibus vos ex patre dyabolo estis. Joh. viii. Ex quo sequitur ꝙ iudei nõ solũ sunt fratres demonũ vt conuincitur ex eorũ doctrina: sed etiã filii dyaboli ex doctrina filii dei. Et qꝛ demones sunt eoꝝ fratres iuste diuidũt cũ eis hereditatē. s. inferni possessionē. ¶ Dicet forte iudeus ꝙ non sequitur necessario diuisio hereditatis inferni inter demones ꝛ iudeos. licet sint fratres: qꝛ iacob et esau erãt fratres. tñ iacob cũ esau noluit diuidere hereditatē. Rñdetur ꝙ esau ideo hoc fecit: quia timuit hereditatis diminutionem: hinc est ꝙ ptē contēpsit. vt paruꝫ quid: sed dyabolus abundat in hereditate vermium ꝛ igniũ infernaliũ quã libenter diuidit cũ iudeis fribus suis. Itē dicit rabi ysaya

serpēs qui decepit euam coiuit cū ea ꝛ ex hoc sequit̄ ꝙ serpēs ē vitricus iudeorū cū ipsi soli hoc ponāt ꝛ ideo nō imerito morē serpentiū immitātur. Uñ ps. lvij. furor illis sc3 iudeis ſm similitudinē serpētis: sicut aspidis surde ꝛ obturantis aures suas: q2 ipi obturauerūt aures suas: ꝛ adhuc obturāt ne audiant doctrinā xp̄i nec videāt miracula eius. Et iterum ps. cxxxix. Acuerunt linguas suas sicut serpentes. s. in xp̄i accusatione venenū asp idū sub labijs eorū. s. in ecclesie blasphematione. Patz ergo iudeorū parētela ex thalmud ꝛ doctoꝝ suorū doctrina: quia sunt fratres hominū monstruoꝝ ex bestijs natorū. Sunt etiam eorū nouerce asina: ꝛ porca: ꝛ oēs alie femelle bestiales sunt fratres nō min⁹ demonū: ꝛ filij dyaboli: necnon habētes ꝓ vitrico serpentē eiusdem mores imitantes.

¶ De iudeorum diuersitate in sua fide ꝛ credentia.



Ertia conside ratio est de iudeorum diuersitate in sua fide ꝛ credētia. Notat em̄ magister alfonsus cōuersus in li. preliorum dei: c. xxxiij. vbi dicit ꝙ iudei sunt inter se diuisi in fide: q2 aliqui eorū vocantur rabini ꝛ pharisei qui credūt thalmud. Alij vocant̄ carrayni qui solūmodo credūt bibliā. Alij vocantur saducei qui nō credūt aīas post mortē manere. Alij credūt ꝙ aie manēt post mortē: sed nō credūt penā vel remuneratione̅ in alio mundo. Alij vocāt̄ cuthibini: q2 venerūt de terra q̄ dicit̄ cutha: ꝛ habitauerūt in samaria ꝛ cōuersi sunt ad legē iudeoꝝ metu leonū ꝛ aliqui istoꝝ vocantur samaritani: quos alij iudei habēt tanꝙ hereticos. Alij corus vocāt̄ mecubilini qui credūt in decē ꝑsonis qui dicūt ipi decē numeros qui sunt in deo. Alij credūt in duas substātias. s. magistrū ꝛ discipulum: quem vocāt matraton. quod noiant deū sicut suus magister. Alij credūt trāslationē aiarū de vno hoie in alterū: de femina ī feminā: ꝛ de viro in bestiā auē vel serpentē. piscē vel stellam: vel aliquā ferā qd̄ remāsit in eis: ex opinionib⁹ aficeris: ꝛ pitagore. Alij credūt ꝙ aie semꝑ fuerūt. Alij sūt qui dicūt ꝙ aie create fuerūt ab initio mūdi. Alij dicū ꝙ solūt creantur qn̄ generantur corpa coꝝ. Alij dicūt ꝙ aie erunt in alio mūdo expoliate ab omī corpore recipiēdo gloriā dei. Alij dicūt ꝙ erunt vbi aie cū corpibus. Alij eorū credūt ꝙ comedēt ꝛ bibēt: ꝛ faciēt filios ꝛ comedēt oēs vnū piscē qui dr̄ ꝙ leuiathā. Et aliq̄ dicūt ꝙ habebūt satis ad comedēdū ī illo pisce per spaciū duoꝝ miliū ānoꝝ: ꝛ ꝙ comedēt feminā hui⁹ leuithā q̄ est in sale posita ꝓ eis a creatiōe mūdi: et ꝙ bibēt vinū qd̄ seruat̄ ī suis vuis etiā a creatiōe mūdi. Alij eoꝝ credunt ꝙ erūt ibi sine cibo ꝛ potu: ꝛ sine cōiunctōe cū mulieribus. Alij credūt resurrectionē mortuorum nunꝙ futurā. Alij eorum credūt ꝙ oēs hoies resurgēt. Alij credūt ꝙ

olim resurgēt filii israel. Alii dicūt q solū illi qui fuerunt iusti de israel resurgēt. Alii credūt q etiā iusti aliarū gentiū resurgent. Alii eorū credūt q post resurrectionē sunt iterū morituri. Alii credunt q post resurrectionē nūq amplius morient. Alii eoꝝ credūt q post resurrectionē erūt in paradiso terrestri. Alii credūt q erūt i padiso celesti. Alii credūt q nūq deus reuelauit pphis nec angelis tps aduētus messie: sed solū nomē suū. Alii eorū credūt q reuelauit pphis: sꝫ adhuc nō accessit tēpus eius. Alii eoꝝ credūt q iam tps suū trāsiuit sed nō venit pper pctm suū. Alii credūt q iā venit ⁊ fuit natus tpe signato: sed q nō venit ad saluādū eos. Alii credūt q venit ad saluandū eos: sed non saluauit eos ppter pctā eoꝝ: ⁊ q sicut non saluauit eos: sic nec saluauit alios. Alii eoꝝ credūt ⁊ dicūt q nunq adhuc nat⁹ ē. Alii eoꝝ se reputāt pphas ⁊ nō credūt vnū nec alterū. Alii eorū credūt opiniōes cōpositas ex pdictis q diuersimode sunt mixte. Et ppter has oēs cōtradictiones opinionū inter eos appet manifeste q sunt facti ceci et deuii a via veritatis. Circa illud tēpus in q apparuerūt in vestimētis iudeoꝝ signacula crucis i regno Castelle sicut infra dicet ſm qd scripsit rabi abraā benesdra i libro suo quo legē glosauit. Oēs iudei pdicti regni ⁊ p maiori pte in tota hyspania signanter in ciuitate burgensi erāt saducei ⁊ heretici. sicut etiāꝫ scripsit rabi mosse legionēsi. in libro quē fecit p reprehēsiōe saduceoꝝ: ⁊ dicit q ab anno creationis mundi. iiii. miliū. dcccc. ⁊. lxxviii. annoꝝ cōuersi sunt oēs pdicti iudei ad credendū hāc fidē quā nūc credūt pharisei in thalmud nō voluntarie. sed violēter ppt regis castelle preceptū: q i illa carrionēsi. pdicti regni erāt pharisei ⁊ saducei: sed saducei habebāt maiorem potestatē ⁊ nō incēdebāt cādelas in nocte dieꝫ sabbati in aliq loco totius iudaismi ⁊ inter phariseos erant tres fratres honorabiles. ⁊ maior hoꝝ vocabat rabi nehamia qui semp tristabāt ⁊ eis displicebat: q lex phariseoꝝ nō implebat inter eos quousq vn⁹ eorū ppter honorē sue legis exposuit se periculo mortis incendens candelam die sabbati publice: propter quod commota fuit tota villa: ⁊ fuerūt magne contētiones inter eos: intantum qd vtraq pars habet venire coram rege Alfonso: ⁊ venit in auxilium phariseorum iudeus quidam predicti regis medicus q dicebatur rabi hyu. castri. benalfacar granatēsis: ppter quē fecit rex quicquid voluit: ⁊ precepit oibus saduceis q conuerterēt se ad legē phariseoꝝ lꝫ eis nimiū displicuerit. ⁊ extūc vsq nunc credunt isti iudei in lege phariseorum: et ppter talia accidentia voluuntur semp de vna fide in alterā et currūt deuii ⁊ mutabiles sicut oues sine pastore ab illo tunc qn dimiserūt verū pastorē quē habebāt elōgātes se ab ei⁹ via ⁊ doctrina q fuit ver⁹ messias iesus xps dominus

noster qui venit ad ostendendū eis viam rectam ne perirent cum sit via veritas et vita Joh.xiiij.

¶ De bello iudeorum per argumēta sumpta ex lege mosayca.



Quarta consideratio est de bello iudeorū per argumēta sumpta ex lege mosayca quibus putāt nostrū fidei fortalicium expugnare: et reducuntur omnia argumēta principalia ex lege sumpta. ad Nume.xiiij. seruabitur autē talis ordo φ ad quodlibet argumentū statim dabitur sua solutio: quia hoc requirit certamen militantiū. vt confusio euitetur. ¶ Primū argumentum iudeorū est quo probant legem moysi perpetuo duraturam: cuius oppositum fuit declaratum supra li. i. ar. vi. Arguunt ergo sic primo. Omnia opera dei sunt perfecta. sed lex ātiqua fuit data a deo. ergo impossibile est in ea dare imperfectionem propter quam debuerit cessare maior patet Deut.xxij. vbi dicitur. dei perfecta sunt opera. minorem concedunt xpiani. ergo sequitur cōclusio. Confirmatur etiā illa lex est perfectior: quā deus pluribus miraculis confirmauit φ illa quā paucioribus vel nullis. sed legem antiquā pluribus miraculis cōfirmauit φ nouā. ergo etc. maior est manifesta. quia sapiēs artifex firmius fundat et magis conatur stabilire pfectū opus φ imperfectū. quēadmodū enim plura remedia sunt adhibēda vbi maius periculū iminet. ita plura opa vel facta sunt expendenda vbi perfectius opus impleri debet. minor etiā patet: quia nusφ leguntur ita magna miracula sicut sunt q̄ habentur in exodo et in toto pētateuco. et si aliqua miracula leguntur in euangelio. ista sunt dubia apud iudeos: nec apparet causa quare eis sit fides adhibenda. ¶ Sed quia super oia vincit veritas. vt dicitur. ij. Esdre. c. iiij. ideo non est difficile argumenta cecorū soluere. Dico autē ad argumentū cum dicitur omnia opera dei esse perfecta: φ deus fecit legē antiquā ita esse perfectam sicut fieri potuit secundum cōditionē populi recipientis legē. Nā ppls ille ita erat imperfectus. φ dicentibus exploratoribus ciuitates terre pmissionis esse fortes et munitas et bene muratas statim desperauerunt. et dimisso dño et moyse voluerunt reuerti in egyptum. sicut legitur Nume.xiiij. Sic etiā quando moyses stetit in monte syna quadraginta diebus. obliti omniū mirabiliū q̄ viderant in egypto. Declinauerūt ad ydolatriā. vt habetur Exo.xxxij. si ergo moyses pmisisset eis p hereditate regnū celorū vtiφ desperassent si precepisset eis non odire inimicum. et dimisso eo pculdubio ydolatrassent. Illa ergo lex perfecta fuit secundum φ populus exigebat. Sed adueniente maiori dispositione in populo perfectior lex dari debuit. sicut anima pueri non est ita pfecta sicut anima viri. ita lex data populo rudi tempore moysi non fuit ita pfecta: sicut lex data tēpore xpi. et sic nec ppetuo durabilis. ¶ Ad cōfirmationē cū dicebatur φ

plura miracula arguunt perfectio nem legis. Dicendū q vno modo non est verū. miracula eñi fiunt in legis datione ad confirmandū corda populi: ne vacillent in lege. qñ ergo populus legē recepturus magis est indispositus. plura miracula sunt necessaria ad confirmandā illam legē. non ergo miracula plura arguunt legē perfectiorem: sed ostendunt populū recipientē illaʒ legē minus esse perfectū ⁊ dispositum ad percipiendū diuina. quemadmodū eñi rudis homo: etiam cū multis pricipijs nescit elicere vnā conclusionem. Ille tñ qui est subtilis per pauciora media scit concludere veritatē scientificā sicut populus iudeorū rudis cū omnibus miraculis in lege antiqua factis nesciebat veritatem cognoscere. sʒ populus effectus perfectior nō indiguit multitudine miraculorū: sed paucis miraculis perfecte adhesit veritati diuine. concessa tñ maiori propositione. minor est falsa. Nam maius miraculū fuit liberare totū genus humanū a potestate dyabolica. qđ fecit xps in lege noua q liberare populū iudaicum a seruitute egyptiaca. Ibi eniʒ interfectus est pharao cum curribus et equitibus suis. hic vero vict⁹ est dyabolus cum suis virtutibus: nec fuit maius miraculum diuidere mare. Exo. xiiij. q siccis pedibus ambulare super mare. quod fecit christ⁹ Matth. xiiij. ⁊ Joh. vi. Sicut nō fuit mirabilius quādo helyas diuisit aquas iordanis. iiij. Regū. ij. q quando helyseus fecit natare ferrum. iiij. Reg. vi. Sed hoc non caret mysterio. Nam aque multe sunt populi multi. vt dicit Apoca. xvij. In lege ergo diuidente populū ab alijs populis debuit fieri diuisio aquarū: sed vbi lex quantū in se est oēm populum subijcit diuine volūtati debuit ipse dñs super omnes aquas integras ambulare: nec est maius miraculū aquā amarā reddere dulcem. Exod. xv. q mutare aquā in vinū Joh. ij. aquam enim amarā conuertit in dulcē. lex antiqua qñ ea que offerebantur ydolis vel adorabātur ab ydolatris iussa sunt offerri deo in sacrificijs. sed quia vinū letificat cor hominis. lex euangelica aquā in vinū cōuertit quia ad summū ⁊ perfectū gaudiū perducit. miracula etiā q in euāgelio ⁊ in actibus apostolorū leguntur multa plura sunt numero q que facta sunt in veteri testamēto. Fecit etiā multa alia miracula iesus q si scripta essent per singula libros inde scriptos totus mundus capere nō posset. vt dicitur Joh. vlti. ca. Si autē ista miracula iudei recipere nolunt teneant sibi dānum. Dixerat eñi eis Esayas propheta in capl'o. vij. si non credideritis non permanebitis. ptʒ ergo q lex moysi: nec est perfectior lege noua: nec consequenter perpetuo duratura. ¶ Notandū tñ est hic circa xpi miracula sicut scribit in pugione. pte scda. ca. viij. q iudei xpi miraculis inuidentes beelzebub principi demoniorū ea primitus ascripserunt porro quia tot fecit miracula ⁊ talia q ⁊ qualia nemo vnq aliquis fe

cit. Ioh. xv. Nunq̄ quippe alius ali quis: vt ipse et sui in eius noie illuminauit cecos. fecit audire surdos ambulare claudos atq̄ cōtractos: et loqui mutos queadmodū predixerat. Esa. ppheta. c. xxxv. deus ipse veniet et saluabit nos. tunc aperientur oculi cecorū: et aures surdorum patebunt. tunc saliet sicut ceruus claudus et decantabit lingua mutorū etc. His quoq̄ miraculorū generibus alia q̄plurima addidit sicut fuit resurrectio mortuorū et subita curatio leprosorum et diuersorum infirmorū. ¶ Quia ista inq̄ et plura alia innumera fecit dn̄s noster iesus xp̄us miracula soli deo possibilia conata est ei iudaica prauitas cui nūq̄ deest: nec defuit vulpina calliditas alia ōturpare blasphemia. Cōposuerunt igitur libellum: in quo cōtra xp̄m talē mentiti sunt fabulam. Tēpore inquiunt helam regine. i. helene que vniuerse terre israel dominabatur iesus nocri. i. iesus nazarenus venit hierusalem inuenitq̄ in tēplo dn̄i lapidē in quo sedebat olim archa dn̄i. et erat in eo scriptū semhāmephoras id est nomē dei expositū. quicunq̄ vero illius nominis litteras addiscebat et sciebat. poterat facere q̄cquid volebat. Sapientes vero isrl' timētes ne viri israel addiscerent illud nomē et virtute illius destruerent seculū fecerūt duos canes ereos et posuerūt eos sup duas columnas cōtra portā domus sanctuarij q̄cunq̄ igit ingrediebat aliquis et addiscebat litteras p̄dicti nois et exibat canes illi erei latrabāt ei ita horribiliter q̄ perterritus obliuiscebatur nomen et litteras quas didicerat. venit itaq̄ iesus nocri. et ingressus templū didicit illas litteras et scripsit in pergameno. deinde incidit carnē cruris sui et in incisione illa inclusit dictā cartulā dicēdo nomē nullū sensit dolorē et redit caro tis ↄtinuo sicut an̄ erat. Ēūq̄ egrederet de tēplo latrauerūt ei canes erei supradicti. et statim oblitus est nomē. perrexit itaq̄ in domū suaʒ et aperuit crur cū cultello accepitq̄ cartulā vbi erant littere semhāmephoras. i. nois dei expositi vel explanati. et iterū didicit eas. quo facto ↄgregauit. ccc. et. x. de iuuenib⁹ israel: et dixit eis. videte ob hoc me dicūt sapiētes esse spuriū: q2 super israel volunt habere dn̄m. Vos aūt scitis q̄ oēs pphete pphetauerūt sup messiam. et in veritate ego sum ipse. et sup me dixit. Esa. c. vij. Ecce alma cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen eius emanuel. Dauid quoq̄ auus meus pphetauit super me et dixit. dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Genuitq̄ ita mater mea sine coitu masculi v̄tute dei. Ipsi sunt igitur spurij et nō ego. sicut dictuʒ est Osee. ij. et filiorū eius nō miserebor. q2 filij fornicationū sunt. Responderūt ei iuuenes. si tu es messias: ostēde nobis signū. qd̄ signum inquit queritis a me. dixerūt ei. fac claudū stare sicut nos. Qui ait. adducite eū ad me. cōtinuo igit duxerūt claudū ad eū q̄ nūq̄ steterat super pedes. dixitq̄ sup illū semhāmephoras. Illa autē hora claud⁹ sur

rexit et stetit super pedes suos. In clinauerunt ei homines et dicebant. iste sine dubio est messias. Adduxerunt que ei iterum leprosum et dixit nomen posuitque manum super eum et statim curatus est. Accreuerunt ergo ei multi ribaldi gentis nostre. Videntes igitur sapientes qui credebant et israel ceperunt ipsum et duxerunt ad helam reginam. in cuius manu erat tota israel et dixerunt ei. domina nostra in manu istius est sortilegium et facit errare mundum iesus vero nocri respondit ei. Domina olim prophete prophetauerunt super me: quorum vnus dixit Esa.xi. Egredietur palmes de radice iesse et ego sum ille. super istis vero dixit dauid. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum. Dixit ipsa: est ne in lege vestra quod ipse dixit. Responderunt in lege nostra est hoc. sed non est dictum de eo. Sed super eo scriptum est Deut.xviij. propheta autem ille morietur: quia locutus est iniquitatem contra deum. De messia vero dictum est in diebus eius saluabitur iuda. Dixit ille iniquus: et ait regine. ego sum ille qui resuscitabo mortuos. Misit itaque regina fideliores quos habebat cum ipsis: et fecit impius ille reuiuiscere mortuum per semhamefores. In illa hora obstupuit regina: et dixit vere magnum signum est hoc deditque sapientibus verecundiam et exierunt confusi a conspectu eius. Fuitque ipsis et israeli dolor magnus. Iuit autem iesus nocri in galyleam superiorem iuerunt sapientes ad reginam et dixerunt ei. Domina nostra sortilegium est cum isto homine et deuiat creaturas. Misit igitur illa milites qui caperent eum: et non permiserunt homines galylee: sed voluerunt pugnare cum eis. qui ait. nolite pugnare pro me. quia fortitudo patris mei de celo et signa que dedit mihi tenebuntur me. Faciebant itaque homines de galylea aues de luto coram eo. et ipse dicebat semhamefores super eas: et statim aues ille volabant ceciderunt igitur illi in facies suas adorantes eum. Dixit etiam in illa hora vt apportaretur vnus marinus lapis molaris et proiceretur in mari. et vt factum est. Dixit ille impius semhamefores. i. nomen dei expositum et fecit molam illam stare super faciem maris. sed itque super eam. et ait militibus. Ite ad dominam vestram et nunciate ei que vidistis. Deinde surrexit cum eis et cepit ambulare super faciem aque. Abierunt milites et omnia que viderant dixerunt helam regine: que vehementer obstupescens vocauit sapientes et dixit eis. vos dicitis quod hic homo iesus nocri est sortilegus. sciatis quod signa que facit ostendunt eum filium dei. Qui dixerunt ei domina nostra. fac eum venire: et nos detegemus fraudem eius. Interim abierunt seniores israel et fecerunt quendam intrare domum sancti sanctorum qui dicebatur iudas scarioth et dicit litteras semhamefores. eo modo quo eas didicit iesus nocri: et fecit incisionem cruris et alia que ipse fecerat. Venit igitur ille nocri. i. nazarenus cum societate sua et stans coram regina fecit venire sapientes et ille stans coram regina dixit super me prophetauit dauid. quia circumdederunt me canes synagoga malignantium obsedit me. Sed et super me dictum est illud. hier.i. Ne timeas a facie eorum quia ego tecum vt liberem te dicit dominus

Sapientes vero contradicebāt ei ꝛ ait regine ascendā in celū. ꝛ sic dixit dauid sup me psal. cv. Exaltare sup celos deus. eleuauitq; manus vt alas p nomē semhāmephoras explanatū: volauitq; iter celū ꝛ terrā qđ qñ sapiētes israel viderunt. sic dixerunt ad iudā scarioth: vt diceret semhāmephoras ꝛ ascēderet post eū qui ascēdit ꝛ luctatus est cū eo ꝛ ceciderūt ambo et fregit sibi ille impius brachiū. ꝛ sup hoc ope singulis annis xpiani plorāt ante pascha suū. hora illa ceperūt illum israel ꝛ operuerūt eū pānis ꝛ pcutiebant eū virgis malagranatorū dicentes. helam regine. Si est filius dei dicat qui pcussit eū. ꝛ nesciuit dicere. Dixit itaq; regina sapientibus. ecce in manibus vestris est facite ei quicqđ placuerit in manib⁹ vestris. Ceperūt ergo eū ꝛ duxerūt ad suspēdendū. omīe vero lignū vel arbor in quo suspendebať statim frāgebatur: ipe quippe per semhāmephoras adiurauerat oīa ligna ne susciperēt eū. Abierūt itaq; ꝛ adduxerūt stipitē vni⁹ caulis qui nō est de lignis. sed de herbis ꝛ suspēderūt sup illū. neq; eñ hoc est mirū. qꝛ singulis annis crescit tm̄ vnus caulis in domo sanctuarij. ꝗ descēdūt de eo cētū libre seminis. ¶ Ex his poterit aiaduertere quisq; prudens. ꝗ tanta fuit miraculorū dñi nostri iesu xpi euidētia: tanta magnitudo ꝛ multitudo: tanta excellētia ꝛ certitudo. ꝗ iudaica prauitas quo erūperet nō hēbat. cōfugit igitur ad pprīū suū qđ est mentiri libellū mēdacij plenū atq; blasphemijs turpibus cōponens hec sub cōpēdio sumpta sūt. impletūq; est in persona xpi qđ scriptū est p pphetā Osee. vij. Ue eis qm̄ recesserūt a me: vastatio eis: qꝛ pͣuaricati sunt in me. ego redemi eos: et ipsi locuti sūt cōtra me mendacia. ¶ Est aūt hic notandū ꝗ iudeorū fatua falsiditas apud intelligētes xpi fideꝫ adiuuat. vnde se nocere putat. Et si quidē ipi qđ asserunt dñm iesum talia in veritate fecisse lꝫ in nomis dei virtute miracula ostēdunt: pculdubio tantā miraculorū eius fuisse excellentiā ꝗ eam ipsoꝝ impietas demonibus nequiuit ascribere: tantaq; fuisse eorum euidētia ꝗ nequaq̄ ea ipsorū inuidia valuit suffocare. At vero per taleꝫ modū. i. per semhāmephoras: hoc ē p nomē dei explanatum siue expositū dñi iesu miracula fuisse facta delirāt trāslucet eorū mēdaciū si sit qui diligēter īspiciat. Si verū nāq; fuisset ꝗ aliquod nomē dei apud eos esset cui deus talem virtutem ꝛ talē efficatiā pstitisset pfecto inuissēt se eo tpe vespasiāi ꝛ tyti ꝛ fecissēt ꝗ hierlm nō potuisset capi ꝛ iudei occidi ꝛ captiuari eo mō quo infra dicet cōsideratiōe. ix. vel etiā virtute huius nois volassent in celū vel omēs vel saltem aliqui. Deniq; cum helena mater fuit cōstantini impatoris in cuius tēpore dñm iesum fuisse dicūt ꝛ a tempore iesu xpi vsq; ad constantinum ꝛ helenam fuerunt tricenti anni: vt patet p imperatorū romanorū hystorias. manifestuꝫ ē iudeo i supradicto libello fabrica

tiones esse mendacij. ¶ Notādum etiā q dicit beatus Aug. Preuidēs inquit dñs iesus impios quosdā futuros q̄ miracula eius calumniarēt magicis artib⁹ attribuēdo pphetas ante pmisit. Nunqd enī si mag⁹ erat magicis artibus fecit vt coleret. nūquid ꝛ mortu⁹ magus erat ꝛ anteq̄ natus. prophetas igit audi et lege qui ante dñm venerūt. Forma igit sumpta ex verbis sancti augustini dicamus iudeis esto q suspicari potuerit dñm nostrū iesum christū per artem aliquā vel p virtutē supradicti nominis dei fecisse miracula vt ipsi calumniant. p quā artem queso anteq̄ natus esset per quadringentos annos ꝛ vltra aduētui suo ꝛ toti vite sue. necnō ꝛ factis suis ꝛ dictis atq suoꝝ tā cōgrua: vt pꝫ ex pdictis ꝛ dicēdis patebit dicta reddidit pphetarū. sermo nāq pphetīcus et maxime de aduētu messie qui cūq a iudeis exponit iudaice semper ꝛ vbiq renitit iuxta eoꝝ expositionem absurdā. ꝛ icōpossibilia cōtinet et inuenit mēdax. Qn̄ vero de dño iesu ꝛ sibi pertinētib⁹ accipit vt ex solis etiā que dicta sunt haberi potest. occurrit. cōsentit. cōsonat ꝛ obedit. nihil impossibile. nihil absurdū īgerit ſꝫ inuenit verax. ¶ Adhuc etiā si ipse dñs iesus vt a iudeis sibi est impositū per artē sepe dictā faciebat miracula. p quā artem fecerunt ea post mortē eius apostoli et ceteri discipuli. vt testimonio thalmud patet nō p semhāmeforas. sed per nomē dñi nostri iesu christi. fecisse miracula. Unde sup ecclesiastē: primo cuncte res vel cuncta verba difficiles vel difficilia non potest vir eas vel ea perloqui. Accidit qd̄ Rabie liazaruꝫ bēdama momordit serpens venitq iacob. i. iacob⁹ vir de villa cathanea ad curādū eū ex noīe iesu. i. iesum filiū pādera ꝛ non pmisit cū rabi ismael ſꝫ dixit ei nō licet tibi bendama. ꝛ ait illi pmitte mihi ꝛ ego inducā ꝯ te argumētuꝫ vel auctoritatē q licitū est: ꝛ nequiuit auctoritatē inducere ꝛ faciens homo viuet in eis dictū est de mandatis dei. ꝛ nūq̄ moriat in eis. Itē in libro sebath. hierusalē in distinctione cenomasarcim filius filij. rabiosue filij leui. glutuerūt toxicō. s. vel aliud mortiferū. venit itaq vir ex noīe ysua. i. iesus pāthērim ꝛ sanatus ē vel quieuit: cūq exisset ait ei qūo cōiurasti eū. ait ei vbo tali. Ait ad eū remissius fuisset ei si mortu⁹ non fuisset ꝛ non audiuisset sicut et factū ei fuit sic. i. mortu⁹ est statim. ¶ Si quis diligēter aduertat has duas traditiones in noīe dñi nostri iesu xpi facta fuisse miracula iudaicarum scripturarū testimonio comprobat: porro si dicat q p artē opabant ea apostoli tāq̄ a xpo dño edocti duꝫ viuerent qua arte poterunt dici ea fecisse iā mortui qua ēt arte posteri coꝝ pueri ꝛ puelle ꝛ si per artē quoq isti qua arte ipsoꝝ implorātes auxiliū apd xpm qua arte reliquie ipsoꝝ qua vestes. qua sandariola. qua baculi. pꝫ ergo q miracula xpi ꝛ suoꝝ ita firmiter cōstāt q nulla psit inficiari neqcia. ¶ Notandū ergo q iudei idcirco in supradictis traditionibus ꝛ alibi bēpandera. i. filiū pandera: alibi iehusua pantheria. i. iesuꝫ pāthērie noiabāt qꝛ vt ait iohānes damascen⁹ in. iiij.

lib. leui. quē sanctus lucas a ioseph ascēdēdo. quartū noīat genuit pāthera. pāthera aūt genuit barpanthera. barpātherā genuit Joachin. Joachin vero duxit annā que valde erat honesta et laude digna. quēadmodū vetus āna sterilis eēns p votū et repromissionē samuelē peperit. ita et hec p preces et repromissiones a deo dei attulit genitricē. hec damascenus.

¶ Contendit iudeus pbare q lex moysi non est abolita et hoc sic.



Ecūdū argumētum iudeorū est ad idem scz q lex moysi non est abolita sz adhuc obseruanda et arguūt sic. Si lex bona ē et a deo data obseruāda est cuius eīi decretū erit obseruandū si māda tū dei nō est obseruādū qd eīi cōsiliuz dabant nobis xpiani quomodo illd effugemus maledictū. maledictus q non permanserit in oibus q in lege scripta sunt. legislator nihil excipit sed vniuersalr oia mandat obseruāda. xpiani aūt ad suū arbitriū legis et mandatorum obseruantiā determinant. ¶ Ad ista respondet magister alanus in suo quadripartito li. iii. capi. iiii. dicens. q lex mosayca diuino intellectu ē intelligēda. Respondemus ergo legem bonam et a deo datam ac a deo quicquid in ea scriptū est diuino sensu intellectū suis temporibus obseruatum et obseruandum esse sancimus. ea eīi diuino intellectu intelligenda erant quia si ad litterā accipimus multa repugnantia videmus. cū eīi dicat moyses vidit deus cūcta que fecerat et erant valde bona. Gen. i. Quō in lege dicunt quedam esse mūda et quedā immūda ad litterā quod eīi immundum est quomodo est valde bonum. nec solū ea prohibentur in lege q sui natura homini ad vescendum nociua sunt ymo etiam ea que gustu iocunda et q vsu salubria ad comedendū existunt. licet a deo dicta sunt tamen ad se inuicē ad litteram omnino dissident. In exo. etiā inter alia precepta de faciēdo altare domini moysi ibi pcipit capi. xx. Altare de terra facietis mihi: in sequentibus aūt sic legitur. fecit itaq moyses altare thimiamatis de lignis sethim: et alibi fundauit bases eneas in introitu tabernaculi: multum itaq aduersum videt vt aliud et aliter q dns iubet p moysen ab ipso moyse agatur. Aliō ergo q littera sonat hic accipi oportet. Item ad litteram qūo stare pōt q de pro hibet. Deut. xxii. ne hō aret in boue et asino. Omnis quodcūq aliud tibi placet asino imponere nō vetat lex. et ponere iugum cū asino quare nō licet. Ad pascua ducere bouem cum asino licebit. In pascuis eīi simul esse et pasci lex permittit et arari simul prohibet et interdicit. Si autē propterea vetat q hoc alias immūdum lex dicit quare circa illud cetera q dicta sunt pmittit et solū arare excipitur. equus in lege aīal immūdū esse phibet et alia multa. nec tamen arare bouē cū equo vl alio aīali immūdo in lege phibet. hāc nō solum in his q dicta sunt mādatis sz in q pluribus aliis legalibus cerimoniis cōtrarietatē videmus nisi ea cōpetenti sensu itellexerimus. Discreto

itaqz et diuino sensu hec discutienda. et intelligēda sunt. Si vero legem debito sensu accipim⁹ oia legis mādata debita obseruatiōe obseruare poterim⁹. quedā ad litteram et sine vllo velamine figurarū dicta esse accipiendū quedā vero ad figuram et pfundo velamine obūbrata esse intelligere quedā ad tps obseruari iussa sunt quedā sine vlla tpis determinatione q̄ eni alterius sacramenti pnūciatiua erāt et veritatis figurā fatentur suo tpe manifesto rei atqz veritatis psentia oportuit vt eorū remaneret pnunciatio et figura.

Nam sicut vsu ipso loquēdi vtimur verborum vicissitudinibus dicēdo erit quādiu futurum est ipsumqz erit prorsus obmittentes in psenti assumimus est quodqz ipum iā pterijsse significantes vtimur fuit. Sic in rebus pnūciatiuis alicuius sacramēti vbi pns manifestat sacramentū ei⁹ iam supfluo reseruaret figura seu signū q̄ alicuius misterij significatiua nō erāt sed a parte seu fidei veritatē insinuant seu carnis edificationē cōmendāt ea a iudeis et xpianis nō ad tēpus sed imppetuū obseruanda sunt earūqz transgressio nullo modo potest inulta esse. hec Alanus.

Contendit iudeus probare q diuine sanctiones veteris testamenti non sunt mutate.



Ertiū argumentū iudeorū ē ad pbādū q diuie sanctiōes veteris testamēti nō sunt mutate. Arguunt ergo ꝯ xpianos sic. Si smo dei ad tps obseruād⁹ ē eoqz smone ānullato alio tpe ali⁹ obseruād⁹ ē. Sicqz p tpm vicissitudies diuie sanctiōes mutātur q pacto ratū non erit qd dr. ps. cxviij. Ineternū dñe pmāet vbū tuū et illd. Mat. xxiiij. Celū et terra trāsibūt vba aūt mea nō trāsient. qd interest cur de⁹ hoc aial imundū iudicet illud mūdū. hoc vti pbibeat. illo vti pmittebat qs eni adiuuit vt dr ysa. xl. spiritū dñi. aut qs ei⁹ ꝯsiliarius fuit vt illud agi pmittat illud pbibeat iussit obsequēdi ergo ei obsequēdū ergo ei obseq summa virtus ē. pbibuit fieri. ergo iā nō licet idqz si postea fiat peccatū esse dicimus ac pena debita puniēdū: vt ergo seruem⁹ figuras cōtēnemus litteras. vt seruem⁹ alterū q̄ ratio est dānare alterū. Seruem⁹ litterā. seruemus et littere figurā. maneat parua sensu nro littera. maneat vt vestro et addat spiritualis et ꝯcessa nobis sit a deo mysterij latentis intelligētia. Abstineamus a pctō qd lex iubet: abstineamus et ab eo si quod ē quod per porcum figuratur peccatum. Non aremus cum boue et asino quia id legislator prohibuit. et si qua intellexeritis per asini et bouis copulamen pbas est euitare. immo peccatum est non euitare ita et de ceteris ita enim lex adimpleta. et adimplenda esse censetur et adimpletur. Solutio predicti alani vbi supra q in nouo testamento diuine sanctiones veteris testamenti non mutantur sed adimplētur. Dicit ergo q sermo diuin⁹ in nullo annulat. diuine sanctiōes nō mutant q christus nō venit soluere legē sz

adimplere. vnde ipse ait Math. v. Amen dico vobis iota vnum aut vnus apex nō preteribit a lege donec oīa fiant. non igit vult eam soluere sed adimplere vt patuit supra li. i. arti. vi. & in pēo thezauro quarti puncti eiusdem articuli. Lex em̄ prohibet homicidiū xp̄s iram et odiū. lex em̄ prohibet homicidium carnis. xp̄us etiam ipsum appetitum cordis. nobis lex prohibet vti carne porcina et eo tūc ab ea animante abstinentia nobis necessaria erat: quoniam veritatis future figura erat & figura seruanda erat donec adesset ipsa veritas figure iaz p̄sens adest q̄uis abstinere liceat vt multi nostrorum abstineant non solū ab ea sed etiam omni carne. vino & eodē iudice seuerum quisq3 tuetur. Moyses carnē suillam immundā noiat vti ea p̄hibet & propterea dicitis q̄ vti ea nō licet Moyses nō alius sed idez ipse carnem suillam dicit mundā et valde bonam & eam ad vescendū sicut cetera scribit deum fecisse bonā. Et ideo dicit quod vti ea licet. Postq̄ enim enūerauit deū creasse vniuersa pisces maris volucres celi. cūcta animātia terre in quibus anima viuens est. nō lōge infra subdit. vidit deus cūcta que fecerat & erāt valde bona: qđ valde bonū ē nulla ex pte malū est. quod vero nulla ex pte malum est quō malū & imūdū est. Quicquid ergo in carne suilla necesse a deo facta cōsideraī mundū & valde bonū est. atq3 vti lz: q2 vō p hoc aīal voluptas & immūdicia figuraī. immūdū ꝑpter hoc animal eē iudicaī. et ea imūdicia vti nō licet. Si ergo hoc mundū & immūdū animal esse intelligitur: & eo vti & nō vti a deo nobis pmittitur. eadē ratione licet in boue & asino arare. & p̄hibetur ne aremus in boue & asino si melius non pōt q2 deus permittit qui hec oīa humanis vsibus creauit. Sed bos qui vngulā scindit & ruminat et ad excollendam terrā oīno ydoneus ē p̄dicatorē ecclesie discretū designat in his que agit sensum habētez qui mādata dei meditaī. Hic apō se meditando ruminat die ac nocte nō solum sibi vtilis sed et aliis huic non est associandus in p̄dicatione: alter moribus etiā indiscretus sensu. ideo ta. & litteris imperitus q̄ nō solum verbo est inutilis sed suo exemplo aliis nociuus existit. ¶ Quod etiaz lex q̄tū ad litteralia abolita sit auctoritates sequētes ostēdūt: ait em̄ dn̄s per prophetā Ihere. xxxi. & ad hebreos. viii. ꝯsummabo testamētū nouū super domū iuda & sup domū israel. Quid vocauit testamentum nouum nisi legē euāgelicā qua superueniente debuit cessare quia simul seruare non pōt: vtraq3 adueniente enim veritate debet vmbra cessare Et ysa. legiī sacrificia vestra odiuit aīa mea. Item dauid ait in ps. l. Quoniā si voluisses sacrificiū dedissem vtiq3 holocaustis nō delectaberis. Itē dauid sacrificiū & oblationē noluisti aures autem p̄fecisti mihi. holocaustū ēt ꝓ peccato non postulasti: tūc dixi ecce venio: & alibi nō in sacrificiis tuis arguam te. holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. non accipiā de domo tua vitulos: neq3 de gregibus tuis hyrcos. Itē videbimus etiam in magna parte ea que ptinēt ad le

gem veterē cessare nō eñi ē apud iudeos sacrificiū vel hostia: nō ꝓpheta non rex: nō tēplū: nō locus sacrificij. ꝛ quid iremus p singula in maxima parte abolita ē lex. videt ergo ꝙ lex moysi iam locum nō habeat.

¶ Contendit iudeus ꝓbare ꝙ circumcisio perpetuo sit duratura.



Uartū argumentū iudeoꝝ ↄtra nostrū fidei fortalicium ē de circūcisione quā affirmāt duraturā ꝑpetuo ꝛ consequēter legem moysi: arguūt sic. Idē iudiciū videt esse quantū ad duratione a parte post de lege antiqua ꝛ de circūcisione: hoc eñi xpiani cōcedūt: sꝫ circūcisio ineternum debet durare in populo dei: ptꝫ qꝛ Geñ. xvij. dat in fedus sempiternū ergo ꝛ lex dꝫ eē sempiterna. ¶ Licet ad illud argumētū data sit solutio supra. li. i. ar. vi. in puncto. ij. Verumtamē vt adhuc clarius cecitas iudaica cognoscat in hoc passu nolo silentio pertrāsire. Dicendū ergo ꝙ in veteri lege duplicē inuenimus circūcisionē vnam carnalē quā ipsi obseruant: ꝛ aliā spiritualē de qua dicitur Deut. x. circūcidite igit preputiū cordis vestri ceruicē vestrā non induretis. et Iere. iiij. Circūcidimini ꝛ auferte preputiū cordium vestroꝝ viri iuda. Sic etiā distinguere possum⁹ de eterno ꝛ sempiterno qꝛ habet duas significatiōes. Interdū eñi ponitur ꝓ eternitate simpliciter vt i psal. Tu aūt dñe ineternum ꝑmanes. Et illud. Iere. x. Dñs aūt de⁹ verus est ꝛ ipse deus viuēs et rex sempitern⁹. Aliqñ vo accipit ꝓ duratiōe finita q̄le ē illud. i. Reg. xxvij. Credidit g achis dauid dicēs multa mala opat⁹ ē ↄ ppl'm israel. erit g mihi seru⁹ sempitern⁹. manifestū ē ꝙ hic accipit sempiternū ꝓ duratiōe finita qꝛ nō poterat plus durare ista seruit⁹ ꝙ eoꝝ vita. simile habet Gene. xxvij. vbi dr ꝙ oderat semp esau iacob: qñ ergo dicebat ꝙ circūcisio dꝫ durare i sempiternū si sit sermo de circūcisiōe spūali indubitāter ē verū qd simplr ineternuꝫ dꝫ eē in pplo dei ꝛ aīa q̄ ē cū ꝑpuntio peccati ē extra ppl'm dei ꝗtum ad meritū. Si vo loquaris de circūcisiōe carnali accipe similr sempiternum scdo mō dictuꝫ. ꝙ ꝗdiu lex durauit q̄ soli vni populo pcipiebatur debuit durare signū quo ille populus ab alijs gētib⁹ distinguebat et cessante lege signū ēt debuit cessare. Et iō dr Geñ. xvij. ꝙ circūcisio data ē in signū ꝑpt qd ꝗdiu ille populus separatus fuit ab oī gente in deserto nullus eoꝝ circūcisus fuit sed qñ intrātes terrā ꝓmissiōis plenam diuersis populis oēs simul fuerunt circūsi in galgalis vt habetur Josue. v. capitulo.

¶ Cōtendit iudeus ꝓbare ꝙ si sabbatum cessat lex noua non est a deo.



Uintū argumentum iudeoꝝ ē de sabbato ex cui⁹ cessatiōe arguunt legē nouā non esse a deo sic. Illa lex q̄ ↄ̄rat p̄ceptis diuinis nō ē a deo sꝫ lex euangelica ē hmōi ergo nō ē a deo: maior est manifesta qꝛ de⁹ nō pōt sibipsi eē ↄ̄ri⁹: sed minor ptꝫ de obseruatiōe sab-

bati quā deus pcepit in veteri lege. lex aūt euāgelica hui⁹ obseruantiā tollit et phibet. ergo ē ꝯtria deo: nō ergo ē a deo. ¶ Respōdet ꝙ in tali pcepto duo sunt ꝯsiderāda. Primū est ꝙ ppter reuerētiā dei cessabat ppl's ab oī ope seruili vt liberi⁹ diuinis vacare posset et istud erat morale. p hoc eīn pcipiebat ꝙ hō aliqd tpe vacet rebus diuinis iuxta illud ps. xlv. vacate et videte qr ego sum de⁹. et ſm hoc cōputant inter pcepta decalogi moralia et lex q̄ hāc obseruātiā in se phiberet eēt ꝯtria ordinationi diuine et nō posset eē a deo: sz lex euāgelica hāc obseruantiā non tollit sz pcipit vt pz de dieb⁹ dn̄icis et aliis festis in noua lege ordinatis. Sed cōsiderandū ē in dicto pcepto erat taxatio tpis vel diei. s. ꝙ hec obseruātia fieret tali die determinata. et istud erat cerimoniale. et ideo hoc mutari potuit et debuit ppter rōnabilē causam. Iudei enim colebant diē sabbati in memoriam creatiōis rerum qđ innuit moyses Exod. xx. dicēs. Mementovt diē sabbati sanctifices. Sex dieb⁹ fecit de⁹ celū et terraz et reqeuit die septimo ac si dicat. cōpleto ope creatiōis statim debuit ordinari dies cōmemoratiua ipsius creatiōis. hō etiā fuerat factus sexta die et iō primū diez post sui creationē ds expendere singulariter ob reuerētiā dei. ceteros vero ad sui necessitatē. In noua autem lege illa dies q̄ debuit obseruari ad vacādum deo nō solū debet nobis reducere ad memoriā bn̄ficium creationis sed etiā innouationem spirituale3 que inchoata est in xp̄i resurrectione. et ideo sabbatum mutatum est in dominicam diē in quo xp̄s resurrexit. Significat etiā dominica que est octaua dies. octauaz diem resurrectiōis in qua perfectā requiem expectamus. Hic ē ꝙ messias noster dn̄s iesus christ⁹ postq̄ factus est triginta annorū soluit q̄tum ad partem istā sabbatū curandū in eo infirmos. et dando eis licētiam lectulos asportandi. Johan. v. et spicas discipulis suis esurientibus confricandi. Marc. ii. Ceteruz quemadmodū de circūcisione dictū est probatumqz ꝙ data fuit in signū sic et sabbatum vt habet Exo. xxxi. capitulo. sabbata mea seruabitis qr signum sunt inter me et vos ac generationes vestras. Item in libro bi3a. i. omīsperc. q. yom tob. taliter scriptum est. Dixit Rabi Johanna. De pceptū ꝙ dedit deus sanctis et benedictis israeli dedit eis publice preter sabbatū qđ dedit eis in secreto sicut dictum est Exodi. xxxi. Inter me et inter filios israel. si sic est nō sunt obligati. goy. id est christiani vel alie gentes ad sabbatum. Et omnibus his patet ꝙ non sunt obligati ad seruandum sabbatum christiani nec alie gentes. ¶ Item contra obseruantiam circūcisionis et sabbati adducitur ratio non parum efficax ex duabus traditiōib⁹ sicut notatur in pugione cap. xi. tertie partis. iii. distinctionis. quarum prima est illud quod in myJras tulym. i. glosa psalmorum taliter scriptum ē. ps. lxxiiii. Et oīa cornua impiorū ꝯfringā et exaltabunt cornua iusti. cornu nō ē dictū sz cornua. Decem eīn cornua sunt q̄ dedit de⁹ sancto3 et bn̄dict⁹ israeli. Cornu abrahe

de quo dictum est ysa. v. vinea fuit dilecto meo in cornu filij olei. cornu ysaac. de quo dictum est. Gene. xxij. Et ecce aries vnus retentus in densitate p cornua sua. Cornu ioseph id est cornu regni de quo dictũ est Deutero. xxxiij. ꝛ cornua rinoceron tis cornua ei⁹. Cornu moysi de quo dictũ ē. Exo. xxxiiij. q꞉ cornuta erat cutis faciei ei⁹. Cornu ꝓphetie de quo dictũ ē. i. Reg. ij. ꝛ orauit ãna ꝛ dixit. exultauit cor meũ in dño ꝛ exultatum est cornu meũ. Cornu legis de quo dictũ est Abacuk. iij. Et cornua duo de manu ei⁹. Cornu sacerdotij de quo dictũ est. ps. cix. Cornu eius exultabitur in gloria. Cornu leuiticũ de quo dictũ ē. i. parali. xxv. omnes isti filij hemã. vidẽtis regis in verbis dei ad exaltandũ cornu. Cornu hierusalẽ de quo dictũ ē. ps. xix. Et a cornibus vnicorniũ exaudisti me. Et cornu regis messie de quo dictũ est. i. Reg. ij Et dabit fortitudinẽ regi suo ꝛ sublimabit cornu messie sui ꝛ sic ē dicẽs. ps. cxxxi. Ibi germinare faciã cornu dauid paraui lucernã messie meo. Quãdo autẽ peccauerunt israel ablata fuerunt eis ꝛ data sunt gentibus seculi. sicut dictũ est. Daniel. vij. c. Post hec videns fui in visione noctis. et ecce bestia quarta terribilis atq mirabilis ꝛ fortis nimis ꝛ dentes ferreos habebat magnos comedit et comminuit et residuum pedibus suis conculcauit et ipsa dissimilis ab omnibus alijs bestijs. que fuerũt ante ipsam et cornua decem habebat. assimulate sunt enim gentes similiter hmõi feris et omni tempore in quo gentiũ seculi cornua fuerunt stantia. Cornua israel erunt cõfracta sicut dictũ est trenorũ. ij. Cõfregit ĩ ira furoris omne cornu israel. ¶ Qualiter autẽ legalia deus iudeis abstulerit per ratiões et signanter sabbatũ et circũcisionẽ et qualiter eis ista duo et alia dyabolus restituerit habet apud eos in thalmuth in libro mayla ipereq. i. distinctione q̃ incipit ꝙ semzbbac. Quadã vice decreuit regnũ nequ. i. romanũ ꝙ non seruarẽt iudei sabbatum ꝛ ꝙ nõ circũciderẽt filios suos ꝛ vt cognoscerẽt mẽstruatas. Tũc iuitrebi ruben. cercinauitq se more. s. romanorũ. Cũq iuisset et sedisset cũ eis ait illis. qui hꝫ inimicum depauperet eũ vel ditat. Dixerunt ei depauperat Dixit eis si ita ẽ non faciãt iudei opus in sabbato vt depauperentur. Dixerũt romani benedixit abrogaueruntq decretũ. rursumq etiã dixit eis. q̃ habet inimicum debilitat eũ an fortificat dixerunt ei debilitat ait eis si ita est circumcidant filios suos octaua die vt debilitẽtur. dixerũt optie dixit ꝛ cessauerunt illud. Iterũ dixit eis qui habet inimicũ multiplicat eũ an diminuit eũ. Dixerũt ei diminuit. Ait eis si ita est nõ cognoscãt menstruatas dixerunt benedixit et cessauerũt illud. Demũ ꝑpẽderũt ꝙ iude⁹ erat ꝛ restituerũt decretũ vt prius. Dixerũt ergo iudei q̃s ibit ꝛ irritabit statutũ istud vadat. Rabi symeon q̃ didicit facere signa ꝛ mirabilia. Post eũ vo vadat rabi eleazar. Egressus est eis itaq obuiã vẽtamalyon. i. demoniũ sic vocatũ ꝛ ait. Est placẽtia vr̃a vt vadã vobiscũ. flenit rabi symeon ꝛ ait ãcille dom⁹ pr̃is apparuit

angelus ter. nobis autem nec semel veniat ergo miraculum vndecunque. Processit igitur ventamalyon. et intrauit in filiam cesaris. Cumque peruenissent dixerunt ventamalyon egredere vocatus ergo egressus est et abijt Dixitque iudeis cesar. Postulate quicquid est vobis ad postulandum. Introducti sunt igitur in domum thesauri vt tollerent quicquid vellent: inueneruntque cartam illam in qua scriptum erat dictum statutum et ruperunt eam hucusque thalmuth. ¶ Animaduertat prudentia tua lector quod per istas duas traditiones habetur euidenter quod deus abstulit a iudeis per romanos sabbatum et circumcisionem et alias cerimonias. confregit quippe in ira furoris sui omne cornu eorum de quibus vnum erat lex vt paulo ante dictum est: et nunquam restituit eis nec per se nec per angelum nec per prophetam nec per alium virum sanctum Sed ipsi iudei recuperauerunt circumcisionem et sabbatum et cetera huiusmodi per dyabolicum miraculum vt in proxima traditione ostensum est. Nullus ergo vlterius nisi sit demoniacus conseruare debet ea que deus abstulit. et dyabolus talibens se iudeis viribiliter ingerendo instituit quando enim vel vbi vnquam scienter dyabolus bonum homini aliquod nisi forte vbi prospexit malum maius et mortem pessimam sibi ex eo iminere finaliter procurauit cui vnquam boni aliquid nisi fallendi studio persuasit. numquid non ipse est qui primos homines quasi eis vtiliter consulendo fefellit nonne ipse est qui contra sanctum iob ipsum etiam dominum prouocauit. Job. ij. c. An ignorant iudei miseri quod dyabolus fuerit qui patres suos ad adorandum vitulum mentiendo protraxit. vt habetur in libro sabath impereq. qui incipit dixit rabi aquiba in fine quadraginta dierum venit sathan et perturbauit mundum et induxit tempestatem maximam in aerem et dixit israeli. Vbi est moyses Dixerunt ei. Ascendit in altum. Dixit eis iam peruenerunt sex hore et non respexerunt super eo. Ait ergo mortuus est et non curauerunt super eo Ostendit ergo eis similitudinem feretri eius in nube. hinc est quod dixerunt ad Aaron quia hic moyses vir qui fecit nos ascendere de terra egypti nescimus quid factum est ei. et quid scriptum est. consequenter et dixit Aaron. abrumpite inaures auri que sunt in auribus etc. et accepit de manibus eorum et formauit illud in forma et fecit illum vitulum fusorie et dixerunt Isti sunt dij tui israel etc. His sic premissis dicatur iudeis vt attendant que sit eorum prudentia quis sensus qui dyabolum nolunt habere suspectum in recuperatione circumcisionis et sabbati. qui patres eorum ad faciendum et adorandum vitulum et ad attribuendum sibi magnalia que deus fecit mendacijs et falsis prodigijs tam studiose pertraxit. Euidenter ergo apparet quod intentio et studium dyaboli ac voluntas erga homines nunquam est nisi mala: quare satis est manifestum quod grandis est stultitia et quam magna insania et quam immensa iudeorum vecordia quod circumcisionem et sabbatum et alia que deus eis abstulit: et dyabolus reddidit non cessant obseruare. ¶ Supradictis adhuc videtur addendum id quod de sabbato scriptum est in bereshith minori vbi dicitur Gen. ij. et benedixit deus

dies septimã. dominus rufus nequã
quesiuit a Rabi aquiba et ait ei quid
est inter diẽ et dies: dixit ei rabi aq-
ba et quid est inter virum et viros: di
xi ei quid dixit tibi: et quid dixisti mi
hi. Ait ei dixisti mihi in quo differt
sabbatũ ab omnibus aliis viris. Di
xit sibi decedit rex propter gloriam
suam sic quoque voluit deus istuz diẽ
honorare: vnde tu facies me scire
istud. Dixit ei fluuius sabatianus ar
guit hoc qui trahit lapides p totaz
septimanam et in sabbato quiescit.
Dixit ei delõge attractum tu trahis
mihi. Admiror dixit ei. Ecce ille q̇
facit ascendere mortuos arguit: om
ni nãque die est ascendens et nõ in sab
bato. Iuit et tẽptauit in patre suo q̇
ascendit omnib9 dieb9 et in sabbato
nõ ascẽdit post sabbatum sciscitat9
est eum et ait ei pater: ex quo mortu9
es fecisti te iudeũ: admiror q̃obrem
ascendisti omnibus dieb9 hebdoma
de et in sabbato non ascendisti. Ait
illi omnis qui non obseruat sabba-
tum sponte sua apud vos obseruat
cum hic malo velle suo: dixit ei: et cu
iusmodi labor ẽ vobis ibi. Ait ei om
nibus diebus septimane iudicamur
in sabbato autem quiescimus: reuer
sus est ad rabi acquiba: et dixit ei. Si
est secundum verba tua ꝙ deus san-
ctus et benedictus per quietem in
sabbato vult honorare q̃nõ mittat in
eo ventos. non faciat descẽdere plu
uias. nõ fluctuet mare invndis suis
Dixit ei rabi acq̇ba habet se in istis
deus sicut is qui trãsfert perl q̃ttuor
vlnas. ¶ Si vis lector figmẽta hec
iudaica contra ipsos conuertere di
cas quẽadmodũ fluuius supra fict9
fuit signum obseruandi sabbati quã
do per totam hebdomadaz currebat
trahendo lapides et quiescebat in
sabbatis vt ipsi fabulantur: sic est
nunc efficax argumẽtum non obser
uandi sabbatuz quia nusq̃ sub celo sit
fluuius qui magis quiescat in sab-
batis q̃ in ceteris diebus. Per totũ
quippe mundum discurrunt merca-
tores qui sicut ducunt medicinalia
variaque pigmenta ex india que ẽ in
oriente vsque ad hyspaniam que ẽ in
occidente et a meridie vsque ad septẽ
trionem que est vsque ad anglicos: et
norwegios et scotos et sic vsque ad to
tum mundum: quod si verum esset in
uicem sibi narrarent et nomen puin
cie vbi talis esset fluuius iudeis p-
curantibus non tacerent. ¶ Itẽ ma
gister iohãnes valisoletanus cõuer-
sus in libro de concordia legum di-
cit ꝙ istud de lapidum flumine non
est verum: nec dicit hoc per aliquem
sapientem nisi per cõtratem ipsoruz
rabinorum iudeorũ ad ipsorum con-
fortationem et gaudium sui cordis
quoniam hoc nõ scribitur in aliqua
scriptura autẽtica: nec in aliq̇ libro
aristo. de mirabilibus locorum nec
in aliq̇ alio loco sz in libris solũmo-
do iudeorum ad ipsorum cõfortatio
nem explicatur: hec ille. ¶ Ad aliud
vero figmentum de mortuo nõ ascẽ
dente in sabbato dici potest ꝙ dya-
bolus ventamalyon vel aliquis ali9
potuit assumere figuram patris ru-
fi antedicti et facere ac dicere que di
cta sunt vt iudeorum circa obseruan
tiã sabbati cõfirmaret errorẽ. ¶ Ad
tertium denique ꝙ qui non obseruat
apud nos spontaneũ sabbatuz apud
mortuos obseruabit cuz coactus etc.
vt supra: ergo abraham et multi aliĩ

sancti qui nunquam coluerunt sabbatum punientur per totam septimanam cum infidelibus et compulsi requiescent in sabbato: hoc autem falsum esse quis dubitat. Quod autem abraam non coluerit sabbatum habetur in beresith. mi noersup illud Gen. ii. vbi dictum est Et benedixit deus diem septimam: dixit rabi iohanan abraham non est scripta de eo obseruantia sabbati hec ex pugione vt supra. ¶ Possumus etiam nobis assumere demonstrationem quod sabbatum verum quod significat quietem vt patet deutero. v. c. sabbatum i. quies domini dei tui est dies dominica quam nos christiani obseruamus quoniam secundum sapientes iudeorum thalmuth vt notat magister iohannes vallisoletanus conuersus in libro de concordia legum: titulo. iiii. c. x. prima coniunctio solis et lune que fuit in principio creationis mundi facta fuit die lune ad quinque horas et ducenta et quattuor minuta hore. Et quia textus non dicit nisi sex diebus operaberis et die septima requiesces et non dixit qua die signata inciperent computari illi sex dies esset rationabile quod computatio inci piat a die istius coniunctionis solis et lune: quia hec duo luminaria distinguunt diem et noctem. Que coniunctio vt predicitur facta est die lune et sic dies septima est dies solis que est dies dominica vt obseruamus christiani. Est etiam alia ratio quoniam in ista die saturni quam iudei obseruant est magna mutatio secundum stellas ex diuersitate dierum et locorum secundum longitudines terrarum quia ierusalem est in longitudine. lxvi. graduum. Et ista terra vallisoletana regis castelle est in longitudine. lxvi. graduum: et est differentia inter ierusalem et istam terram plus quam quattuor horarum. Item est alia differentia inter ista secundum motum puncti altioris spere none per quem mouentur poli: et sic a tempore quo lex moysi data est vsque ad ista tempora est facta mutatio et differentia plus quam per quinquaginta gradus et isto polorum motu mutate sunt longitudines et latitudines, et mutati sunt dies et noctes in omnibus mundi partibus vsque ad ista tempora et secundum diuersitatem terrarum supradictam hodie iudei vnam horam illius diei sabbati sibi precepti non obseruant nec illam met diem a moyse illis temporibus institutam: talis mutatio potest clarissime cognosci ex mora quam fecit sol spatio vnius diei stando immobiliter tempore Josue et etiam ex retrocessione solis decem lineis in horologio achaz tempore regis ezechie. ¶ Et si iudei dicunt secundum supradictam rationem quod idem debet iudicari de die dominica secundum christianos. Respondeo quod hec obseruantia quam obseruant christiani non dependet a die dominica ratione diei dominice sed ratione resurrectionis christi veri messie in qua die ipse resurrexit: nec obest mutatio facta ex quo manet ipsa principalis et precisa causa quare fit scilicet memoria creationis mundi et resurrectionis sancti messie et adhuc non obligarentur seruare predicta: nec etiam sacrificium: et obseruationes septimanarum et pollutionum et aliorum similium posito quod ad terram pristinam reducerentur quod est impossibile propter diuersitatem locorum terre secundum longi

tudinem et latitudinem et terraruȝ etiam constellationes secūdum imaginationem sapientum ⁊ iste est magnus defectus legis: scilicet ꝙ omnia que legis erant nō obseruari debebant in omni loco mūdi quod nō est in lege christi veri messie quia in omni loco ⁊ quacunqȝ parte terrarū tenentur christiani legeȝ sancti messie firmiter obseruare. ¶ Sanctus bernardus in suo euangelio eterno assignat duodecim priuilegia diei dominice propter que sabbatum nō immerito in dominicam dieȝ mutata est. Primum est ꝙ fuit prima omnium dierum. Secūdum ꝙ erit vltima dies presentis vite. Tertium qꝛ diem dominicū nulla precessit nox. Quartum ꝙ ei nulla nox subsequetur. Quintuȝ quia in eo creauit de⁹ celum ⁊ terram. Sextum quia in eo creati sunt omnes angeli a deo ⁊ boni in paradiso gratificati ⁊ glorificati sunt ⁊ econtra mali angeli in eodē die peccātes de celis ad inferos expulsi sunt. Septimū qꝛ secundū orosium in die illa primo precepta data sunt filiis israel. Octauum quia in illa die christus icarnatus est. Nā vt testatur magister hystoriaruȝ die qua dixit deus fiat lux visitauit nos oriens ex alto ⁊ christus incarnatus est. In huiusmodi mysterium ⁊ figuram datum fuit māna in die dominico sicut ait sup Exod. origenes. Hoc quidem probat per hoc ꝙ in .xvi. capitulo dictū est. Sex diebus colligetis illud: die autem sexta duplū colligetis. patet enī diem sextam vocari illum qui sabbatū precedebat qui est feria sexta ⁊ et hoc patet ꝙ manna die dominica datum fuit. Si enī sex diebus continuis collectū fuit. septima autem die cessatū est ⁊ p cōsequens manne initiuȝ a prima die dominica exordium sumpsit. Nonuȝ quia in die dominica christus destructis inferni claustris captiuam ducens captiuitatem ac sanctorum animas de lymbo eripiens triumphaliter a mortuis resurrexit cuius resurrectio nostre resurrectionis exemplar est. Decimum quia die dominico spiritus paraclytus discipulis datus est. Undecimum quia in die dominica erit resurrectio mortuoꝝ et reddet deus vnicuiqȝ secundum opera sua. Duodecimuȝ quia die dominico erit initium ⁊ continuatio sine fine laudiȝ dei ⁊ domini nostri iesu christi veri messie in gloria sempiterna. Unde esa. vlt. ⁊ erit semen eorum ex sufficientia mensis ex mēse suo ⁊ ex sufficientia sabbati in sabbato suo: istud est seculum futurum quod totū erit sabbatū id est requies. ¶ Et nota ꝙ mensis legitime dicit heredes hebraice: ponitur qȝ apud eos pro perfectione numeri omniū dierum in quibus luna perficit cursum suum. Cum luna quippe cōputant iudei ⁊ non cū sole: mensis ergo hic vt ait beatus gregorius pro perfectione positum est ⁊ sabbatum pro requ e in quo seruile opus fieri non licebat: erit ergo semen eorum id est apostolorum et sanctorum predicatorū facientiū filios spūales ex mensis sufficiētia id est ex sufficiētia pfectionis vite psentis in mēse suo. id est in pfectiōe glīe sue in futuro. Sicqȝ semē auditū et sufficiētia sabbati. i. requei in dieb⁹ dñicis ⁊ festiuitatibus aliis ad audiendū verbū dei

necnon ex sufficientia requiei a vi-
ciis et peccatis in vita presenti erit
in sabbato suo: id est in sempiterna
requie sua invita futuri seculi quod to
tum est sabbatum vt predictum est.
¶ Et si queris quare fuit ordinata
quies diei septime per iudeos die
sabbati et non alia dies septimane.
Respondet supradictus magister io-
hannes in eodem libro titulo. iiij.c.
viij. quod ad hoc fuit triplex ratio. Pri-
ma est quoniam secundum astrologos maior
coniunctio saturni cum Joue fuit in
capite arietis ascendente aquario qui
est domus saturni que coniunctio ne-
cessitauit et coegit populum iudeorum
vt starent in captiuitate egypti qua
dringentis annis et quod inde educeren
tur in manu forti et brachio extento
et quod ibi fierent miracula extra natu-
ram. Et ideo fuit in die saturni dies
sabbati ordinata in memoriam exi-
tus de egypto et in memoriam coniun
ctionis saturni et iouis in domo aqua-
rii vt dictum est. Et ratio quare ma
gis firmauerunt se super saturnum quam
super iouem est quia saturnus est altior
Item quia ascendens coniunctionis
fuit aquarius que est domus saturni
secunda. Item propter alias proprie
tates quas iudei et terra ipsorum ha-
bent cum saturno secundum quod dicunt
astrologi et vlterius declarabo et ideo
ordinatum fuit a iudeis. quod dies septi-
ma quando nihil operari debent quod
esset in die saturni et quod essent in tene
bris et sine candelis etiam que ponunt
astrologi debere obseruari in die sa
turni vt liberentur homines a dam-
nis suis et influentia effectiua. ¶ Se
cunda ratio est quia ista die saturni pla
nete infectiui et damnosi habent sin-
gularem potestatem quoniam prima ho
ra noctis diei sabbati est hora mar-
tis secundum computationem horarum
vt iudei computant ordinando primo
noctem et postea diem: et prima hora
diei sabbati est hora saturni .quia duo
planete sunt damnosi secundum astro
logos et sic in die illa naturali dam-
nosi planete habent suam influentiam
damnosam singularem Et sic scripsit
Rabi abraham in glosa sua quam fe-
cit super decem preceptis super illo spe-
cialiter memento vt diem sabbati etc.
Dixit istud preceptum fuit propter
speram saturni et qualibet die in heb-
domada habent stelle mobiles ipsa-
rum quelibet vnam diem in qua ma
gis apparet ipsarum virtus et quo-
niam vna die in hebdomada quiesce
re tenebantur in signum et memoriam crea
tionis mundi vt dictum est. Ideo ordi
nauit eis Moyses in marath quod ista
dies requietionis esset specialiter et
signanter illa dies saturni que est sab
batum in qua stelle predicte damno-
se habent potestatem et influentiam sin-
gularem vt ab ipsarum damnis et infe
ctionibus tuerentur. ¶ Tertia ratio
est propter potestatem istis planetis
datam super iudeos et terram suam
quia secundum astrologos iudei sunt sub
constellatione Martis et Saturni et
sic per experientiam patet quoniam quando
saturnus est in domo casus sui et ha
bet aspectum a malis et damnosis aliis
stellis tunc euidenter apparet malum
opus aliquod in iudeis et hoc sepis-
sime sum expertus et secundum con
ditiones suas videtur esse de natura
saturni prout dixit Ptolomeus quod de
natura saturni est miseria et casus et
populis captiuus et malarum conditionum vt

dit spiritum descendentem & venientem super se ergo spiritussanctus non venit in iesu nazareno ante baptismum. & tamen tunc erat incipiens annum .xxx. sic ergo .xxx. annis fuit sine spiritusancto. quod inconueniens magnum reputatur a christianis. ¶ Respondetur quod non sequitur. vidit spiritumsanctum descendentem & venientem super se. ergo ante non habuit spiritumsanctum. quia .iiij. Reg. iij. dicitur de helizeo. cumque caneret psaltes facta est super eum manus domini quod intelligitur de spiritu prophetandi. & tamen dicitur de eo ante. ij. c. Requieuit spiritus helye super heliseum. & quod subditur in arguendo nullus venit vbi prius erat dicendum quod verum est eo modo quo prius ibi erat. sed alio modo potest venire sicut dicitur Gen. xviij. vbi dicitur. dixit dominus ad abraam. Clamor sodomorum gomorreorum multiplicatus est. Sequitur descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere impleuerunt &c. non est per hoc intelligendum quod ante deus non esset in sodoma & gomorra. nec videret eorum facta cum de necessitate sit vbique presens. sicut dicitur Hier. xxiij. celum & terram ego impleo dicit dominus. & omnia de necessitate viderit ab eterno. dicitur ergo descendisse & vidisse propter nouum effectum quem fecit ibi. s. subuersione sodome & gomorre. Erat igitur ibi ante sicut conseruans in esse. sed descendit sicut puniens. & similiter tunc dicitur vidisse. quia secundum modum loquendi scripture & etiam hominum deus non dicitur videre peccata quando dissimulat punire. nec per hoc importatur aliqua mutatio in deo: sed in creatura: sic suo modo dicendum est in proposito. spiritussanctus fuit in iesu nazareno ab instanti conceptionis sue per plenitudinem gratie: sicut dicitur Joh. i. vidimus eum quasi vnigenitum a patre plenum gratie & veritatis. & hoc predictum fuit Isa. xi. c. egredietur virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet. & requiescet super eum spiritus domini spiritus sapientie & intellectus: spiritus consilii & fortitudinis: spiritus scientie & pietatis & replebit eum spiritus timoris domini. Dicitur tamen venisse super eum in baptismo per alium modum. s. in signo visibili columbe representantis in christo plenitudinem gratie non tunc accepte: sed prius vt dictum est. tamen plenitudo gratie que latens erat in christo fuit tunc manifesta Johanni baptiste inuisibili signo sicut ei dictum fuit a domino. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritusancto. & per predicationem Joannis aliis fuit dictum. Ideo subditur. ego vidi & testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Illi tamen qui erant cum ioanne quando columba descendit super iesum viderunt cum eo: & vocem patris audierunt: quia columba illa non fuit ymaginaria sed vera & visibilis. & vox diuinitus formata & sensibilis. Fuit autem tunc necessaria manifestatio plenitudinis gratie in christo. Primo vt prophetia Isa. predicta ostenderetur impleta. Secundo quia cito post baptismum erat predicaturus et publicaturus legem euangelicam que est lex gratie. & per consequens actor eius ostendi debuit plenus gratie. Ideo tunc audita est vox patris. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit tanquam in actore euangelii. ¶ Et si dicat iudeus quod tunc erit contradictio in verbis. s. quod erat ibi spiritussan

ctus. et nō erat. veniebat: et nō veniebat. descēdebat et nō descēdebat. Dicendū est q nō sequit q: vera ɔdictio dz esse ad idē et sm idez. et similr in eodē tpe. Nunc aūt vt declaratū est nō similr sed alio mō venit spūssanctus sup iesum in baptismo q erat prius in christo.

¶ Contendit iude9 pbare q iesus xps nō est ver9 de9 quia esuriit.



Eptimum argumētū iudeoꝝ ex euāgelio sumit ex illo. q: dz Mat. iiij. q xps ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctib9. et postea esuriit. Arguūt ergo iudei sic. Cristiani dicunt iesum nazarenū eē deū. et q̄ laus est deo ieiunare. quasi dicāt nulla: q: deo non cōpetit comedere vel ieiunare. propter quod videt derisibile. et adhuc magis illud qd̄ subdit. et postea esuriit et maxime cū moyses q̄ tātuz hō fuit ieiunauit. xl. dieb9 et. xl. noctib9. et nō esuriit. ¶ Solutio istius argumenti ptz ex his q̄ supra dicta sunt in isto. iiij. libro cōsideratiōe. iiij. argumēto. xxij. Ibi eñi declaratū fuit q xps i lege et pphetis pmissus futurus erat verus homo et verus de9 in vna psona. Declaratū est etiaz q iesus nazarenus est ver9 xps iudeis pmissus supra libro. i. i apitiōe. xij. thesaurorū. et p ɔsequēs ipe est ver9 homo et verus deus. Item declaratum fuit ibidem. et sepe alibi. q per passionem suam et mortez operaturus esset nostram salutem propter quod habuit corpus passibile et mortale ante resurrectionē suam. et hoc modo ieiunauit et esuriit. et tandez afflictiones et mortem sustinuit nō in deitate sua: quia hoc est impossibile: sed in humanitate pro nobis assumpta: et sic meruit nobis gratiam et gloriam: et sibi corporis glorificationem. Unde super illud Geñ. xxvi. Et introduxit eaz Isaac: dicit rabi moysen hadersan hic est rex messias quem elegit deus sanctus et benedictus vt coleret eū toto corde daretq cor suum ad petendum miseratiōes pro israel: et ad ieiunandum et humiliandum se p eis: sicut scriptum est Isa. liij. Ipse vulneratus est ppter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. disciplina pacis nostre super eū: et liuore eius sanati sumus. Per hanc traditionē dicti rabimoysen patet q. liij. c. Isa. loquit de xpi passiōe p generis humani salute: quod aūt dicunt iudei de moyse q post illud ieiuniuz non esuriit: falsum est q postea nō comedisset: nec est simile de vtroq: nā manichei dicturi erāt q iesus non habuit carnē humanā ex elemētis cōpositā: sed celestē: ad quos repellendos euangelium mentionem facit de esurie xpi iudei vero hoc non erant dicturi de moyse. propter hoc non oportuit q scriptura faceret mentionem sic de eius esurie.

¶ Contendit iudeus pbare q iesus xps non est de9 q: non dixit dyabolo teptanti in omni verbo quod procedit de ore meo.



Ctauum argumentum iudeorū ex euangelio sumit ex illo qd̄ dicitur in supradicto. c. Nō in solo pane viuit hō

sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Asserunt iudei ꝙ ista respõsio quã iesus dedit diabolo nõ ẽ rõnabilis q2 debuisset dixisse sed in oi re que ꝓcedit de ore meo. Si enim ipse erat de9 potuit hoīs vitam cõseruare de oīnī re siue sit lignũ siue lapis siue alia hmõi. ¶ Respondet cum dicit ꝙ debuisset dicere iesus sed in oi re q̃ ꝓcedit de ore meo. dico ꝙ nõ est verum. nõ eni sic debuit dicere quia iesus voluit celare diabolo suã deitatez quã ille querebat experire p temptationẽ ꝓpter quod non debuit dicere de ore meo q2 loquebatur vt homo celans suã diuinitatez. Itẽ q2 tẽptationẽ demonis excludebat p scripturã sacrã. iõ debuit eam allegare sicut iacuit in textu in quo scribitur de ore dei ꝛ eadẽ ratione nõ debuit dicere de oi re sꝫ in omni verbo. q2 sic scribitur in textu. cũ hoc etiaz põt dici ꝙ nõ arguit quia verbũ frequẽter accipitur in sacra scriptura ꝓ re facta. nã. ij. Regũ. i. c. dicitur quod est verbũ quod factum est. i. res gesta vel facta. et sic accipitur in proposito vt patet literam intuenti Deutro. viij. cap.

¶ Contẽdit iudeus ꝓbare ꝙ iesus xp̃s nõ est deus quia non misit se deorsum cum esset in pinnaculo.

Nonuz argumẽtum iudeoꝝ ex euãgelio sumit ex illo quod dicitur. Matth. ca. quo supra. Si filius dei es mitte te deorsum ꝛc. Seq̃tur ait illi iesus rursum. Scriptũ est nõ temptabis dominum deũ tuum. Ex hoc arguunt iudei dicẽtes ꝙ hec responsio nõ est bona. Primo quia vt dicunt iudei in eo erat potestas faciendi miracula: et ideo si dimisisset se deorsuꝫ sine lesione aliq̃ nõ fuisset ibi aliqua temptatio diuina. Secundo q2 sancti viri leguntur deum temptasse nec ex hoc reprobãtur in scriptura sed magis commendantur: sicut helyas. iij. Regum. xviij. ca. Qui dixit deus qui exaudierit per ignem ipse sit deus: ꝛ helyseus. iiij. Regũ. v. ca. dixit de naaman leproso veniat ad me ꝛ sciat ꝓphetam esse in israel. Similiter de gedeõ Judicum. vi. tẽptauit deum querens signum in vellere. Item deus non inducit homines ad malum inducit autem ad sui ipsius temptationem malachie. iij. c. Inferte omnem decimam in horreũ meum vt sit cibus in domo mea et probate me. Super hoc dicit dominus: si non aperuero cataractas celi et effudero vobis benedictionem meam vsq3 ad habundantiam. ¶ Respondetur cum dicunt iudei. Primo ꝙ ista responsio non est bona non tẽptabis dominum deum tuum. Dico ꝙ in hoc iudei percutiunt seipsos arguentes dictum moysi deutro. vi. ca. Quod autem vlterius nituntur ostendere temptationem dei non eẽ peccatum manifeste dicunt contra deum arguentem maliciam populi israel Numeri. xiiij. c. temptauerunt me iam per. x. vices. Item psal. lxxxiiij. Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundum diez temptationis in deserto vbi temptauerunt me patres vestri probauerunt et viderunt opera mea: ad illud autem quod inducunt de viris sanctis deum temptantibus vt dicunt. Sciendum est ꝙ temptare est expe-

rimētum de aliquo accipere. nullus autem querit experiri illud de quo dubius est. Item aliquis potest expe riri verbo vel facto: verbo cum que rit aliquis de vicino suo aliqd vt ex periatur si iuuaret eum in necessita te sua: facto cū facit aliquid quod nō videt ordinabile ad aliqd nisi ad talem experientiam: et talis experiē tia dicitur temptatio sicut cū aliqs facit currere equum sine necessitate aliq aut vtilitate dicitur temptatio equi: quia talis cursus non videtur ordinabilis nisi ad accipiendum ex perimentum de velocitate equi. Si autem facit currere propter necessi tatem aliquam puta ad fugiendum hostes vel propter vtilitatem aliquā vt ad capiendum ceruum non est tē ptatio equi. Dubitare autem de his que pertinent ad perfectionem diui nam vt est potentia bonitas et huius modi semper est malū. Et ideo qui facit aliquid vel qui dicit sine neces sitate aut vtilitate ad experiendum diuinam potentiam vel voluntatem temptat deū et peccat propter quod exponens se sine necessitate aut vti litate periculo expectans se seruari a deo temptat deum cum possit ser uari alio modo. tale qd suggerebat dyabolus iesu nazareno dicēs. Mit te te deorsum. Et licet iesus per vir tutem diuinam posset hoc facere si ne periculo tamen hoc non fecit ce lare dyabolo volens suam diuinita tem et excludere demonis temptatio nem per sacram scripturam: respon dit bene per illud quod hominibus prohibetur. poterit enim tanq̄ ho mo per gradus descendere de pin naculo. ¶ Quod igitur arguitur de

helya non valet. non enim petijt si gnum per ignem descendentem si ne vtilitate: sed ad hoc q̄ populus israel a cultu baal ad colendum ve rum deum reduceretur vt patet ibi dem. Item hoc fecit de precepto do mini dicentis sibi. vade ostende te achab vt premittitur ibidem: et tunc reuelatus fuit sibi modus proceden di contra prophetas baal: licet hoc non sit totaliter expressum: quia non omnia scribuntur. Eodem modo di cendum est de helisseo: curauit enim naamam ex diuina reuelatione et ad manifestationem virtutis diuine. Unde et naamā relicta ydolatria cō uersus fuit ad colendum totaliter vnum verum deum: vnde dixit. iiij. Regū. v. c. non faciet seruus tuus vl tra holocaustum et victimā dijs alie nis nisi domino. ¶ De gedeone ve ro dicunt aliqui doctores nostri q̄ ex debilitate fidei petijt bis signū inuellere propter quod non excusa tur totaliter a peccato sicut dicit q̄ dam glosa super locum istum. Sed hoc non videtur rationabiliter di ctum: quia scriptura non notat eū culpabilem ex hoc facto nec fuit pu nitus a deo sicut zacharias pater io hannis qui propter dubium petijt si gnum dicens. vnde hoc sciam pro pter quod factus fuit mutus vsq̄ ad filij sui circumcisionem: vt habe tur Luce primo capitulo. De glo. ve ro in generali allegata parum est cu randum. ideo saluo meliori iudicio potest aliter dici. vno modo q̄ ge deon fecit hoc ex instinctu diuino. et sic non peccauit. Instinctus enim diuinus non impedit ad peccandū. Alio modo dicendo q̄ gedeon non

fecit hoc dubitando de potētia dei quin per ipsam posset saluare populum. nec de verbo dñi dicētis sibi. in hac fortitudie tua liberabis isra el quasi nō eēt verū. Sed ignorauit vtrū hec ꝓmissio esset absoluta que semꝑ implet vel cōditionalis. s. nisi gedeon ⁊ eius socij ponerēt impedimentū ꝑ aliquod peccatum. frequēter eñ in sacra scriptura intelligūtur ꝓmissiōes diuine facte sub tali cōditiōe quis nō exꝓmat. hieremie xviij. cap. Subito loquar de gente ⁊ de regno vt edificem ⁊ plātem illō si fecerit malū in oculis meis vt nō audiat vocē meam penitentiā agā super bono quod locutus sum vt facerē ei. timuit ergo gedeon ne per fragilitatem suam vel socioꝝ suoꝝ prouenirēt impedimētū dicte promissiōis. petijt ergo humiliter a deo edoceri ꝑ signū quod nō prouenirēt tale impedimētū vt sic constantius et expeditius iret ad preliū ꝓpter quod petijt duplex signum vnū pro se aliud ꝓ socijs suis. ¶ Ad auctoritatem malachie dicēdum ꝙ iudei tenebātur soluere decimas ex ꝑcepto dei sicut patet in multis locis veteris testamēti et per consequēs hoc erat necesse ex pte solnētiū ⁊ vtile ex pte recipientiū. Erat eñ ad sustētationem ministroꝝ. Ad hoc enim inducebat dñs populum per ꝓphetam dicens. Inferte omnem decimam ⁊c. Quod autem subditur probate me super hoc ⁊c. li probate nō tenetur hic causaliter sic intelligendo ꝙ soluerent decimas ad probandum seu temptādum. si per hec de⁹ aperiret eis catharactas celi sed tenetur cōsecutiue. et est sensus si impleueritis preceptum meum de decimis sicut tenemini et ego consequenter multiplicabo bona vestra sicut dicitur Isa. c. i. si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. ¶ Contendit iudeus probare ꝙ lex euangelica non est lex dei quia contradicit legi moysi cum dicit nō iurare omnino.



Decimum argumentū iudeorum est et sumitur ex euāgelio ex illo verbo Math. v. c. Audistis quia dictū est antiquis nō periurabis. reddes aūt domino iuramenta tua. ego autem dico vobis nō iurare oīno ⁊c. sequitur. Sit ergo sermo vester. est est nō non: quod autē habūdātius est a malo est. Et istis argumēt sic iudei xpiani affirmant ꝙ lex euāgelica non destruit legem moysi in moralibus sed hoc patet esse falsū quia scribitur deutro. x. c. Dñm deū tuū timebis ⁊ illi seruies ipsi adherebis ⁊ in nomine illius iurabis. Et iterū deutro. vi. Dominum deū tuū timebis ⁊ illi soli seruies ac per nomen illius iurabis. Et patet manifeste ꝙ iesus nazarenus istud destruit dicendo. ego dico vobis nō iurare oīno. ¶ Solutio ꝙ negatio ꝑposita signo vniuersali facit equipollere suo contradictorio quia non omnis et quidā nō equipollent. Et ideo per hoc ꝙ dicitur non iurare omnino. nō excluditur omne iuramentū: quia quilibet tenetur superiori requirenti veritatem per iuramentum dicere veritatem aliter periret iusticia ⁊ veritas in multis casib⁹. sed cū dr. Nō iurare

omnino excluditur iuramētū illicitum quod est triplex.s. iuramentum falsum quod caret veritate τ: iuramentum iniquū quod caret iusticia. sicut cū aliquis iurat innocenti nocere τ iuramentum incautum quod iudicio discretionis caret quod fit quando quis iurat sine necessitate aut pia vtilitate.τ propter hoc dicitur Hiere.iiij.c.iurabis viuit dñs in veritate τ iusticia τ iudicio.ad excludēdū illa tria iuramenta illicita. ¶ Sciēdum aūt ꝙ ex verbo dentro.iiij.c.supra allegato in nomine illius sc3 dei iurabis. Aliqui dixerūt ꝙ iuramentum esset frequētandū tanꝙ religionis actus etiam in cōiverbo vbi non apparet necessitas aut pia vtilitas de quibus videtur fuisse isti iudei arguētes. Sz ꝙ hoc sit falsuz patet p pceptum diuinuz. Exod.xx. vbi dicit. nō assumes nomē dei tui in vanū. nec eñ habebit insontem dñs eum qui assumpserit nomē dei sui frustra. quod facit ille qui iurat sine necessitate aut pia vtilitate hoc etiam patet ex vbo Hieremie pallegato. Item Ecclesiastici.xxiij.c.dicitur vir multū iurās replebitur iniquitate. naz ex frequentia iurādi ex iuramēto icauto labitur in iuramētum falsuz τ iniquum. ¶ Quod aūt subditur sit sermo vester est est. non non.i.simpliciter affirmādo vitatez et negādo falsitatē intelligendū est nisi necessitas plus exigat. et ꝙ hoc intelligatur de modo communi loquendi inter hoīes patz p hoc ꝙ dicitur sermo vester. qđ autez amplius est a malo est. non dicit hoc esse malum sed a malo. Nam omne iuramētum est a malo culpe vel pene. iuramentum enim falsum iniquū et incautum est a malo culpe ex pte iurātis. Juramentum autem licitū est a malo pene ex pte requirentis iuramentū. Ex humana qppe fragilitate que pena quedā est inflicta hūano generi ppter culpam primorum parentum procedit. ꝙ homines mutuo sibi non credunt simplici verbo absq3 iuramēto. Et sic patet ꝙ xps nō destruxit in moralibus legē moysi immo pficit et dat modum quomodo homines non sint leuiter piuri. ¶ Judei vero miseri et ceci dant moduz ꝙ homo sit periurus τ ꝙ frāgat omnia vota que facit fm ꝙ deducit Hyeronimus de sancta fide cōuersus in tractatu quem fecit ex dictis thalmuth in.c.iij. vbi sic ait. Dicunt sapientes eorum in thalmuth in nodarim in ca. qđ incipit arbanc darim. Jlle qui frangit iuramenta pmissionis vel vota que facit p totum annum ne habeant aliquem vigorem surgat vltima die anni τ dicat quecunq3 promissiones iuramēta vel vota ego fecero que i toto anno sequēti existunt reputo cassa nulla et vana. et hoc modo vtuntur iudei in presenti in vna nocte āni. Ueniunt enim omnes ante suum rabi: tenētem in brachiis thorath τ omnes cum magna solēnitate dicūt pdicta verba. et ex hoc intelligunt ꝙ sunt sine onere conscientie ad frāgēduz quodcūq3 iuramētū qđ faciūt signāter xpiano quia iuramētuz quod fit iudeo seruatur. Si ille qui recipit iuramētum dicit illi qui facit tu iuras in deū τ i hac lege ad intellectū meum ꝙ facies talem rem τc. τ cum dicit ad intellectum meum dicūt ꝙ

tam reuocatur p̄dicta ptestatio quā fecit in principio anni. Sed si iuramentum facit xp̄iano. dicat ipsi ꝙ lȝ xp̄ianus dicat. tu iuras ad intellectum meū ꝙ nō reuocatur ꝓpterea p̄dicta ptestatio quia xp̄ianus non habet itellectū. Et ideo licet om̄es aljame iudeorum iuxta forum regni faciant iuramētum in manibus sui maiorini. vel baiuli de non p̄stando pecunias vltra id quod licentiātur p regem nullus eorū obseruat ⁊ intelligūt ꝙ non peccant propter supradicta. hec ille. ¶ Huic sententie fauet etiam magister Johānes cōuersus in libro de concordia legum titulo. iiij. c. vij. vbi preter illa que dicta sunt. addit etiam ꝙ mandauerunt sapientes iudeorum in thalmuth ꝙ si iudeus faceret iuramētuȝ et de hoc postea peniteret in corde ꝙ in presentia trium iudeoruȝ dicat se talia iurasse. et ꝙ de eis in corde penitet ꝙ iudei astantes dicunt ei. Illa q̄ iurauit vana et nihilata suo iudicio reputare et ꝙ illa que iurauit seruare. nullatenus obligatur. Item dicit ꝙ in nocte remissionem indulgentiarum ponunt in publico thorath. et cātor dicit populo publice ter ꝙ om̄ia vota et iuramenta facta sunt cassa nihilata et vacua ⁊ nullius penitus firmitatis. Dicit ergo iste ꝙ ex huiusmodi occasiōe iudei sunt faciles ad iurandum ⁊ nullum obseruant penitus iuramentū. ¶ Et preter hos alios articulos immiscent iuramentis. quare de eis p sua iuramenta confidere nullus debet ⁊ dicitur in suo thalmuth ꝙ quidam actor iudeorum priuatus et familiaris erat cuiusdam imperatoris quadam die intrans cameram suam inuenit eū comedētem victualia prohibita. et imperator recepit ab eo iuramētum vt hoc nullatenus alicui reuelaret et post tempus inuētus est reuelasse. et dixit ei tu nonne iurasti deo te hoc nūq̄ reuelare. Respondit ego iuraui nō reuelaturus deo sed non hominibus de mundo. et qui domino sic falsauit iuramentum articulo subtilitatis false quanto magis hominibus falsaret leuiter iuramētū. quare nunq̄ a iudeis deberet exigi iuramētum nec in aliquo deberet credi. et de eis dicitur Hieremie quito. ꝙ si etiam dixerit. viuit dominus et hoc falso iurabūt et christiani non leuiter iurant ⁊ obseruant fideliter iuramētum s̄m legem et nisi adimpleatur a confessoribus non absoluuntur dum tamen sint licita iuramenta. quoniam ipsa obseruare tenent⁹ obligātur. de quo Numeri. xxx. si quis virorum votuȝ vouerit domino aut se cōstrinxerit iuramento nō faciet irritum verbuȝ et omne quod promiserit implebit. hec ille.

¶ Contendit iudeus probare ꝙ lex euangelica non est lex vera quia destruit legem iustitie.



Ndecimū argumentū iudeorū ex euāgelio sumit ex illo. Matth. ca. quo supra. Audistis ꝙ dictum est antiqs. Oculū p oculo. dētē p dēte. Ego aūt dico vobis nō resistere malo. sȝ si q̄s percusserit te in dexterā maxillā p̄be ei ⁊ alterā. ⁊ q̄ voluerit in iudicio cōtēdere tecū ⁊ tunicā tollere dimitte ei et palliuȝ ⁊c. hoc dicūt

iudei esse cōtra legem rectitudinis et iusticie a deo datam. Exodi.xxi. oculum pro oculo ⁊c. Itē xpiani nō seruant istam legem iesu nazareni. Nam per fraudes ⁊ lites vn⁹ rapit bona alterius ⁊ nō solum hoc est verum de secularibus sed etiā de religiosis pluribus. ¶ Respondetur ꝙ non est verū iesum nazarenū destruxisse legem iusticie et rectitudinis. Circa quod sciendum ꝙ nō resistere malo aliquādo bonū est et necessarium. et sic cadit sub precepto vt pote quādo ex tali resistentia apparet manifeste origo magni mali et disscidiū ciuitatis vel regni vel aliquid huiusmodi. Aliquando vero est bonum supererogationis vt qñ malum illatum toleratur patienter propter deum. vel ꝓpter pacem seruandam. vel ꝓpter sui humiliationem: et sic non resistere malo cadit sub cōsilio et non sub precepto. ⁊ in istis duobus modis loquitur saluator ⁊ sic non excludit legem iusticie sed addit super hoc perfectionem legis euangelice ad quam nō tenētur homines. sꝫ possunt licite de illata iniuria querere vindictam secundum ordinem iusticie quādo nō apparet ex hoc maius malū surgere vt dictum est. ¶ Sciēdum autem ꝙ ex hoc ṽbo legis. oculum pro oculo ⁊c. aliqui iudei de quibus videntur isti sic arguentes dixerunt male interpretantes ꝙ vindicta erat per se appetenda quod est falsum quia vindicta est malum pene. ⁊ ideo nō est per se appetibilis sed propter aliquod bonum consequendum: vt propter ordinem iusticie conseruandum. vel propter correctionem iniuriantis vel propter terrorem aliorū vt ab iniuriis cohercēatur vel aliqd hmōi. vbi ergo nullum tale bonum ex pena alicuius estimatur ꝓuenire sed magis timetur de scādalo ⁊ maiori malo tunc desistere a vindicta querenda necessitatis est et ꝑcepti vt dictum est. Si autem circa talē casum quis a vindicta querēda desistit bonum superogationis est ⁊ hoc patet per facta sanctorum patrum non solum noui testamēti sed etiā veteris. Sanctus enim Joseph potens vindicare illatā sibi iniuriam a fratribus non solū a vindicta destitit sed eos cum suis familiis misericorditer sustentauit. Similiter dauid semey sibi maledicētem et lapides contra eū mittētem ⁊ ex hoc reum lese regie maiestatis occidi abisay ꝓhibuit. ij. Reg. xvi. c. dicēs. Dimitte eū vt maledicat si forte de⁹ respiciat afflictionem meā. id etiā patet per scripturam veteris testamenti. Leuitici. xix. c. non queris rationem nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Ubi vero ex vindicta secundum ordinem iusticie nō apparet ortus scādali vel mali ex desistētia ab ea daretur malis audatia iniuriandi bonis. talis desistentia malum esset et peccatum et in tali casu non est intelligendum saluatoris verbum. ¶ Quod autem sequitur et qui te percusserit in vnam maxillam ⁊c. Non est intelligendum q̄tum ad effectum vt sic percussus maxillam aliam offerat percussori. quia iesus qui cepit facere et docere percussus in vna maxilla vt habetur Johannis. xviij. capitulo non prebuit aliam maxillā ꝑcusso-

ri: sed eum caritatiue correxit dicēs si male locutus sum testimonium p̄hibe de malo: si autem bene cur me cedis. Est ergo verbum predictum secundum animi preparationem intelligendū. s. vt sic percussus sit dispositus in animo adhuc sustinere maiores percussiones et iniurias in casibus predictis. s. quando est ibi bonum necessarium vel supererogationis. ¶ Ad illud autem quod obĳcitur de xp̄ianis legem xp̄i non obseruantibus. Dicendum q̄ ex eorum malicia non peioratur lex euangelica sicut nec lex in monte synai data per hoc q̄ iudei satis cito post eius dationem fecerunt et adorauerunt vitulum conflatilem. Exodi. xxxij. c. ¶ Contendit iudeus probare q̄ lex euangelica non est lex vera quia dat consilium dilectionis inimicorum.

Duodecimum argumentum iudeorum ex euangelio sumit ex illo verbo Math. quo supra Audistis quia dictum est antiquis. Diliges p̄ximum tuū et odio habebis inimicum tuū. Ego aūt dico vobis diligite inimicos vestros et benefacite his qui oderunt vos ꝛc. Ex hoc dicunt iudei. Videt q̄ iesus nazarenus destruxit diuinū preceptum q2 dn̄s mādauit filijs israel: ne amicitias vel federa contraherent cum habitatoribus terre chanaan q̄ erāt inimici eorum nec quererent eis bonum: vt habetur Numeri. xxxiij. oppositum dicit iesus vt patet manifeste ergo est destructor diuini precepti. ¶ Pro responsione ad istud iudaicum argumentum sciendum ē q̄ doctores hebrei circa hoc errabant. Ex hoc enim q̄ preceptum est Leuitici. xix. Diliges proximum tuū sicut teip sum: arguebant a contrario sensu q̄ debebant odire inimicū sꝫ hoc est falsum quia omnis homo ex caritate diligendus est: inquantū ad imaginē dei est ꝛ capax ipsius per cognitionem ꝛ amorē. Amicitia enim caritatis fundatur super cōicatione supnaturalis beatitudinis. Et ideo ois ītellectualis creatura que in actu vl potentia est beata est ex caritate diligenda. Mali autem homines q̄diu sunt in via sunt in potentia veniendi ad beatitudinem. Et ideo licet eorum malicia sit odienda: ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda. et hoc est quod dicit saluator diligite inimicos vestros bona. s. gratie ꝛ glorie eis optando. Alia autem non sunt eis optāda nisi in quadam generalitate inquantum valēt ad eorum salutem qd̄ soli deo est notū q2 oībus alijs potest homo bene vel male vti. ideo circa hoc nō est aliquid determinate petendū sed sub conditione. s. inq̄tū valet ad eorū salutem. Sequitur benefacite: benefacere est effectus dilectiōis. Et ideo sicut tenemur diligere inimicos q̄tū ad bona gratie ꝛ glorie ita tenemur in effectu salutem eorum modo debito ꝛ possibili p̄curare. Quod autem benefacere odientibus et inimicis ē laudabile patet non solum per sanctos patres noui testamēti sed etiā veteris. ysaac enim regi gerare et viris eius qui eum oderant et expulerant fecit conuiuium magnum Gen. xxvj. c. Joseph fratres suos qui eum occidere voluerunt et tandem in ser

uirtutem que est mors ciuilis vendiderat dulciter recepit et pauit Gen. xlv. David saulem ipsum persequentem ad mortez bis a morte liberauit primo Reg. xxiiii. c. z. xxvii. Helyseus syros eum sequentes ad mortez a rege israel interfici prohibuit et potu iussit refici et sic ad suum dominum remitti libere. iiii. Reg. c. vj. hoc etiam patet per scripturam veteris testamenti. Exodi. xxiii. c. si occurrerit boui inimici tui aut asino erranti reduc ad eum. Item ibidem si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis sed subleuabis cum eo. Item prouerbiorum. xxxv. c. si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius z dominus reddet tibi. Item psalmo. cxxix. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus zc. ¶ Si autem contra dicta arguitur de habitatoribus chanaan de quibus inhibuit filiis israel ne contraherent amicitias cum eis sed eos occiderent. Dicendum quod illi erant ydolatre pessimi propter quod mortez meruerunt secundum iudicium dei. Et ideo filii israel occidentes eos non fecerunt ex odio sed ex mandato dei et iusticie zelo cum ipsis non erant amicitie contrahende ad viciuz ydolatrie.

¶ Contendit iudeus probare quod iesus xps non est verus deus quia relaxauit obseruantiam sabbati.



Ertiumdecimum argumentum iudeorum ex euangelio sumitur ex illo Math. xii. In illo tempore Abiit iesus sabbato per sata. discipuli autem eius esurientes ceperunt vellere spicas z manducare: pharisei autem videntes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. At ille dixit eis Non legistis quid fecerit dauid quando esuriit z qui cum eo erant et quomodo ibi intrauit domum dei z panes propositionis comedit: quod non licebat ei edere neque his qui cum eo erant nisi solis sacerdotibus: et non legistis in lege quia sabbatis in templo sacerdotes violant sabbatum z sine crimine sunt dico vobis quod templo maior est hic zc. Ex dictis arguunt iudei quadrupliciter. Primo si iesus est deus vt dicunt xpiani quomodo relaxauit obseruantiam sabbati cum ipse prius eam preceperit. Exod. xx. c. Memento vt diem sabbati sanctifices: igitur aut ipse non est deus cuius contrarium affirmant xpiani aut deus est mutabilis relaxando quod ipse preceperat maxime tanquam legittimum sempiternum cuiusmodi est obseruatio sabbati. ¶ Item. ii. exemplum quod adducit de dauid non est conueniens primo quia discipuli non erant in tanta necessitate famis sicut dauid z eius viri. Secundo quia dauid tunc transgrediens sabbatum: transgressionez non reiterauit. Item. iii. si excusauit hanc dauid transgressionem eadem ratione debet excusare adulterium eius cum bersabee z homicidium vrie. ¶ Item. iiii. exemplum quod adducit de sacerdotibus non est ad propositum sacerdotes enim operabantur sabbato in templo accendendo ignem vel potius nutriendo: hoc autem non erat prohibitum sed solum de habitationibus hominum sicut dicitur Exodi. xxxv. c. de sabbato ignem non accendetis in cun-

ctis habitaculis vestris: templum autem non includitur in generalitate habitaculorum hominum. ¶ Ad primum argumentum dicendum quod magis est ad propositum Nam ille qui dat preceptum potest in illo dispensare in casu et totaliter reuocare. Et ideo iesus inquantum deus potuit hoc facere propter quod subdit de seipso dominus est filius hominis et etiam sabbati. Item idem in persona est filius dei et filius hominis sicut supra probatum est: quod autem tempore veteris testamenti dominus dispensauerit in obseruantia sabbati patet Josue. vi. vbi dicitur: quod de mandato domini Josue et viri bellatores circuierunt orbem Jerico septem diebus continuis armati et sic oportuit quod dies sabbati fuerit vna de illis. Et in libro apud hebreos autentico qui dicitur cedarollam. i. ordo seculi dicitur quod die sabbati fuit prelium Jerico: et hoc satis innuitur ex textu Josue. vi. vbi dies ille dicitur vnus qui proprie dicitur de sabbato. Et illo die circuierunt Jerico septem vicibus et in vltimo circuitu corruentibus muris intrauerunt et interfecerunt omnes habitatores vrbis. Item iii. Reg. xix. dicitur quod helyas ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus continue et sic pluries ambulauit in sabbato ex voluntate dei. ¶ Quod arguitur vltra quod deus sit mutabilis non valet. Nam immutabilis existens operatur mutabilia opera sicut incorporeus existens corporalia facit. Et quod vltra dicitur quod sanctificatio sabbati fuit precepta ad semper non est verum: nam vbi de ipsa scribitur. Exod. xxxi. c. pactum est sempiternum: in hebreo habetur pactum est beollam. i. in seculum quod non significat eternitatem sed tempus longum communiter acceptum et hoc modo dicitur Hieremie. ii. c. A seculo confregisti iugum meum. i. ab antiquo tempore et in hebreo habetur beollam confregisti. etc. i. a seculo Aliquando vero accipitur pro tempore indeterminato quod tamen potest esse satis breue sicut Deutro. xv. dicitur perforabis aurem eius in ianua domus tue et seruiet tibi vsque in eternum: et in hebreo habetur perforabis etc. et erit tibi seruus beollam. i. in seculum et hoc tempus poterit esse breue vel longum: vnde dicit hic glo. hebraica beollam. i. cunctis diebus seculi domini vsque ad iubileum. Si enim infra annum a perforatione auris serui moreretur dominus: fiebat liber a seruitute et si viueret vltra annum iubileum: seruus tamen fiebat liber in anno iubileo. Patet igitur ex dictis quod obseruatio sabbati non est precepta ad semper sed ad tempus. Et ex hoc patet quod illi qui pro hac dictione hebraica transtulerunt eternum vel sempiternum dederunt simplicibus occasionem errandi circa obseruationem sabbati et circumcisionis. ¶ Ad secundum quod vltra arguitur de discipulis iesu spicas vellentibus quod peccauerunt non est verum. non enim peccauerunt ratione facti quia scribitur Deutro. xxiii. c. Ingressus vineam proximi tui comedes vuas quantum tibi placuerit: et idem intelligendum est de granis bladi: et de aliis fructibus nec peccabant ratione temporis. s. diei sabbati: nam eorum esuries eos excusabat. Posset etiam probabiliter dici quod simpliciter hoc poterant in die sabbati. Non enim peccabant ratione comestionis quia comedere in die sabbati licitum erat om

nisbus iudeis nec ratione excussiõis granorum de spicis que est quedam preparatio cibi licet preparatio cibi per decoctionẽ esset prohibita fieri in die sabbati Exod.xvi.et.xxviij quia ibi est longus labor et distractio. s.compositio lignorũ et accẽsio ignis positio vasorum ad ignem et sollicitudo circa decoctionem vt fiat optime: tamen alique preparationes parui laboris et parue distractionis in die sabbati poterant fieri vt pote. Cibum decoctum die precedenti dispo nere in vasis et ponere sup mensam et per consequens licitum erat ponere mensam et mappas et similia. Similiter illa que cruda comedebantur vt herbe licite erant lauare: vellicatio autem spicarum non videtur esse magis laboriosa seu distractiua sed minus et per consequens licita. Quod autem vltra arguitur quia dauid et viri eius erant in maiori necessitate famis quam discipuli iesu non videtur. verisimile habebant cũ aliquam pecuniam vel aliqua pignora ad habendum cibum aliunde. que discipuli non habebãt quia sine pecunia et pera et cum simplici veste necessaria incedebant. Unde nec achimelech summus sacerdos quesiuit de necessitate dauid et virorum suorum ad hoc quia daret eis licite panes sanctum sed solum de mundicia eorum maxime a mulieribus: vt prio. Reg.xxi.c.pater. Quod autem innititur vltra quia dauid peccauit panes illos comedendo patet esse falsum non solum per verbum saluatoris factũ excusantis sed etiam per scripturam veteris testamenti que nõ reprobat dauid comestionem: nec achimelech concessionem et quia summus sacerdos erat: non esset verisimile quia ignoraret quid esset licitum vel illicitum circa obseruantiam sabbati ipse autem dixit si mũdi sunt pueri maxime a mulieribus manducent quasi dicat fames supposita dicta mundicia facit comestionem licitam. ¶ Ad tertium cum dicitur quia eadem ratione iesus debuit excusare vel relaxare adulterium cum bersabee et homicidium vrie. Dicendum quia est falsum: nã ista sunt per se mala nec possunt bene fieri propter quod in talibus non habet locum dispensatio. ¶ Ad quartum cum dicitur de sacerdotibus in templo manualiter operantibus et licite non solum accendendo ignem vel potius nutriẽdo sicut pcipitur Leuitici.vi.capitu. ignis in altari meo semper ardebit quem nutriat sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies: sed etiam hostias lauando et super altare cremando et hoc ratione templi vel potius diuini cultus ibi fiendi. eadem ratione vel maiori discipuli presente iesu et eos licentiante poterant licite vellere spicas. dato quia alias esset illicitum quod tamen non est bene clarum vt supra dictum est: ideo subdit saluator. Dico autem vobis: quia maior est templo hic. De causa autem quare fuit mutatum sabbatum in diem dominicam: quare etiam talem diem correspondentem saturno obseruant iudei et quomodo iudei iam non obseruant sabbatum preceptum a moyse sed reductum a dyabolo dictum est supra in isto tertio libro cõsideratione quarta argumento quinto.

¶ Contẽdit iudeus probare quia iesus

xps non est verus deus et vnus cum patre quia confitetur patri.



Quartumdecimū argumentum iudeorū ex euangelio sumitur ex illo vbo Mat. xj. Confiteor tibi pater dñe celi ac terre. Et seq̄tur omnia mihi tradita sunt a patre meo. Arguunt ergo sic christiani dicunt q̄ filius et pater vnum sunt quō ergo dicitur confiteri coram patre suo deberet magis dicere corā seipso. Item si omnia sunt tradita a patre. ergo nihil habet ad seipō: et sic ex se est oīno deficiēs. ¶ Ad primū supra declaratū est argumento. xxij quarte considerationis huius libri p scripturas hebreor q̄ christus est deus et homo: deus ab eterno et hō ex tpe. Item declaratū est supra libro primo in q̄tione. xij. thesaurorū q̄ iesus nazarenus est verus xps: et q̄ in eo sunt distincte nature ideo fm q̄ deus dicit Johannis. x. Ego et pater vnū sumus scz in essentia: distincti tamen in psonis: scdm aūt q̄ homo dicit Johannis. xiiij. pater maior me est et sic orat coram patre et cōfitetur. Quod aūt subditur si habet omnia a patre. ergo ex se est omnino deficiens. Dicendum q̄ hec ppositio est vera: xps inquantum homo est creatura: omnis creatura sibi relicta in nihilū caderet sicut est de nihilo. Et ideo pōt ista cōcedi cū reduplicatione xps inquantū hō nihil ē ex se: sed oīno deficiēs. Si autez ex dictis aliquis arguat q̄ idem sequitur de christo inquantum deus quia quicquid habet filius inquantū deus habet nascendo et per consequēs habet illud a pre: et sic ex se nihil est sz est omnino deficiens: dicendū q̄ nō sequitur q̄ filius a patre accipit idē esse cum eo, nam diuinum esse nō est multiplicabile: et ideo sicut pater est necesse esse: sic et filius et sic non pōt dici deficiēs: nā eādē deitatē potentiā: sapientiam: et sic de aliis absolutis habet cum patre. Quod autez in diuinis sit pater et filius nō solū patet ex nouo testamento sed etiam ex veteri. Esa. ix. filius datus est nobis et vocatur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis et cetera. ex quo patet q̄ in diuinis est filius et p consequens patet q̄ relatiue dicuntur adinuicem et posita se ponunt et perempta se perimunt. Non eñ potest dici q̄ deus filius sit filius alicuius creati vel finiti: non tamen sunt duo increati aut duo immensi sicut nec duo dīj sed vnus increatus et vnus immēsus: nullam eñ distinctionem habent in deitate sed solum in psonali pprietate. De trinitate psonarū et vnitate essentie: dictum est supra argumento. xxiij. quarte cōsideratio nis huius libri quantum sufficit ad propositum huius libri.

¶ Contendit iudeus pbare q̄ iesus xps non est deus quia contradicens sibi est instabilis.



Quintumdecimum argumentū iudeorū ex euangelio sumitur ex illo vbo. Mat. viij. Cū autez descendisset iesus de mōte secute sunt eum turbe multe et ecce leprosus veniēs adorabat eum dicēs. Dñe si vis

pōt me mundare ꝛc. Sequit̄ ꝛ ait ie⸗sus illi: vide nemini dixeris sȝ vade ostende te sacerdoti ꝛ offer mun⁹ qđ ꝓcepit moyses. Ex his arguit sic iu⸗deus iesus voluit sacrificium qđ fie bat in emūdatione leprosi. Alibi ve⸗ro. s. Mat. ix. ꝛ. xij. c. dicit miam volo ꝛ nō sacrificiū ꝛ sic cōtradicit sibi et est instabilis in volūtate. Itē idē ar guitur ꝑ hoc ꝙ dicit mundato a le⸗pra: vade nemini dixeris ꝛc. ꝛ alibi sȝ Luce. viij. c. dicit vade ad tuos ꝛ narra quanta tibi fecerit dn̄s. itē ali bi. scȝ Mat. x. ꝛ Luce. xij. dixit. Qui me cōfessus fuerit corā hoībus con⸗fitebor ꝛ ego eū corā patre meo: ꝛ sic pȝ ꝙ voluit sua facta celari ꝛ publi⸗cari q̄ sunt contradictoria. ¶ Ad pri mum dicendū ꝙ non valet: nā eadeȝ rōne ꝑ scripturā veteris testamenti quā iudeus confitet̄ esse verā ꝓbare tur deū esse mutabilē q꞉ Gen. viij. c. dicit̄ de sacrificio noe. Odoratusq́ȝ est dn̄s odore suauitatis ꝛ sic fuit si⸗bi placitū. Item in Exod. leuitico ꝛ aliis libris veteris testamēti ꝓcepit deus sibi offerri sacrifitia tanq̄ sibi placita. ꝛ Esaie. i. c. dicitur holocau sta arietū ꝛ adipē pinguiū ꝛ. sangui⸗nē hircorū ꝛ vituloꝝ nolui: ꝛ psalmo xxxix. sacrificiū ꝛ oblationē noluisti ꝛc. hec eīn nō arguūt dei mutabilita tem. Nā ipe immutabilis mutabilia operat̄ sicut i corporalis corporalia. Quod aūt iesus dixit allegando di⸗ctū osee ꝓphete. vi. ca. miaȝ volo ꝛ nō sacrificiū nō dixit hoc sacrificia ve⸗teris legis reprobando habebāt eīn tunc cursū suū ꝛ habuerunt vsq́ȝ ad mortē xp̄i. Sed hoc dixit opera mie sacrificiis preponendo. nam habent duplicem bonitatem: vnam ex gene re: quia sunt virtutis moralis: aliaȝ ex charitate quia quando fiūt ex cha ritate habent bonitatem meriti vite eterne. Sacrificia ꝓo veteris legis non habebant bonitateȝ nisi ex fide ꝛ dilectione offerentium: ideo dici⸗tur Gen. iiij. ca. respexit dominus ad abel ꝛ ad munera ei⁹. quasi dicat. mu nera fuerūt accepta sibi propter bo⸗nitatem offerentis. Quod auteȝ isto modo intellexit propheta vel potius dominus per prophetam patet per textum ibidem qui talis est: miseri⸗cordiam volo ꝛ non sacrificiuȝ ꝛ sciē tiam dei plusq̄ holocaustū. Per hoc ꝙ dicit plusq̄ holocaustum que sunt quedam sacrificia patet ꝙ nō loque batur holocausta reprobando sȝ eis scientiam dei preferendo ꝛ eodē mo do de operibus misericordie respe⸗ctu sacrificiorum. Et hoc idem pa⸗tet Esaie primo cap. Postq̄ dixerat dominus holocausta arietum ꝛ adi⸗pem pinguium et sanguinem hirco rum aut vitulorum nolui. Subdit q̄ rite iudicium subuenite oppresso: iu dicate pupillo: defendite viduam: et venite ꝛ arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra vt cocci⸗num quasi nix dealbabuntur ꝛc. Ex quo patet manifeste ꝙ opera miseri cordie ꝛ iusticie magis erant deleti⸗ua culpe ꝛ meritoria glorie habende christi tempore q̄ sacrificia legis. ¶ Quod autem arguitur ꝙ iesus aliquando voluit facta sua celari: et aliquādo publicari fuit valde ratio nabile. Nam omnis eius actio fuit nostra instructio. Expedit auteȝ im perfectis opera sua celare ne per va nam gloriam extollantur: ꝛ expedit aliquando maxime perfectis opera

sua bona in publico ponere ad dei gloriam et primi edificationem. Quantum ad primum dicit iesus. Mat. vi. te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Et quantum ad secundum sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Mat. v. Sic etiam patres veteris testamenti aliqua bona opera fecerunt occulte et aliqua bona publice. Helyas enim filium vidue sarepte ... suscitauit secrete in suo cubiculo ad consolationem matris vidue. iii. regum. xvii. c. et ignem de celo fecit descendere super holocaustum suum ad declarationem diuinitatis vere publice scilicet coram rege achab et populo israel. iii. regum. xviii. c. similiter helyseus multiplicationem olei ad vidue sustentationem et filiorum eius et ad satisfactionem creditori fiendam fecit secrete: scilicet clauso ostio vt habetur. iiii. regum. iiii. c. et milites syrie volentes eum capere acrisia percussus duxit eos in medio samarie coram rege israel et populo ciuitatis vt habetur. iiii. reg. vi. ca. Patet igitur ex predictis quod iesus rationabiliter aliqua facta sua bona publicauit et aliqua occultauit.

¶ Contendit iudeus probare quod pater filius et spiritussanctus non sunt vnius essentie quia vnum peccatum dimittitur ab vna persona quod non dimittitur ab altera.



Ex vndecimum argumentum iudeorum sumitur ex euangelio ex illo loco. Math. xii. omne peccatum et blasphemia dimittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non dimittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis dimittetur ei qui autem dixerit contra spiritumsanctum non remittetur ei: neque in hoc seculo neque in futuro. Ex his arguit sic iudeus. Vos christiani dicitis quod pater et filius et spiritussanctus sunt vnius essentie et vnius voluntatis: quomodo ergo dicitur verbum seu blasphemia contra spiritumsanctum et non contra filium et patrem: et quomodo vnius dimittit peccatum vel blasphemiam sine alio. Hec enim que videntur haberi ex verbis iesu implicant contradictionem si sunt vnius essentie et vnus blasphematur et alter non: sequitur quod idem blasphematur et non blasphematur et si sunt vnius voluntatis et alter remittit et alter non sequitur quod idem remittit eidem blasphemanti et non remittit quod sunt contradictoria. ¶ Item de anima blasphemantis ipsum christum separata quero dicit iudeus vbi sit. s. in celo vel in gehenna. Si dicatur quod in celo sequitur quod spiritussanctus impotens est ad puniendum blasphemiam illatam sibi et ab eo non remissam. Si autem dicat quod est in gehenna sequitur quod pater et filius sunt impotentes ad saluandum eam cum remiserint blasphemiam. Item si duo remittunt scilicet pater vel filius et spiritussanctus non remittit quid proficit blasphemanti et quid sibi nocet si spiritussanctus non remittit: ex quo pater et filius remittunt ei. Ex his ergo que videntur friuola et contradictionem implicantia que tamen sequuntur ex verbis iesu nazareni concludit iudeus quod eius doctrina nullius sit momenti. ¶ Satis patet intelligentibus quod obiectiones iste procedunt ex imaginatione falsa circa articulum

sancte trinitatis qui articulus satis est declaratus supra ca.xxiii. quarte considerationis huius tercii libri ex scripturis hebraicis: non solum quod in essentia diuina sint plures sed quod sunt tres et solum tres: nec est contra intentionem antiquorum hebreorum dicere pluralitatem in deo dum tamen vnitas essentie teneatur quod nos christiani tenemus firmiter et confitemur fideliter. ¶ His ergo suppositis respondendum est ad obiectiones. Circa quod sciendum est quod saluator Math.xii. distinguit blasphemiam contra filium hominis a blasphemia contra spiritumsanctum. Primam vocans verba iudeorum nequiter prolata contra benignitatem humanitatis sue. Comedebat enim et bibebat cum hominibus etiam aliquando cum peccatoribus sicut clementissimus medicus cum egrotis et propterea iudei vocauerunt eum voratorem et potatorem vini publicanorum et peccatorum amicum vt habetur Mat.xi.ca. Et hanc blasphemiam dicit saluator remissibilem eo quod erat excusabilis in parte ex consideratione fragilitatis humane. Secundam vero blasphemiam vocat verba contra deitatem suam nequiter dicta. Videntes enim ab eo fieri expulsiones demonum illuminationes cecorum: suscitationes mortuorum et similia que non poterant fieri nisi virtute diuina. Iudei tamen ea nequiter attribuebant virtute demonis dicentes. Mathei xii. capi. Hic demonia non eiicit nisi in beelsebuth principe demoniorum et hanc blasphemiam dixit saluator irremissibilem: non simpliciter sed de difficili remissibilem. Nam ex parte blasphemantium non erat aliqua excusabilis ratio in toto vel in parte: quia talis blasphemia contrariatur principio remissionis peccatorum quod est virtus diuina. Et quia eadem deitas est in tribus personis. ideo blasphemans contra vnam personam blasphemat etiam contra aliam: et similiter quia eadem bonitas est in tribus ideo vna persona non remittit sine alia. Nam opera trinitatis sunt indiuisa. Remissio tamen peccatorum aliquando persone spiritussancti attribuitur. quia principium remissionis huiusmodi est bonitas que est attributum spiritussancti. Patet igitur quod obiectiones iudei supraposite procedunt ex falsa imaginatione. ¶ Restat autem ostendere quod irremissibile dupliciter dicitur. vno modo contradictorie: id est nullo modo remissibile. Alio modo contrarie id est de difficili remissibile: hoc modo patet. v. meth. vbi dicitur quod impossibile et intransibile. vno modo dicitur quod nullo modo potest fieri vel transiri. Alio modo quod de difficili potest hoc etiam declaratur de communi modo loquendi. Dicitur enim de ceco perfecto quod non potest videre simpliciter: et de secutiente quod non potest videre: quia videt cum difficultate. Tertio hoc declaratur ex modo loquendi scripture veteris testamenti. Iosue enim considerans difficultatem populi ad bonum et pronitatem ad malum dixit Iosue vltimo capitulo non poteritis seruire domino etc. non intellexit de impossibilitate simpliciter: sed de difficultate. Nam ibi subditur quod iniit fedus inter populum et deum vt seruiret domino. Item Hieremie.xiii.

ca. Si potest ethiops mutare pellē suam: et pardus varietates suas: et vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. Quod cū ethiops et pardus possunt mutare pelles suas hoc est impossibile simpliciter. Sꝫ ꝙ assuetus ad mala reuertatur ad bene agendum non est impossibile sꝫ difficile eo ꝙ habitus vitiosus iclinat ad malum agendum per modum nature. Exemplum autem habetur in manasse rege qui dum vixit fuit assuetus in pessimis: et tamen finaliter reductus fuit ad bonum virtutis: vt patet. ij. paralip. xxxiij. et in fine libri vbi ipsius ponitur oratio. ¶ Quod autem iudeus querit vltimo de anima blasphemantis vbi sit. Dicendū ꝙ si recessit a corpore cum peccato blasphemie est in inferno. Si vero recessit totaliter expedita quantum ad culpam: et penā est in celo. Si autē recessit liberata a culpa sꝫ adhuc ad penam temporalem obligata detinetur ad tēpus in purgatorio donec purgetur: et sic ad gloriam transferatur nec aliqua persona diuina ē impotens ad saluandum eā: vel puniendum: qꝛ sicut tres persone sunt vnus deus ita sunt vnus omnipotēs ad faciendum de creatura quicquid placet sibi ſm ordinem sue sapientie et iusticie.

¶ Quod iesus xp̄s non est ver⁹ de⁹ qꝛ dicens ꝙ venit saluare quod pierat contradicit sibi ipsi loquens parabolice.



Ecimūseptimū argumentum iudeorū ex euangelio sumitur ex illo loco. Mat. xviij. nō est voluntas ante patrē vestrū qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis: et ibidē ꝑmittitur venit filius hominis saluare quod perierat. Item Mat. xiij. c. dicitur. Ideo in parabolis loquor eis: qꝛ videntes non vidēt et audientes non audiūt neqꝫ intelligunt Ex his arguit sic iude⁹. Si venit iesus saluare quod perierat vt dicit et tamen loquebatur peccatoribus parabolice vt non intelligerēt nec per consequens cōuerterētur vt ibidē in euangelio subditur. Ista sibi videntur manifeste contradicere. s. ꝙ quereret salutem peccatorum: et non quereret nec vellet. Itēꝫ illud vltimo dictum destruit verbū domini ezechielis. xviij. c. Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur et viuat.

intelligendi gratiam diuinitus inspiratam. quia si nō crederet donec intelligeret esse possibile ꝙ ex difficultate legis nulla intellectio sequatur. et sic nec fidem nec fidei cōmodum quis haberet: ⁊ talis esset similis homini existēti in mortis periculo propter famē et dabatur ei panis et comedere renuebat donec sciret prius instrumenta ad hoc necessaria et formas ⁊ talia huiusmodi. ⁊ erit possibile ꝙ antēq̄ comederet moreretur ille debuisset comedere vt periculum euitaret et postea inquirere de supradictis. Et ideo sapientes dixerunt communes homines esse cecos ac ipsos esse itinerantes ligatos adinuicem quasi per funem ⁊ vnum ducem peruium habentes quem licet non videant incedūt tamen via recta ipsos duce peruio dirigente. ¶ Et sic dico ꝙ ista dubia et alia cōsimilia sunt imaginati nō intelligentes nomina. quibus significatur messias apud catholicos et fideles. Nam aliquādo deus tm̄. aliquādo iesus christus solum. et vtrūq̄ nomē deum significat. Nam xp̄s erat animal rationale mortale q̄tū ad humanitatem. et erat deus ex parte diuinitatis qui carnem humanā assumpsit. Et ista duo simul faciunt messiam in lege promissum ad redimendum genus humanum. Et sicut in deo est vna essentia et tres distincte persone sine augmento aliquo essentie vel diuinitatis: sic est i messia vnum suppositum et tres substātie distincte. s. deitas anima rationalis. et corpus humanum. et ista tria faciunt vnum messiam. quia ex partib⁹ hūanitatis solū nō poterat saluare vt in psalmo. Da nobis auxiliū de tribulatione ꝙ vana salus hominis: ⁊ aliquando vocabitur deus tantum: aliquando iesus tantū: ⁊ vocat deus non ex parte humanitatis: ⁊ vocatur homo non ex p̄te diuinitatis s; ex parte humanitatis: ⁊ corpus cum anima efficiunt hominem s̄m ipsius diffinitionē que est animal rationale. Aliquādo textus legis vocat eum nomine corporeitatis non nominādo animam vt Leui. i. qui obtulerit ex vobis homo: in hebraico dicitur filius adam. i. terre ⁊ non nominauit animā: ⁊ aliquando anima nominatur sine corpore. vt Exodi. xxi. dabit animā pro anima: ⁊ talia huiusmodi variare non nocet ex vno ad alterū; ⁊ sic in euangelio aliquādo vocatur xp̄s filius hominis. aliquādo filius dei: vt diuinitas ⁊ humanitas in eodem homine demonstretur. ⁊ quādo vocatur iesus xp̄s in operib⁹ corporalibus illa referuntur ad humanitatem eo quoniam diuinitas inquantum diuinitas non suscipit ista accidentia corporalia. ¶ Et doctores xp̄iani dicunt ꝙ deus assumpsit humanitatem non humanitas diuinitatem: licet ista sit vera propositio. homo est deus. ⁊ deus est hō: ⁊ sic humanitas ad honorē altissimū exaltatur cū iūcta sit diuinitati. Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus: ⁊ si talia velint intelligere iudei istud debet sufficere pro responsione oīm dubiorū in ista materia: ⁊ ad oīa argumenta que fecit iudeus in libro quē composuit contra fidem xp̄ianorum quē nominauit librum litis dei vbi declarat multa ipossibilia esse in lege xp̄ianorū cōtra probatiōes prophe-

tarū per ipsos inductas: et hoc est qz ipse non distinguit inter omnia ista supradicta ex parte diuinitatis vel humanitatis: et arguit contra illa q̄ referuntur ad humanitatem ac si dicerentur de diuinitate, vt Esaie.liij. Ecce intelliget seruus meus. et loquitur de messia et dicit quomodo vocat eum deus seruum: et cum xpiani dicunt ipsum esse equalem diuinitati: et sic in aliis multis textibus et glosis vel eisdem adherentibus: et isto modo processerunt illa que scripta sunt in libro illo: et sic videtur q̄ argumētantes respondentes non erāt multum profundati in lege christi et moysi: et non est vera disputatio: nec concordia inter christianum et iudeū nisi vterq̄ sit sufficientissime litteratus et in lege sua prouide profundatus aliter vtrisq̄ alterius dicta impossibilia viderentur. hec predictus doctor. Patet ergo q̄ si christo attribuimus esse in loco determinato quod conuenit corpori, nō ei attribuimus vt deus: sed vt homo est. Licet deus vt deus non sit corporeus. ille tamē qui est deus et homo est corporeus non vt deus sed vt homo. Non est ergo impossibile christum qui verus deus est concedere eum esse corporeum et in loco determinato, cum talia ad ipsius humanitatem referantur vt satis late dictum est.

¶ Impossibile est q̄ tota diuinitas staret in vtero marie: qz tūc totus mundus fuisset priuatus diuinitate.



Nonum impossibile ē. Uos xpiani dicitis q̄ maria concepit iesum nazarenū q̄ erat deus: et sic habetis dicere de necessitate q̄ tempore nouem mensium sue conceptionis in eius ventre fuit tota diuinitas vel pars diuinitatis. Utrūq̄ est impossibile qz si tota diuinitas in illis nouem mēsibus fuit in eius ventre: sequitur q̄ totus mundus fuit priuatus diuinitate in illo tempore: et sic tunc non fuit qui moueret celum nec qui gubernaret mūdū: et ista ē magna fatuitas dicere illū quem totus mūdus capere non pōt cōcludi in vtero virginis muliercule. Si vero dicant xpiani q̄ in illis nouē mensibus vna pars diuinitatis fuit in vētre marie: et alia in celo, ergo xpiani non debent ipm vocari deū sed partē dei. ¶ Respondet sicut supra dictū ē q̄ qū nos xpiani noīamus xp̄m cū illis q̄ significāt corporeitatem ista referunt ad humanitatē: qz non recipit mutationē ex parte diuinitatis nec aliq̄d accidēs corporale et sic in diuinitate nō ē ptitio quā dixisti. Itē cū res simplex et spūalis nō comphēdat loco nō potest dici de eo q̄ determiat sibi locū nec pōt dici de eo intus nec extra qz iste sunt differētie loci: et de9 nec ēt in loco nec sub differētia loci eo mō quo corpa sunt i loco et illa talis ptitio nō ē nisi i corpib9. Res aūt spūalis infinita sicut nō cōcludi pōt loco, sic nec hz ptes, nec inde pōt sumi pars: qz si inde acciperet pars posset minui et augeri, qz oīs pars ē minor suo toto. et sic vna res īfinita esset maior alia re īfinita qd̄ ē ipossibile fm Aristo. et alios phos. iij. phisi. Item ista rō ptitionis ē directe contra iudeos sic argumētes. Un̄ habet exo. xxv faciātq̄ mihi sanctuarium et habita

bo in medio eorū. sed cū3 dei gloria
sit p totum mundum diffusa. quomo
do erat possibile deū eē inter duas
tabulas sanctuarij. nō eni est magis
incōueniens esse in vētre vnius vir
ginis q̄ inter duas tabulas sanctua
rij. Item dixit tertius. Exod. xxxiiij.
Cunq3 descendisset dominus p nu-
be3 stetit moyses corā eo quomodo
determinate nō poterat esse alibi.
Item Exod. xx. ca. In omni loco in
quo fuerit memoria nois mei veniā
ad te ꝛ benedicā3 tibi. Et si ipsi' me
moria eēt apud mille homines quo
modo eēt possibile venire ad oēs
mille in vno instanti in locis distin
ctis. quia si ad vnum veniret ad al-
terum venire non posset in eodem
instanti. Et sic de necessitate isti iu-
dei habent dicere istas ptitiōes nō
esse nisi in rebus corporalibus quia
deus benedictus ex parte diuinita-
tis non determinat sibi locū vt dictū
est et sic est text' Hiere. xxiij. capi.
Celum ꝛ terram ego impleo. Et vt
dicit p̄dictus magister Johānes cō
uersus libro de cōcordia legū. ti. li.
ca. xxvij. q̄ dixerunt sapiētes super
illo verbo Baruch. iij. O israel q̄
magna est domus dei et ingens loc'
possessionis eius magnus et nō ha-
bet finē excelsus et imensus ꝗ dicit
benedict' de' de loco suo et ipe est
locus mūdi ꝛ mūdus nō est loc' su'.
¶ Itē dicit q̄ istō vocabulū sequina
significat i hebraico p̄ntiā dei ꝛ s̄m
chaldeū vbi dicit' apparuit deus dici
tur apparuit sequina dei qui est in oi
loco et q̄ non est ab eo locus vacu'
Item dixerunt q̄ si duo homines
sunt laborantes in lege: sequina est
cum eis. Et sic xp̄s in euangelio di-
cit vbi duo vel tres sunt cōgregati
in nomīe meo: in medio horu3 sum.
Et sic dicunt sapientes thalmud ni
mis deus diligebat israel quia reue
lat israeli in loco immundo et pollu
to ad redimēdum eos. Et est simile
de quodam sacerdote qui petebat
panem sanctificatū et cecidit panis
in cimiterio vbi ipse intrare nō po-
terat s̄m legem suā et dixit q̄d faciā
quia polluetur corpus meū si intro
pro illo pane cimiteriū hoc non est
cōueniēs. Et q̄ dimittā illū panem
sanctificatū ibi nō est etiā ɔueniēs.
Melius est corpus meū pollui vna
hora et postea redibo et mundifica-
bor ꝛ nō dimittā panē sanctificatū.
Et scripsit alexādal nomine aristo
telis: q̄ vera intelligētia opatrix est
in omnibus corporibus licet sit per
se sepata. Et ostēditur p opa varia ꝛ
distincta. et ipsa nō recipit aliquam
mutationem in se: Et sic dixerūt sa-
piētes thalmud q̄ sicut deus replet
mūdum ita anima replet corpus. et
anima apparet in mēbris distinctis
corpis s̄m diuersitatē mēbrorū na-
turalium actionū et magis apparet
in cerebro ꝛ in corde q̄ in ossibus et
in carne. nō tñ dicit' de aīa ptitione3
recipere. ¶ Et si iudei intelligere
vellent ista spūalia vt ipsa sunt nō
ponerent istas impossibilitates in
lege xp̄ianorum. Et l3 sint inter eos
aliqui sapientes qui intelligere pos
sent nō possunt ad hoc ducere seip-
sos propter malā consuetudinem ꝛ
rebellionem in qua a pueritia sunt
nutriti. vt ait Aristo. in methaphisi-
ca sua in rebus assuefactis ex priua
te virtutis. Posito q̄ sit aliqua leui
tas que informat imaginationem a

consuetudine nõ possunt relinquere a puericia vsitati. Supposito ꝙ intelligant veritatem rei aliter se habere quãto magis iudei qui naturaliter est populus dure ceruicis et rebelles prout de eis dixit moyses Deutero.xxxi.c. Adhuc viuente me et egrediẽte vobiscum semper cõtẽtiose egestis cõtra dominum: quãto magis cum mortuus fuero. hec ille.

¶ Et sic patet ad argumẽtũ ꝙ vere christus est deus et ꝙ non fuit pars deitatis in ventre virginis et ps in celo. sed christus qui est totus deus: fuit in illo vtero virgineo. Determinatio vero loci refertur nõ ad deuz sed ad corpꝰ christi verũ. nec ex hoc sequitur ꝙ illo tempore nõ esset qui moueret celum et regeret mundum cum ipse sit vbiqꝫ inquantum deꝰ: licet esset tũc in vtero virginis non per motum localem descendens sed per nouum effectum in virgine qui est cõiunctio diuine et humane nature sicut dictum fuit supra argumento xviiij. quite ꝯsideratiõis huiꝰ tercij.

¶ Impossibile ẽ ꝙ in sacramẽto altaris est verum corpus christi cũ locutus sit christus signatiue et nõ realiter dicens hoc est corpus meum.



Decimum Impossibile ẽ circa sacramẽtum corporis et sanguinis xpi. Dicunt enĩ iudei. Uos xpiani dicitis in illo sacramẽto esse realiter corpus ⁊ sanguinẽ xpi hoc est impossibile. qꝛ cũ dixit vester xps demõstrato pãe. hͦ ẽ corpus meum. significatiue locutus est et non realiter. ac si diceret. hoc est signuz vel figura corpis mei ꝫm quem modum paulus dixit .i. Cori. x. Petra autem erat christus. i. christi figura. et patet clarissime ꝙ ista fuerat intẽtio christi vestri. quia cũ de sui corporis cõmestiõe et sanguinis potatione loqueretur vt discipulorum scandalum quod abortum fuerat sopiretur quasi seipsum exponens dicit. verba que locutꝰ sum vobis spiritꝰ et vita sunt. quasi ea que dixerat nõ ad litteram sed ꝫm spũalem sensum intelligenda essent. Et cum christus dixit hoc est corpꝰ meũ tenens panem in manibus ĩtellexit ꝙ ille panis erat corpus suuꝫ in potentia propinqua. s. postꝙ comedisset illud quia tunc conuerteretur in corpus suum siue in carnem suam ⁊ similiter de vino. Et isto modo nos iudei facimus illa die azimorum qꝛ accipimus panem azimuꝫ in memoriam illius tpis: quãdo educti sunt patres nostri de terra egypti et non fuit pmissi ibidẽ remanere p tãti tps ꝙ possit panis fermentari qui pascatus erat ⁊ dicimus iste est panis quẽ comederunt patres nostri. lꝫ ille panis pñs non sit cum fuerit preteritꝰ et sic vt iste panis azimus rememorat panem egypti et iste panis non est ille sic iste panis de quo sit istud sacrificium in altari. Dicere sufficeret xpianis ꝙ esset in memoriam illius panis xpi. licꝫ iste panis non sit ille. Et quõ est impossibile ꝙ seruaretur vnum frustrum carnis ad sui memoriam. Mandauit ꝙ fuit fieret ille panis et istud vinũ qui erat caro sua et sanguis in potẽtia propiqua ad exercitium in actu sicut nos iudei facimus in paschate de azimo pane sicut dictuꝫ est. cum ergo xps vester.

in mēsa accepit panē et calicē ⁊ dedit discipulis suis. nō mādauit eis credere panem et vinum in corpus et sanguinem suum trāsmutari. Sꝫ ꝙ quotienscūqꝫ hoc facerēt in memoriā suā facerēt. s. in memoriam illius panis preteriti. ⁊ si sic vos xpiani itelligeritis nullū sequeretur impossibile. Sed dicere oppositū sicut asseritis dicitis rem impossibilē ⁊ cōtra mentem xpi vestri vt patuit. ¶ Rūdetur ꝙ traditio ecclesie catholice de hoc sacramēto vera est. s. ꝙ in hoc sacramēto est realiter et nō significatiue verum corpus ⁊ verus sanguis xpi sicut declaratū fuit supra. tertio argumēto cōsiderationis quarte huius tertij. Sed quia argumētum iudei videtur fundari sup vbo dñi dicētis ad discipulos suos q̄ de hac doctrina scandalizari videbātur. verba q̄ ego locutus sum vobis spūs et vita sunt. dico ꝙ per hoc nō dedit intelligere. ꝙ vera caro sua i hoc sacramēto mādūcanda nō traderetur sicut putat iudeus. Sed quia non traditur manducanda carnaliter. vt. s. sicut alij cibi carnales in propria specie dilacerata sumeretur. sed ꝙ quodāꝫ spirituali modo sumitur preter consuetudinem aliorum ciborum carnalium vba sunt sancti thome in summa contra gentiles. c. lxviij. ¶ Iteꝫ alij heretici similes iudei predictis voluerūt dicere ꝙ ista locutio. hoc ē corpus meum: fuit figuratiua. sicut illa Iohānis. xv. Ego sum vitis vera. sed istud est oīno cōtra intētionē saluatoris: quia vt ait augu. in libro tertiū. questiōꝝ. q̄stione. lxvij. solet circūstātia scripturarum illuminare scripturam. Nam ex precedentib⁹ vel ex sequētibus pōt colligi an loquatur figuratiue an non. Unde cū xps dicit ego sum vitis vera: statim subiū xit ⁊ vos palmites. Sed cōstat ꝙ discipuli nō erāt palmites naturales sed tm̄ figuraliter. igitur loquebatur figuratiue. Sed cū dicit Luce. xxi. hoc est corpus meum. statim subiūxit: quod pro vobis tradetur. Sꝫ ista traditio nō erat figuratiua. sed realis et vera: igitur realiter ⁊ vere dictum est. hoc est corpus meuꝫ. ¶ Ad illud autem quod iudeus allegat de pane suo azimo ⁊c. ⁊ ꝙ sic sufficeret xpianis ꝙ facerent in memoriā xpi sui. Respōdet magister Iohannes cōuersus in libro de cōcordia legis ti. iij. c. iiij. dicens. Respōdebo tibi iuxta illud Prouer. xxvi. c. rūde stulto iuxta stulticiam suam ne sibi sapiens videatur. Scias ꝙ si xpiani ponerent dubia in miraculis factis i lege sancti messie. sicut faciūt sapientes iudeorū in miraculis factis in lege sua glosantes per nōia equiuoca et false vt extorqueāt sensum textus legis. bene possent glosare xpiani subtilius et meli⁹. Sed scias ꝙ oēs xpiani sapiētes et cōitas simplicium credūt vniformiter miracula sue legis vt est rei veritas et vt credit scta mater ecclia. ⁊ credunt in hoc mereri gloriā paradisi. iuxta illud Geñ. xv. Credidit abraham deo et reputatū est ei ad iusticiam. Nam in hoc ꝙ credūt simpliciter nihil hesitantes reputatur eis ad iusticiam. Sequitur. ꝙ quilibet de lege credere tenetur dicta ꝑphete licꝫ itelligat nō fieri posse naturali cursu: qꝛ aīa ꝑphete meli⁹ itelligit q̄ aīa alteri⁹ sapiētis. et potius attin

git et speculatur spiritualia que sunt subtiliora naturalibus. et si sic est in aliis prophetis quorum anime itelligunt singulariter et limitate. quanto magis credere debemus miracula iesu xpi qui itelligit infinite omnia et presentia et preterita et futura quod est vere et perfectus deus et perfectus homo et sic credendo xpiani vivunt cum honore et sperant cum deo gloriari perpetuo. hec ille. Non est ergo simile de memoria panis azimi iudeorum ad panem azimum liberationis egypti. et de memoria hui9 altissimi sacramenti respectu passionis xpi. quia i illo pane quem iudei manducant nullum est miraculum. In hoc vero sacramento miraculose virtute verborum verum corpus et sanguis christi invisibiliter cotinetur: sicut firmiter credimus et fideliter confitemur.

¶ Impossibile est quod corpus xpi sit in sacramento altaris per miraculum cum ad oculum non apparet.



Vndecimum Impossibile est. Uos xpiani dicitis in sacramento altaris esse corpus et sanguinem xpi per miraculum hoc probo esse impossibile quia si esset miraculum ad oculum appareret sicut quando moyses convertit virgam in serpentem. quia illud factum fuit evidenter ad oculum licet nescirent homines qualiter factum fuerit. Sic etiam de archa testamenti olim fuerunt maxima miracula non solum sensibilia sed etiam publica et toti populo patentia fiebant. intantum quod de talium miraculorum fama infideles terrebantur videntes ad oculum divinam potentiam in reverentiam arche sui federis relucentem: sicut patet in divisione aquarum iordanis populo israelitico per aridam transeunte. et aqua ex una parte itumescente ad instar montis et ex altera usque ad mare mortuum fluente. donec sacerdotes cum archa alveum iordanis exiverunt quo facto iordanis redijt in cursum suum. Reges vero amorreorum et chananeorum audientes tam magnum et publicum miraculum terrore dei confusi ita fuerant quod non remansit in eis spirit9: que historia plene habetur Josue. iij. et. iiij. ca. et sic de plurib9 aliis miraculis evidentissimis que causa brevitatis omitto enarrare. et tamen in illa archa nec continebatur deus realiter nec xps sed solum tabule lapidee precepta decalogi continentes. et urna manne quam deus preceperat reservari in testimonium generationibus futuris vt habetur. Exod. xvi. Similiter et virga aaron que floruit i domo levi vt habetur Nume. xvij. Si ergo per archam predicta corpora inanimata tantummodo portantem quantumcumque sacra essent deus tam evidentia miracula et tam divulgata et publica fecit in ipsius reverentia. multo ergo forti9 facere debuisset si verum esset quod in vestro sacramento altaris ver9 de9 seu xps realiter contineretur qui super omnia in infinitum asseritis quod est colendus et venerandus. Cum ergo nihil tale ibidem ad oculum appareat. Sequitur quod impossibile est ibi miraculum esse cum hoc sit contra rationem miraculi. ¶ Ad istud iudaicum impossibile respondet magister paul9 burgensis. eps i suo dyalogo distinctione. iiij. c. v. dicens quod ad obstruendum os loquentium iniqua considerare debem9 quod miracula divina que contra cursum nature a deo istitute

diuina virtute fiunt se habent quantum
ad eorum proximos fines in duplici
differentia. Quedam eorum sunt a
deo ordinata ad fidei approbationē
sicut de primis signis seu miraculis
que de⁹ fecit p moysen corā populo
facta sunt ad fidem in eis causandā
seu ad probandā. Unde Exod. iiij. cū
d'xisset ꝛ fecit signa. s. predicta coraꝫ
populo sequitur statim credidit po-
pulus. Similiter et diuisione maris
rubei ꝛ de egyptiorum submersione
visa per populum israeliticum factum est ꝙ credidit populus domino
et moysi seruo eius. c. xiiij. ꝛ sic de q̄
plurimis veteris testamenti miracu
lis que a deo fuerunt ordinata vt fi-
des eius in cordibus populi causa-
retur seu confirmaretur. Que quidē
miracula oportuit esse manifesta cō-
muniter toti populo: vnde Deutro.
vlti. commendatur moyses in signis
ꝛ portētis qui diuina auctoritate fe-
cit coram vniuerso israel. ¶ Quedā
vero sunt diuina miracula que non
ad fidem causandam seu corroboran
dam a deo facta sunt: sed potius vt
credendo talia miracula que occul-
ta sunt ꝛ omnino abscōdita fideles
mereantur: vnde ꝛ huiusmodi mira-
cula non disposuit deus manifesta
esse per sensum seu per naturaleꝫ co
gnitionem sed occultat vt eorum fi-
des meritoria esset. Que quidē mira
cula. s. occulta ꝛ abscondita pcipue
fuerunt in nouo testamento: in cui⁹
tpe fides credentiū cōiter validior
fuit vt est miraculum virginei ptus
ꝛ dñice resurrectionis. Que quideꝫ
miracula per fidem solum ꝑcipi co-
gnoscuntur ꝛ eorum occultatio a q̄-
cunqꝫ nostra cognitione naturali no
strum meritum efficit vel auget. Un
de de resurrectione domini legitur
Johannis. xx. ca. Beati qui non vi-
derunt et crediderunt. Et de isto mo
do miraculorum scilicet occultorum
tenendum est esse sacramentum alta
ris: non enim hoc sacramentum fuit
institutum ad hoc vt sacramento vi-
so populus crederet sed vt credēdo
veritatem huius sacramenti merito
proficeret. Unde Augusti. de hoc sa-
cramento dicit. Crede et manduca-
sti Et ideo quanto miracula in hoc sa-
cramento contēta: que maxima sunt
occultiora sunt: et nec ab intus vel ab
extra visibiliter circa ipsuꝫ sacramē
tum vlla miracula apparēt tñ in no
bis auget meritum. Unde nullum in
cōueniens sequitur nec admiratione
dignum ex hoc ꝙ publica seu visibi-
lia miracula non fiunt communiter
circa hoc sacramentum: sicut olim
consueuerunt fieri circa archam te-
stamenti dei ꝑut allegat iudeus qr
ibi miracula ordinabantur ad fide-
lium fidē confirmādam seu causan-
dam vt dictum est: ꝛ quandoqꝫ ad in
cutiendū infidelibus terrorem. Hic
autem queruntur miracula ad meri-
tum credentiū augendum quod qui-
dem meritum euacuaretur vel saltē
diminueretur si talia signa visibilia
apparerent: hec ille. ¶ Sanct⁹ tho-
mas vero dicit in summa cōtra gen-
tiles libro. iiij. c. lxiiij. ꝙ ratio pōt assi
gnari quare corpus xp̄i occultat' ac-
cidentibus in sacramento quantū ad fi
dem que est de inuisibilibus et eius
meritum qđ circa hoc sacramentum
tāto maius est quāto inuisibili⁹ agit'
corpore xp̄i sub panis accidentibus
occultato ꝛ ꝑpter cōmodiorem ꝛ ho

nestiorem visum huius sacramenti: esset enim horrori sumentibus et abho minationi videntibus. s. si corp⁹ xpi in sua specie a fidelibus sumeretur: vnde sub specie panis et vini quib⁹ cōmunius vtūtur homines ad esum et potum corpus xpi proponitur mā ducandum et sanguis potandus: nec etiam est negādum quin aliqñ in sa cramēto altar apparet forma pue ri: vel caro vel sanguis que sunt si gna visibilia: sicut in nōnullis hysto rialibus antiquis libris legitur. Sz talia nō dicunt facta fuisse sic cōiter et publice sicut miracula allegata et miracula que fecit xps tempore quo predicabat et miracula que fecerūt apostoli et alij sancti in primitiua ec clesia. Et ideo talia miracula que sic aliquando accidunt circa sacramen tum non videntur apud ecclesiā vni uersalem solennizari: sed forte priua tim in aliquibus particularibus ec clesijs: q non fiunt nisi raro quo ad certas personas quibus deus q vni uersas mentium cognitiones intelli git singulari modo singulis proui det secundum dictamē diuine sapiē tie: a quibus non est trahenda conse quentia in vniuersali. ¶ Unde dicit magister iohannes conuersus in li bro de concordia legum. ti.iij.c.iiij. sepe diuina gratia apparuit ad ocu lum multorum hominum et mulierū quoniaz respiciendo in illam hostiā consecratam: alique persone vide runt oculariter vnum puerulum pul cerrimum vltra modum: et auus me⁹ qui erat valde litteratus in lege di xit mihi. q in domo fratrum minorū in valle oleti cum respiceret a casu illam hostiam consecratam vidit vt predicitur illum pueruz pulcerrimū vltra modum: et hoc fuit illis tempo ribus publicatum nimium et famo sum. ¶ Et idem accidit vxori mee et interrogauit alias mulieres si hoc vi debant. Responderunt non: et prona cecidit in terra viribus destituta p ut legitur de manue Iudi.xiij.capi. Morte moriemur quia vidimus do minum. et est quasi simile de sole qui licet luceat super mundum debilitat tamen visum: hec ille. ¶ Ut commu niter igitur in hoc admirabili sacra mento non videtur miraculum: sed vt dicit beat⁹ Gre. in omelia pascha li. Aliud est quod cernitur et aliud qd creditur: illud quod cernitur est spe cies panis in hostia: et species vini in calice. Sed id quod creditur ē ve ritas carnis et sanguinis xpi. ¶ Itē isti iudei incidunt in errorem illorū qui nihil credunt nisi quod vident. Si ergo non fuisti rome non credas quod est in mundo roma. et si non vi disti cete non credas q in mari est ta lis piscis magnus: et si nescis loqui grece non credas q est in mūdo gre cia: et si non vidisti embrionem in vē tre matris quousq nat⁹ fuit nō cre das q fuit in ventre matris. Et quia tu non vidisti animam intrantē nec exeuntē in corpore humano non cre das q homo habeat animam. Nunq vidisti aerem non credas esse aerem Nunq vidisti vocem ergo non cre das q est vox: que omnia quanti non dico solum erroris sed q magne fa tuitatis sunt manifestum est: licet er go non videamus ad oculum verum corpus christi sed accidentia illa sub quibus latet non debemus negare ibi veraciter esse presertim miracu

lo[c]e vt dictum est.

¶ Impossibile est q corpus christi incipiat esse in altari: q: nec per motum localem nec per conuersationẽ alterius in ipsum.

Duodecimũ Impossibile est. Uos xpiani asseritis q verum corp⁹ xpi esse incipiat in altari. hoc videt impossibile quia aliqd incipit esse vbi prius non fuit dupliciter: vel per motum localem vel p conuersionem alterius in ipm: vt patet in igne qui alicubi esse incipit vel q: ibi de nouo accendit vel quia ibi de nouo apportatur. Manifestum est autem verum corpus xpi non semp in hoc altari fuisse quia vos xpiani asseritis xpm in suo corpore ascendisse in celum: videtur etiam impossibile dici. quod aliquid hic de nouo conuertatur in corpus xpi: quia nihil videtur conuerti in preexistens: cum id in quod aliud conuertitur p hmõi cõuersionem esse incipiat. Manifestum est autem corpus xpi preextitisse vt puta in vtero marie conceptũ: non igit videt esse possibile quod in altari de nouo esse incipiat per conuersionem alterius in ipsum. ¶ Similiter nec p mutationem loci. q: omne quod localiter mouetur sic incipit esse in vno loco q desinit esse in alio in quo prius fuit: oportebat ergo dicere q cũ xps incipit esse in hoc altari in quo sacramentum pagitur desinat eẽ in celo quo ascendendo puenerat. ¶ Amplius nullus motus localis terminatur simul ad duo loca. Manifestum ẽ autẽ hoc sacramẽtũ simul in diuersis altarib⁹ celebrari ergo ĩpossibile est q per motũ localẽ corp⁹ xpi ibi esse incipiat. ¶ Respõdet sanctus Thomas in summa cõtra gentiles. libro iiij. c. lxiij. dicens q licet diuina virtus sublimius ⁊ secreti⁹ in hoc sacramento operet q ab homine perquiri possit: ne tamen doctrina ecclesie circa hoc sacramẽtũ ab ĩfidelib⁹ impossibilis videat conãdũ est ab hoc vt omnis ĩpossibilitas excludat. Cõsiderare ergo op; p quẽ modũ verũ xpi corp⁹ esse sub hoc sacramẽto incipiat. Impossibile ẽ aũt q hoc fiat p motũ localẽ corporis xpi: tũ q: sequeretur q in celo eẽ desineret qñcũq; agitur hoc sacramẽtũ tũ q: non posset simul hoc sacramẽtũ agi nisi in vno loco cũ vn⁹ mot⁹ localis nõ nisi ad vnũ terminũ terminatur. tum etiam quia motus localis instantaneus eẽ non põt sed tpe indiget. cõsecratio aũt pficit in vltimo instãti plationis verborum. Relinqtur ergo dicẽdũ q verum corp⁹ xpi eẽ incipiat in hoc sacramento p hoc q substantia panis ɔuertit in substãtiã corpis xpi ⁊ substantia vini in substãtiã sanguinis ei⁹. ¶ Licet hoc sit bñ dictum ⁊ p hoc possit satisfieri iudeo ⁊ cuilibet infideli non pteruiẽti. Aliter tñ ppter instãtias q fieri possint motu locali dicẽdũ est sm scotũ in. iiij. dist. iiij. q. i. ⁊ sequit eũ franciscus de maronis in suo. iiij. dis. iiij. q. i. q necessario ẽ ibi aliqua mutatio localis q: impossibile est q fiat transitus de cõtradictorio in cõtradictorium sine aliq mutatione facta in aliquo extremorum: sꝫ hic corpus xpi transit de nõ presente ad esse pñs: ergo necessario est ibi aliq mutatio: dicunt ergo isti doctores q ibi ẽ aliq mutatio q corp⁹ xpi

accipit respectũ p̄sentialitatis ad locum hostie facta transubstãtiatione Ad cuius euidẽtiã notat doctor subtilis ibidẽ ꝙ qñ corp⁹ moueť localiter ⁊ expellit aliud sunt q̃ttuor mutationes ⁊ octo termini: et illarũ mutationũ due sunt dep̄ditiue. ⁊ due acq̄sitiue. sicut cũ namis mouetur de loco ad locũ aliquod corp⁹ expellit ⁊ illud expulsum habet quattuor terminos: q: amittit vnũ vbi ⁊ priuationẽ eius acquirit. ⁊ a priuatione alteri⁹ vadit ad ipsum. Sꝫ si corp⁹ moueretur de loco et aliud nõ expelleret essent in eo due mutatiões ⁊ quattuor termini. vnde eẽt ibi vna dep̄ditiua prioris vbi ⁊ alia acq̄sitiua noui vbi sicut quando aqua frigida fit calida ⁊ de frigido fit nõ frigidũ et de non calido fit calidũ. Sed si corpus non motum de loco suo acquireret nouũ vbi ⁊ respectũ extrinsecũ aduenientem ad aliud corpus tunc esset in eo vna mutatio acquisitiua a priuatiõe illius vbi ad habitationem: et talis mutatio est in corpe x̄pi de nouo hic existẽte necessario: q: sicut dictum est impossibile est fieri transitum de cõtradictorio ad contradictorium sine aliqua mutatiõe. Et nota ꝙ simplex presentia corporis christi proprie nõ est vbi cum non sit hic localiter: sed sacramẽtaliter: sed reducetur ad genus vbi. ¶ Tunc ad propositum corpus christi in celo habet priuationẽ istius vbi in altari. Et ita non est ibi mutatio dep̄ditiua sed acq̄sitiua. q: solum est acquisitio presentialitatis quam non habebat. Sic ergo christ⁹ si deperditione vbi prioris in celo acquirit nouum vbi in altari. Resoluẽdo ergo hãc materiã dico ꝙ mot⁹ sicut motio localis est duplex: que ¹am dep̄ditiua ⁊ quedã acquisitiua: sicut quãdo quis mouetur de vno loco ad alium aliquid deperditur ⁊ aliquid acquiriť: talis enĩ primo ordine nature moueť ab habitu in priuationẽ puta ab vbi qd̄ pri⁹ hẽbat ad vbi qd̄ prius nõ habebat: ⁊ hec mutatio dicitur deperditiua termini a quo ⁊ dicitur acquisitiua termini ad quem. Nũc autẽ hec due mutationes licet cõcurrãt simul in omni motu locali cõtinuo tamen distincte sunt: ⁊ vna põt absolui ab alia sicut acquisitiua a deperditiua. sic ꝙ aliquid acquirat nouũ locũ non dimittendo priorẽ: et sic est in ꝓposito. q: sicut dictũ ẽ corpus x̄pi absq̄ hoc ꝙ dimittat ꝓpriũ vbi qd̄ habet in celo acquirit nouũ vbi in sacramẽto. Et ideo est hic mutatio localis nõ deperditiua sed acq̄sitiua. ¶ Et sic ptꝫ responsio ad primum pũctũ de motu locali: q: corp⁹ x̄pi incipit ibi eẽ p̄ motum sine p̄ mutationem localem non deperditiuã sed acquisitiuam. ⁊ sic nõ optet ꝙ dimittat primum vbi cũ acquirit secũdum. Nec etiam est censendum ꝙ cũ corpus x̄pi incipit esse in altari ꝙ accipiat esse simpliciter sed accipit eẽ sacramentale quod eẽ s̄m predictos doctores nihil aliud est ꝙ ordo corporis x̄pi ad substãtiã panis quẽ ordinem habet vbicũq̄ sit trãsubstantiatio. Ad alterũ vero punctũ scꝫ si ẽ ibi corpus x̄pi per cõuersionem alterius in ipsum hoc cõcesso nullũ seq̄tur impossibile. Et cũ arguis ꝙ imo sequitur impossibile. q: impossibile est ꝙ aliquid cõuertatur in p̄existẽs Rñdetur ꝙ falsum est q: in nutrimẽto naturali videmus oppositũ: quia

Sbi,cibus cõuertit̃ in cibatũ p̃existẽs suppositũ. Et iõ nõ dꝫ mirari iude⁹ si in ꝓposito virtute diuina fiat conuersio i p̃existẽs. ¶ Quod vt plani⁹ videat̃ notat sctũs Tho. in summa cõtra gẽtiles quo supra ꝙ p̃dicta cõuersio panis in corp⁹ xp̃i alteri⁹ modi est ab oĩb⁹ cõuersiõib⁹ naturalib⁹ Nam in qualibet cõuersiõe naturali manet subiectũ in quo succedũt sibi diuerse forme: vel accidẽtales sicut cũ albũ in nigrũ cõuertit̃: vel substãtiales: sicut cũ aer in ignẽ: vnde conuersiones formales noiant̃: sꝫ in cõuersione p̃dicta subiectũ trãsit i subiectum ꝛ accidẽtia manẽt: vnde hec cõuersio substãtialis vocat̃ ꝙ autem subiectũ ꝯuertit̃ in subiectũ natura facere nõ põt: oĩs eñi nature opatio materiã p̃supponit ꝑ quã ꝛ substantia indiuiduat̃: vnde natura facere nõ põt ꝙ hec substãtia fiet illa sicut ꝙ hic digitus fiat ille digit⁹. Sꝫ materia subiecta est virtuti diuine cum ꝑ ipm ꝓducat̃ in esse: vñ diuina virtute fieri põt vt hec indiuidua in illã p̃existentẽ substãtiã cõuertant̃: sicut eñi virtute naturalis agẽtis cuius opatio se extendit tm̃ ad imutationẽ forme existẽtia subiecti suppo sita hoc totũ in illud totũ cõuertitur scd̃ꝫ variationẽ speciei ꝛ forme vt ꝑ ꝓte hũc aerẽ i hũc ignẽ generatũ. ita virtute diuina q̃ materiã nõ p̃suppo nit sꝫ eã ꝓducit ꝛ tm̃ hec materia cõuertit̃ in illã ꝛ ꝑ cõsequens hoc indiuiduũ in illud. Indiuiduatiõis eñi principiũ materia est: sicut forma est principiũ speciei. ¶ Hinc aũt manifestũ est ꝙ in conuersione p̃dicta panis in corpus xp̃i nõ est aliqd̃ subiectum cõmune permanens post conuersionẽ cum transmutatio fiat secũdum primũ subiectum quod est indiuiduationis principium: necesse est tamen idem manere vt verum sit qd̃ dicitur: hoc est corpus meum. Que quidem verba sunt huius conuersionis significatiua ꝛ factiua: ꝛ qꝛ substantia panis non manet nec aliqua prior materia vt ostensum est: necesse est dicere ꝙ maneat id quod est p̃ter substentiã panis: huiusmodi autem est accidens panis: remanẽt igitur accidentia panis etiam post conuersionem predictam. ¶ Inter accidentia vero quidam ordo considerãdus est. Nam inter omnia accidẽtia propinquius inheret substantie quãtitas dimensiua: deinde qualitates in substantia recipiuntur quantitate mediante sicut color mediante superficie: vnde ꝛ per diuisionem quãtitatis per accidens diuidunt̃. Ulterius autem qualitates sunt actionũ ꝛ passionum principia ꝛ relationum quarũdam vt sunt pater ꝛ filius dñs ꝛ seruus ꝛ alia huiusmodi. Quedam vero relationes immediate ad quantitatẽ cõsequunt̃: vt maius ꝛ minus duplum ꝛ dimidium ꝛ similia: sic igit̃ accidentia panis post conuersionẽꝫ predictam remanere ponendum est vt sola quantitas dimensiua: sine subiecto subsistat et in ipsa qualitates fundentur sicut in subiecto: et per consequens actiones passiones ꝛ relatiões. ¶ Accidit igitur in hac conuersione cõtrariũ ei quod in naturalibus conuersionibus accidere solet in quibus substantia manet vt mutationis subiectuꝫ. Accidẽtia vero variantur. hic autem ecõuerso accidens manet ꝛ substantia tran

st. Huiusmodi enim conuersio non potest dici motus proprie sicut a naturali consideratur vt subiectum requirit: sed est quedam substantia et successio sicut in creatione est successio esse et non esse. Hec igitur est vna ratio quare accidens panis remanere oportet vt inueniatur aliquod manens in predicta conuersione. Est autem et propter aliud necessarium si enim substantia panis in corpus christi conuerteretur et panis accidentia transirent non sequeretur quod corpus christi secundum suam substantiam esset vbi prius fuit panis: quia nulla relinqueretur habitudo corporis christi ad locum predictum. Sed cum quantitas panis dimensiua remanet post conuersionem per quam panis hunc locum sortiebatur substantia panis in corpus christi mutata fit sub quantitate dimensiua panis: et per consequens locum panis quodammodo sortitur mediantibus tamen dimensionibus panis: hec thomas. ¶ Patet ergo quod non est impossibile diuine virtuti panem transsubstantiari in preexistens corpus christi: nec habet mutatio similitudinem in naturalibus mutationibus: sed est alterationi quasi contraria: quia vna substantia hic mutatur in aliam et manent accidentia. Sed in alteratione est econuerso: quia ibi mutantur accidentia et manet eadem substantia. vt patet in corporalibus quando de albo fit nigrum: et in spiritualibus quando de iusto fit impius vel de ignorante fit sciens: vt ergo tu iudee de iniusto efficiaris pius: de ignorante sciens: crede verum corpus christi in opere esse in altari non simpliciter: sed sacramentaliter: crede quod cum acquirit vbi sacramentale non relinquit vbi celeste. Crede sine mutatione locali deperditiua presens fieri in altari: et crede substantiam panis in verum christi preexistens transsubstantiari: crede a deo omnia possibilia fieri. Inquit August. et nihil tibi videbitur impossibile: vnde et dicitur Luce. j. Non erit impossibile apud deum omne verbum.

¶ Quod corpus christi sit integrum et quod caro et sanguis manent in locis separatis sub speciebus panis et vini.



Tertiumdecimum impossibile est. Uos christiani dicitis quod christus vester est integer sub speciebus panis et vini in sacramento hoc: probo impossibile: quia nunquam partes alicuius in diuersis locis continentur ipso integro permanente. Manifestum est autem in hoc sacramento seorsum esse panem et vinum in locis separatis. Si igitur caro christi sit sub specie panis et sanguis sub specie vini: videtur sequi quod christus non remaneat integer: sed semper cum hoc sacramentum agitur eius sanguis ab eius corpore separetur. ¶ Ad istud argumentum patet solutio ex his que dicta sunt in precedenti solutione: dictum est autem quod locus in quo agitur hoc sacramentum attribuitur corpori christi ratione dimensionum panis remanentium post conuersionem substantie panis in corpus christi. Secundum hoc igitur ea que christi sunt necesse est esse in loco predicto secundum quod exigit ratio conuersionis predicte. Considerandum est ergo in hoc sacramento aliquid esse ex vi conuersionis predicte, aliquid autem ex naturali concomitantia. Ex vi quidem conuersionis est in hoc sacramento illud ad quod directe conuersio terminatur sicut sub speciebus panis

corporis xpi in quod substantia panis conuertitur vt per verba consecrationis patet cum dicitur. Hoc est corpus meum. Et similiter sub speciebus vini est xpi sanguis. vnde dicitur hic est calix sanguinis mei etc. Sed ex naturali concomitantia sunt ibi omnia alia ad que conuersio non terminatur: sed tamen ei in quod terminatur sunt realiter coniuncta. Manifestum est enim quod conuersio panis non terminatur in diuinitate xpi nec in eius anima: sed tamen sub specie panis est anima xpi et eius diuinitas propter vnionem vtriusque ad corpus xpi. Si vero in triduo mortis xpi hoc sacramentum celebratum fuisset non fuisset sub specie panis anima christi: quia realiter non erat corpori eius vnita. Et similiter sub specie panis non fuisset sanguis nec sub specie vini fuisset corpus propter separationem vtriusque in morte. Nunc autem quia corpus christi in sua natura non est sine sanguine sub vtraque specie continetur corpus et sanguis: sed sub specie panis continetur corpus ex vi conuersionis. Sanguis autem ex naturali concomitantia: sub specie autem vini econuerso. verba sunt sancti thome libro quo supra ca. lxiiii. ¶ Et sic patet solutio ad argumentum quod licet separate sint species panis et vini. tamen corpus xpi integer est sub vtraque specie. ¶ Sed forte dicet iudeus: si ergo sub specie panis est totus xps ita quod est ibi corpus et sanguis vt tu dixisti: frustra ergo iterum sub specie vini integer reperitur. Ad hoc respondet Nycolaus de lyra super verbo cenantibus autem illis Mat. xxvi. dicens quod sub duplici specie institutum est hoc sacramentum scilicet panis et vini: quia panis conuertitur in corpus christi et vinum in sanguinem: et iste conuersiones sunt separatim: quia sanguis christi fuit separatus a corpore vel carne in passione. Hoc autem sacramentum institutum est quasi quoddam memoriale illius passionis. et ideo consecratio carnis et sanguinis fit sub speciebus distinctis. ¶ Considerandum tamen quod sub vtraque specie est totus christus: quia sub specie panis est totum corpus ex vi conuersionis vel sacramenti. Sanguis autem et anima et diuinitas sunt ibi ex concomitantia naturali. Similiter sub specie vini sanguis ex vi sacramenti cetera vero ex concomitantia. hec ibi. Patet ergo quod licet sub specie panis sit caro et sanguis xpi non frustra separatim sub specie vini et sanguis et corpus cum hoc fiat in memoriam passionis xpi: in qua fuit sanguis a corpore separatus. ¶ Quod corpus xpi in tam parua hostia contineatur cum maius in minori non capiatur.



Quartumdecimum impossibile est ait iudeus. Vos xpiani dicitis quod in illa parua hostia corpus xpi continetur hoc probo impossibile esse: quia impossibile est quod maius corpus in loco minoris includatur. Manifestum est autem quod verum corpus xpi est maioris quantitatis quam panis qui in altari offertur: igitur impossibile videtur quod verum corpus christi totum et integrum sit vbi videtur esse panis. si autem ibi non est totum: sed aliqua pars eius redibit inconueniens supradictum quod semper cum hoc sacramentum agitur corpus christi per partes discerpatur. ¶ Ad istud argumentum quod tangit inequalitatem

corporis christi ad locum panis dupliciter respondetur. Primo excludendo impossibilitatem. Secundo applicādo similitudines. Circa primum dicitur q substantia panis directe conuertitur in substantiaz corporis christi. Dimensiones autē corporis christi sunt in hoc sacramento ex naturali concomitantia non autē ex vi conuersionis cum dimensiones panis remaneant. sic igitur corpus xpi non comparatur ad hunc locum mediantibus dimensionibus, pprijs vt eis oporteat adequari locum: sed mediantibus dimensionibus panis quibus remanētibus locus adequatur. hec Thomas vbi supra. ¶ Quomodo autem possunt esse dimensiones corporis xpi cum dimensionib⁹ hostievnus alius doctor sic declarat Nam cum ibi prius erat substantia panis et facta sit substantia corporis xpi: sicut cum dimensionibus panis vel erat substantia panis ante cōuersionem factam sic conuersione facta simul cum eisdem dimensionib⁹ erit substantia corporis xpi. Rursum q dimensiones corporis xpi proprium subiectum non deserunt et oportet dimensiones essevbi et ipsum corpus. Ideo ex quo ipsum corpus est simul cum dimensionibus panis: oportet dimensiones corporis xpi esse cū dimensionibus panis. Sed quomodo hoc possit esse ē videre difficile. Arguit eni philosophus. iiij. phisi. contra ponentesvacuum et dicentes locum esse dimensiones separatas: q si in hominis dimensionibus reciperetur corpus contingeret duo corpora simul posse existere quod habet p impossibili. tota igitur causa quare duo corpora non possunt simul esse est resistentia dimensionum. ¶ Sciēdum igitur q sicut calor et alie qualitates actiue duplicē habēt cōparationē sic dimēsiōes. calor aūt hz vnā comparationez ad subiectū fm quā dat sibi esse calidum: et aliam ad obiectum fm quam est ratio calefaciēdi: ita etiam quantitas prout comparatur ad subiectum dat esse quantuz prout aut comparatur ad quantitatem aliam dat sibi resistere: et esse locale. sicut ergo calor pōt dare esse calidum et non calefacere: putā si deus conseruet eum in esse et suspenderet agere sicut fecit de igne in fornace puerorum: et sic aliquid pōt esse calidum absq hoc quod calefaciat sic et dimensiones poternnt dare eē quantum absq eo q alijs dimensionibus resistant quod patet, nam cum quantitatis sit ratio quare quantum resistat quanto: ideo oportetvnum quātum alteri quāto comparare mediāte quantitate: et quantitatem esse mediā iter corp⁹ qđ resistit et corp⁹ cui sit resistentia: sz sublata illa mediatōe: scz q corpus sit alicubi non mediante quantitate certuz est q sibi aliud corpus siue alia dimensio nō resistet Nam cū tota causa in resistentie sit: quia comparatur ad ipsum mediante quantitate sublata causa iam non resistet. ¶ Per hoc possent etiaz solui instantie de trāsitu corporis christi per corpus virginis ipso manente clauso: et etiam de penetratione celorum quando ascendit in celum: cuz igitur in sacramēto corpus christi non comparetur dimensionibus mediante quantitate: sz magis quātitas mediāte substantia cum substā

tia eā resistētie nō fit. Ideo sicut nō est cōtra rationē substātie simul cū dimensionibus esse: sic nō est contra rationem dimēsionum corporis xpi mediāte substātia esse simul cū dimē sionibus panis. Et sic patet ꝙ nō est impossibile dimēsiōes corpis xpi cū dimēsionibus panis esse. cū ibi sint mediāte substātia que simul pōt cuȝ dimēsionibus esse. ❡ Aliter soluit ꝑdictum impossibile doctor subtilis in. iiij. suo. Dicit enī ꝙ est duplex ordo: scȝ ordo ptiū i toto: ⁊ ordo ptiū i loco. Ordo aūt partiū in toto est differētia quātitatis nō ꝓprie cū sit respectus: sed aliquo modo accedens ad differentiā eius essentialē. Ordo aūt ptiū in loco est de genere situs ⁊ ab isto respectu sine ordine partiuȝ in loco pōt absolui. Ordo enī partiū in toto est prior ordine partiū in loco. Prius autem potest absolui a posteriori sibi accidētaliter coniuncto. Cū ergo ordo partiuȝ in loco accidētaliter cōiūgatur ordini partium in totum, igitur corpus xpi in eucharistia habebit ordinē partium in toto absq̧ ullo respectu qui est ordo partium in loco. ❡ Adducuntur secūdo similitudines alique cōtra iudeos ⁊ infideles. Et primo Augu. in lib. de quātitate aie ꝓbat aiam maiorē esse ꝙ corpus: qꝛ totam mundi magnitudinem infra se cogitari pōt ⁊ infra se cōtinere: ⁊ sicut aia cū sit maior corpore tota est infra corpus: modo cōsimili corpus xpi cum sit maius hostia totum est infra eam nō coartatū sed ita magnum ⁊ perfectuȝ sicut in celo cōtinetur. Item in parua oculi pupilla maximi montes continētur per species suas: cur ergo sic corp⁹ xpi in parua hostia. Item videm⁹ in paruo speculo solis ⁊ lune maximarūq̧ rerum diuersitates. Item intellectus hominis paruus est ⁊ tamen in ipso magna celestium ⁊ terrestriū sapientia ⁊ scientia cōtinetur. quid ergo impossibile putas xpm qui est dei sapiētia increata sub parua forma hostie inueniri: nunquid vides in paruo lapide ꝑcioso magnas ⁊ multas virtutes. nonne vides in paruo corpore pricipis magnā potentiam ⁊ in paruo corpore pape magnaȝ auctori[illegible]tē. Quid ergo impossibile est xpo in parua hostia latere. nunquid sub paruis signis magna signata cōprehēdūtur. Nōne vides quō in hac parua dictiōe deus tota trinitas cōtinetur: scȝ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūssanct⁹: quantomagis sub parua hostia pōt seipm xps cōcludere si vult. immo ꝙ amplius est videmus ꝙ sub hac parua dictiōe ⁊ sub hoc paruo signo omne duarum syllabaruȝ ⁊ quattuor litterarum cōtinetur ōis creatura celiū ⁊ ōia celestia: infernus ⁊ ōia infernalia ⁊ breuiter ōia creata. Quid igitur impossibile ꝙ in vna hostia comprehendatur totus xpus cum in tam parua dictione compꝛehendatur tot⁹ mundus: qm̄ igitur hec in creaturis creduntur iudei erubescant similia fieri in creatore: licet supradicta nō inducant omnimodam similitudinē sunt tamen aliquales cōformitates que deuoto animo considerate mirā delectationem adducunt in animo contemplantis.

❡ Quis vnicum corpus christi sit simul in diuersis altaribus cuȝ nō possit vnum corpus simul esse in diuersis locis.


Uintūdecimum impossibile est. vos xpiani dicitis ait iude⁹ φ xp̄s veriter simul est in pluribus altaribus vbi misse celebrātur hoc videt impossibile. q: impossibile est vnuz corp⁹ in plurib⁹ locis existere. Manifestū est aūt hoc sacramētū in pluribus locis celebrari. ipossibile igit videt φ corp⁹ xpi in hoc sacramēto veraciter cōtineatur. nisi forte qs dicat φ ſm aliquā pticulā ē hic et ſm aliaz alibi ad qd̄ iterū sequitur φ p celebratione̅ huius sacramēti corp⁹ xpi diuidatur in partes. cum tn̄ nec quātitas corpis xpi sufficere videatur ad tot pticulas ex eo diuidēdas in quod locis hoc sacramētum peragitur. ¶ Ex his que dicta sunt superius pz solutio ad hoc qd̄ obijcitur de pluralitate locoꝝ φ corp⁹ xpi p suas dimensiones existit tm̄ in vno loco. sed mediantib⁹ dimēsionibus panis in ipm̄ trāseuntis ē in tot locis in quot huiusmodi cōuersio fuerit celebrata. nō quidem diuisū per partes sꝫ integrū in vnoquoqꝫ. Nā quilibet panis cōsecratus in itegrū corpus xpi ꝯuertitur. hec est solutio thome vbi supra. ¶ Alij vero soluētes dixerūt φ nō est incōueniens φ vnū corpus sit in diuersis locis si in vno est p se ꝛ in alijs p accidens. sic autē est in ꝓposito q: corp⁹ xpi ē in celo ſm ꝓprias dimensiones ꝛ sic p se. In sacramēto aūt per dimēsiōes alienas scꝫ p dimēsiōes panis ꝛ sic per accidēs. Sed isti difficultatem nō euadūt. Diceret eñ iudeus ꝛ p se et per accidēs esse impossibile idez corpus eē in diuersis locis propter hoc ostendo φ corpus xp̄i potest esse simul in diuersis locis sic. omne corpus quod est alicubi ratione substantie non ratione quātitatis potest eē in pluribus locis simul sed corp⁹ xpi est sub dimensiōibus panis ratione substantie non ratione quantitatis ergo potest esse in pluribus locis simul. Maior ꝓbatur quia quod non ē in loco p quantitatem non diffinit nec determinat sibi locum: sed quod non determinat sibi locum potest eē in pluribus locis: ergo quod non est in loco p quantitatem potest esse in pluribus locis simul. ¶ Ad maiorez euidentiam istius prosilogismi notādum φ diffiniri est idem φ finiri siue terminari ꝓpter quod ph̄s. v. metha. vocat diffinitionez terminū q: in ea ponuntur rei principia inter que velut inter primos terminos ꝛ inter proprios fines res diffinita cōcluditur. Hec autem diffinitio siue determinatio est duplex: vna que respicit rem vt est substantia: alia que respicit eā vt ē quanta. Naz quelibet res creata siue sit corpalis siue spūalis inquātum est substantia finitur sic φ determinatur ad certuz genus et ad certaz spēm ꝛ ad certū indiuiduationis modū: ꝛ ideo solus de⁹ q: est substātie infinite non determinatur ad genus neqꝫ ad spēm nec p se nec per accidens: nec etiam ad modum indiuiduationis: cum ipse sit singularitas quedam formaliter. Res autem quanta sicut per hmōi quantitatem respicit aliam sic competit sibi determinatio loci. non enim res creata determinatur ad locum siue diffinitur loco inquantum est substantia ꝫ substantie vt substantia est non est

bem discurrens circa annum domi- ni Mil.cccc.in sermone. Ecce hic positus est in ruinas: declarauit tē- pore suo iam natum esse antichristū per plures visiones et exempla cuius oppositū patet. Unus alius parisiē. conclusionem posuit affirmatiuam q anno domini Mille.cccviij. et di midio debebat apparere et publica- ri mundo et anno domini Mille.ccc lxxviij. et dimidio erat nasciturus. patet manifeste in assignatione tē- poris aduentus antichristi omnes istos defecisse et deficient quicunq alij presumpserint predictum tēpus assignare. ¶ Sed dicet aliquis dili- gens scire licet tempus determina- tum presumptuosum sit assignare. non tamen erit illicitum signa inqui rere vt his cautiores reddantur fide les. Dico q verum est non tamen in quiri debent talia signa curiositate sciendi: sed animo seipsum et alios edificandi in timore dei. ¶ Sed nū quid aliqua talia inueniuntur certa propinqui eius aduētus. Dico q in sacra scriptura inueniuntur prenun ciata nouem signa precipua propin- quitatis aduentus antichristi. Pri- mum signum est totius mundi gene ralis perturbatio: de quo Daniel p- phetauit in capi.xij. veniet tempus quale non fuit ab illo tempore quo gentes ceperūt esse vsq ad tempus illud quod exponēs christus. Mat. xxiiij. dicit q erit tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi: et ibidem declarando que erunt iste tri bulationes: dicit q surget gens con tra gentem et regnū aduersus regnū. pestilentie et fames et terremot9 erūt per loca terroresq de celo. &c. Secū- dum signum est scisma ecclesie cru- delissimum de quo dicit apostolus. ij. ad Thessalo.ij. Qui tenet nunc te neat donec de medio fiat: super quo beatus Augusti. xx. de ciuitate dei. capi. xix dicit quid dixerit scilicet apostolus me prorsus fateor ignora re: et ibi recitat Augusti. multorū su- spitiones circa istud quidem eū di- cunt ipsum paulum voluisse hoc di- cere de romano imperio ad vitandā calumniam. alij autem credunt nero nem antichristum futurum et resurre cturum. Alij autem nondum mortuū sed occultatum donec suo tempore reueletur et restituatur in regnum. di- cit tamen ibi Augustinus q mira ē sic opinantium temeritas. Sed istud dictum difficile ibidem pertractās dicit sic nō absurde intelligitur qui tenet scilicet imperium teneat donec de medio fiat: id est tollatur de me- dio per antichristum ipsum imperiū vel aliter inquit. donec de medio ec clesie exeat ministerium iniquitatis quod scilicet nunc est occultum. ¶ Ex prima autē expositiōe accipi tur argumentum q antichristus pu- gnabit contra romanum imperium et tunc oportet q ille imperator sit fi delissimus qui resistit ei. Ex secūda sequitur q malum illius persecutio nis orietur ab ecclesia vt infra ipsaz sit prius pugna intestina. Has duas illationes ponit frāciscus maronis in suis floribus de ciuitate dei capi tu. quo supra. Et predicta malicia ni hil aliud videtur esse nisi scisma gra uissimum in ecclesia dei siue discesſ- sio a fide. Istud est ergo signum pre cipuum quod debet preuenire anti- christum iuxta illud. ij. ad Thessa. ij.

Nisi venerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis &c. quod exponunt doctores de discessione a fide: quod autem sit istud signum manifestatiuum eius aduentus patet: quia postquam dixit qui tenet nunc teneat donec de medio fiat statim subiungit: et tunc reuelabitur ille iniquus. ¶ Tertium signum est multiplicatio vitiorum de quo christus ait. Mat. vicesimoquarto et quia abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum et apostolus dicit. ij. ad Thimo. iij. capi. In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa et erunt omnes seipsos amantes, cupidi elati blasphemi: parentibus inobedientes: ingrati: scelesti: sine affectione sine pace: criminatores incontinentes. Immites sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: voluptatum amatores magis quam dei. habentes speciem quidem pietatis: virtutem eius abnegantes. ¶ Quartum signum est neglectio siue contemptus sane doctrine de quo. ij. ad Thi. iiij. erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. ¶ Quintum signum est perturbatio omnis prelature spiritualis et terrenalis iurisditionis de quo Danie. iiij. In tempore illo non erit priceps: neque propheta: neque dux in populo meo qui scilicet obseruet veritatem vite iusticie et doctrine.

¶ Sextum signum est vindicatio diuinalis per flagellum et correctionem de quo Ezechie. vij. Uenit tempus prope est dies occisionis qui emit non letetur et qui vendit non lugeat: quia ira super omnem populum. ¶ Septimum signum erit cessatio verbi diuini quo mentes obscure et tenebrose ad verum lumen gratie reducuntur: deuiantibus ostenditur salutis via et errantibus manifesta fit semita veritatis: hec omnia appropinquante tempore antichristi ob defectum diuini verbi de mentibus hominum disperibunt sicut notat beatus bernardus in suo euangelio eterno non in solo pane viuit homo: allegans illud Apoca. viij. Et cum agnus aperuisset septimum sigillum factum est silentium in celo quasi media hora. Septimum nanque sigillum vt dicit septimum est iudicium in ecclesia dandum: quidnam per celum nisi ecclesia dei exprimitur cuius equidem multitudo per conuersationem celestis esse deberet quid hoc silentium nisi defectio verbi dei. Nam et multi apparent predicare, verbum tamen dei adulterantes seipsos predicant non dominum iesum christum. Sed notanter hoc silentium merito media hora fieri dicitur: quia inter perfectionem institutionis christi et sue radiose doctrine et vite: et difformitatem auersionis et dyabolice cecitatis qua auertet antichristus multitudinem christianorum post flagitia variis modis quasi medius status est cum lumine veritatis silentium imponitur et vox ignorantie per facti euidentiam incipit exclamare sicut in Gene. xviij. capi. de sodomitis et gomorreanis scriptum est. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Gomorra enim cecitas et sodoma pecus silens interpretatur

Ex hac namqꝫ abysso ignorantie dei ꝛ malicie mūdi successum sumet ꝛ ꝓsperabitur antichristus sicut Apocaly. xi. capi. scriptum est. bestia id est bestialior ꝛ crudelis. antichristus ascēdet de abysso id est prosperabitur ꝛ successum habebit ex ignorātia mūdi qui iure abyssus poterit appellari: quia mundus tunc propter defectuꝫ diuini verbi ignorantia plenus erit in cūctis bonis. propterea Iob. xx. capitulo ait dicit abyssus: id est priuata ignorantia non est in me lumē scꝫ alicuius necessarie veritatis hoc ibi. ¶ Octauum signum est dubitatio in fide ꝛ pullulatio erroris ꝛ deceptionum de quo dicitur. prima ad Thimo .i. In nouissimis temporibus discedent quidem a fide attendentes spiritibus erroris: ꝛ doctrinis demoniorum in hypocrisi loquētium mendacium. ¶ Nonum signū est destructio ecclesie ad tempus de quo prophetauit Iohannes Apocaly. xii. ꝙ mulier id est ecclesia fugit in desertum vbi alitur a deo per tempus: ꝛ tempora ꝛ dimidium temporis. Hec nouem signa propinqui aduentus antichristi ex sacris scripturis colligere potui: videat ꝛ contempletur diligens lector si forte mundum in presenti inueniet aliquibus de predictis signis vulneratum: ꝛ recurrat diligentissime ad fortissimuꝫ defensorem iesum christum dominū nostrū q̄ est turris fortitudinis a facie inimici cuius singulari presidio fides christianorum inuiolabilis sine fine perseueret.

¶ Finis.

¶ Incipit liber quartus de sarracenorū bello.





Viriliter ut de' tradidit dissoluto iā expiri opꝫ ī hoc libro iiij. sarracenoꝝ vires qd scꝫ cōtra nostrum fidei fortalicium possint. Pro cui' declaro intellectu .xij. ɔsideratiōēs occurrūt ītellectui ptractāde q̄rum prima erit de origine machometi. Secūda de vita ꝛ morib' machometi. Tertia de q̄litate doctrine ꝛ legꝫ machometi. Quarta de fundamēto legꝫ machometi. Quinta de concordātia ꝛ discordātia legis machometi cū lege christi in articulis fidei ꝛ sacramentis. Sexta de morte machometi. Septima de successorib' machometi. Octaua de bello sarracenorum per rationes contra nomē christianum ꝛ contra veritatem vtriusq̄ legis scꝫ christi ꝛ moysi. Nona erit de bellis ꝛ triumphis sarracenorum ꝛ christianoruꝫ per arma corporalia vsq̄ in presens tempus. Decima est de possessione terre sancte per sarracenos. Undecima est de his ad que compelli debent sarraceni viuētes inter christianos de iure ꝛ de his ad que compelli debēt ex ordinatione regni. Duodecima erit de fine legis sarracenorum ꝛ de eorum perpetua seruitute sub iugo xp̄ianorum.









¶ De origine machometi.











Prima consideratio hui⁹ quarti libri est de origine machometi que tribus explicatur articulis. Primus ē de origine machometi quo ad genus ꝛ locum. Secundus de origine secte eius quo ad auctorē. Tertius de origine vtriusq; quo ad tempus.

¶ De origine machometi quo ad genus ꝛ locum.



Primus articulus est de origine machometi quo ad genus ꝛ locū. Circa quod notandū ꝙ machometus originē traxit ex hismaele filio patriarche abrahe. ex agar ancilla. Iste hismael fuit ydolatra pessimus quē deus eiecit a domo paterna iussitq; morari in deserto pharaȝ Gen. xxi. cū vocatis. Hic fuit palust⁹ sagittarius īfra eo. ca. Habuitq; vexillū altissimū in quo scriptū erat superbia vite sub quo ipe militauit cōtinue ꝛ innumerabiles hoīes ab eo decepti. Hic genuit cedar de q̄ geñ. xxv. q̄ genuit hamel. q̄ tebich. q̄ hamessa. q̄ adech. q̄ adue. q̄ adne. q̄ machack. ydolatrā pessimū: q̄ sacrificia fecit filio suo nisar vt pȝ in libris generatiōis mahurith. Iste nisar fuit secūdus angel⁹ sathane post hismaelem habēs vexillū altissimum in quo scriptū erat vanitas mundi sub quo ipe ꝯtinue militauit ꝛ īnumerabiles ab eo decepti. Hic genuit muzar. qui alicn. q̄ emosera. q̄ melich. q̄ vain. qui luiie. q̄ galibē. q̄ caph. q̄ mirra q̄ coidai. q̄ abdemenoph. ydolatrā pessimū q̄ habuit artē hismaelis ꝛ vexillū nizaris ꝛ claues oīm ydoloꝝ mecꝫ vt pȝ in lib. generatiōis mahurith. Abdemenephvero genuit abdemutaliph. q̄ abdalā: q̄ machometum ex enima vxore q̄ fuit filia hanop. q̄ cōcepit ꝛ peperit p̄dictū machometum in villa quadā que dicit̄ ītrarip. q̄ ē ꝓpe mequā in arabia. Iste fuit tertius dyabolicus angelus ꝓ cōfusiōe generis humani q̄ habuit vexillū altissimū in quo scriptū erat ꝯcupiscētia carnis sub quo ipe militauit vsq; ad mortē. Oēsq; sectatores sui dam natissime sue secte nec mirū si pessimus fuit: qꝛ scdm apostolum si radix sancta ꝛ rami ꝛ ꝓ oppositū. Si radix pessima qualis fuit hismael ꝛ ramus scȝ machomet⁹ pessimus fuit. Et sic pȝ origo machometi quo ad genus ꝛ locum.

¶ De origine secte machometi quo ad auctorem.



Secundus articulus est scire quo auctore secta machometi originē habuit. Circa qd aduertēdū ꝙ p̄dict⁹ abdalla pater machometi habebat magnā familiaritatē ꝛ societatē cū quodā iudeo astronomo: qui valde perit⁹ erat in scia astronomie. Erat ēt doct⁹ nō solū ī lege iudeoꝝ sȝ ēt xpianoꝝ ꝛ accidit sic ꝙ illo āno q̄ enima ꝯcepit machometū fuit magna siccitas ꝑ oēȝ terrā arabie intm̄ ꝙ terra nō poterat arari nec seminari sic ꝙ iā oīno deficiēte pane nihil aliud comedebant nisi herbas ꝛ radices camporum. Cum vero venit tēpus quo enima peperit filiuȝ pre-

dictus iudeus aspexit et signauit cō cordantiam stellarum ꝛ planetarum super natiuitatem pueri. ꝛ intellexit per illā ꝙ puer ille debebat esse homo fortis et potens in regno ꝛ lege. Et cum hoc accidit abdolla non erat in terra illa. quia iuerat in hierusalem ad faciendum orationē sicut tunc erat consuetudo. Sed cum rediit narrauit sibi iudeus ille astronimus quicquid intellexerat de facto pueri et post hec diebus paucis elapsis mortuus fuit abdolla in eadem villa de itrarip. et eo tempore quo natus est machometus erāt Arabiani ꝛ affircani in magno cogitatu quia nesciebant certitudinaliter ad quā credentiarū se attinerent si ad credentiam xpianorū vel iudeorum seu ad sectā arreanorum. Et cū esset machometus quattuor annorū dixit iude⁹ astronimus mentiendo ꝙ venerant duo angeli ꝛ extraxerāt cor machometi et eo diuiso per medium ꝙ extraxerant ab eo vnum coagulum sanguinis et deinde ꝙ lauerant eum multum bene cū aqua clarissima ꝛ pulcherrima ꝛ post hoc qđ ponderauerant illud cum cordibus decem hoīm qui erant sue gentis. et deinde cum mille cordibus aliis ꝛ ꝙ semper inuenerunt ꝙ cor machometi ponderabat plus ꝙ omnia alia et ꝙ vnus angelus illorum dixit alteri si istud cor fuerit positum in pōdere cum omnibus cordibus omniū hominum que sunt in arabia excedet in pondere omnia alia. Et ille iudeus dixit mentiendo ꝙ hoc dixerit sibi archangelus gabriel in visione. Cū autem machometus esset octo annorum mortua matre. et auo eius. Abdemutalep cepit eum in custodia Abutalip auncul⁹ eius frater patris sui ꝛ hic Abutalip tradidit eū docendum predicto iudeo astronimo q̄ instruxit eum in scientiis naturalibus ꝛ in legibus iudeorū ꝛ xpianorū. Et q̄ doctrīa tūc habita cepit ea q̄ postea interposuit in illa mala secta quā cōposuit ad perditionē animarū in eo credentium ordinatam. ¶ Additur etiā huic ꝙ cū esset machomet⁹ xxv. ānorum tendēs in egyptū ꝓ quibusdam mercanciis exercendis morabatur ibidem cū iudeis ꝛ xpianis ibi existētibus aliquo tpe anni. specialiter cum quodam monacho de anthiochia cuius nomen erat iohānes quē in specialē amicū habebat qui erat hereticus et ab illo malo monacho habuit multa tam de noua lege ꝙ de veteri ad defensionem sui contra iudeos et xpianos quomodo disputaret cum illis quia quicquid eum docebat predictus monachus totum erat contra deum ꝛ legem eius ad modum heretici. Fuit etiam discipul⁹ Sergii monachi. qui fuit heretic⁹ arrean⁹. Hic Sergius in errorē nestoriī incidēs dum a monachis fuisset expulsus in arabiam venit ꝛ machometo adhesit Cuncta de veteri testamento et nouo plura edocuit vt tradunt: ex quibus satis patet vnde traxit ortum secta pestifera machometi quia a iudeo: et monachis hereticis ꝛ dyabolo principaliori magistro.

¶ De origine machometi ꝛ sue secte quo ad tempus.



Ertius articul⁹ est de origine machometi ꝛ sue secte quo ad tēpus. Et licet

multi multa dicant:tamen communius tenetur q incepit circa finem temporis Eraclii:qui imparauit post focam et habuit victoriam de filio cosdre circa flumen danubii τ interfecit bestiam illam que habebat capita septem et septem diademata et decem cornua de qua dicitur Apocalipsi.xii. Bestia illa fuit rex cosdre bestialiter viuens.habebat enim capita septem idest sex reges sibi subiectos et ipse erat septimus. Septem dyademata erant insignia regia illorum regum. Cornua decem erant decem acies in suo exercitu. Unde primo machabeorum acies ordinata ad bellandum vocatur cornu vbi dicitur bachides autem erat in dextro cornu. Hic cosdre fecerat turrim argenteam in qua intermicantibus gemmis posuit thronum suum et auro. posuit etiam ibi quadrigam solis et lune τ per occultos meatus τ fistulas aquas adduxerat vt quasi deus pluuiam videretur infundere τ cum subterraneo specu equis in circuitu trahentibus circumacta turris fabrica moueri videbatur τ qua quodam modo rugitum tonitrui iuxta possibilitatem artificis mentiebatur Occisa est autem ista bestia per eraclium filio deuicto.quia noluit salutiferis monitis christianissimi principis acquiescere:argentum vero turris illius dedit militibus suis. Aurum vero ac gemmas idest vasa et reliqua vtensilia ad restaurationem ecclesiarum quas tirannus destruxerat reseruauit. et lignum sancte crucis quod predicta bestia in predicta turri tenebat hierosolimam reportauit Unde ipse raptus erat vt patet in historia exaltationis sancte crucis. ¶ Circa finem vero huius preclarissimi principis venit machometus τ signatur tempus Apoca.xiii. Ubi dicitur qui habet intellectum computet numerum bestie id est machometi qui bestialis in vita sua fuit vt dicetur. numerus enim hominis est et numerus eius est.dc.lxvi.scilicet anni. Sed ad quid referatur iste numerus patet q non refertur ad numerum annorum vite ipsius quia non tantum vixit. sed sexaginta tribus annis vt patet in speculo historiali propter quod alii dixerunt q refertur ad durationem legis eius que tantum debet durare. Sed hoc non videtur verum quia lex illa fuit data circa finem temporis eraclii vt dictum est qui cepit imperare anno domini sexcentesimodecimotertio et imperauit trigita annis.a fine autem huius temporis vsque ad presentem annum qui est. M.cccc. lix. fluxit maior numerus vt patet consideranti.et tamen adhuc durat lex machometi.propter quod alii dicunt q post mortem machometi lex eius fuit correcta per sapientes saracenos et ab illa correctione debet incipere numerus annorum durationis legis illius. Sed hoc non videtur probabiliter dictum tum quia non diceretur lex machometi.sed sapientum: tum quia illi sapientes dicuntur fuisse discipuli machometi τ sic eius correctio non fuit post dationem a machometo per corpus notabiliter magnum et sic ab illa iam fluxerunt vltra numerum illum vt patet intuenti.τ tamen lex machometi non videtur ita propinqua cessationi; cum noviter gens eius occupauerit

fere totam grecia3 propter quod sal uo meliori iudicio videtur q iste numerus annoru3: sit incipiendus ab incarnatione domini: terminandus i morte machometi. De quo prophetice loquitur iohannes euangelista quod sic declarari potest. Nam ab anno incarnationis domini vsq ad finem imperii eraclii fluxerunt anni sexcenti.lxii. vt dictum est: isti numeri simul iuncti faciunt septingentos sex annos quibus oportet subtrahere annos quibus machometus vixit cum eraclio. Aliter anni bis computarentur vt patet intuenti. Isti vero estimantur probabiliter fuisse.iiii. quia machometus primo fuit pauper postea inualuit per mercantias postea per rapinas fraudes ante q attemptaret se rege3 facere legem daret vt dicetur quam lege3 dedit circa mortem eraclii. Et sic de vita machometi videntur probabiliter fluxisse.iiii. anni ante tempus mortis eraclii quibus demptis de septingentis sex remanent precise.dc.lxvi. ab incarnatione domini vsq ad morte3 machometi: secundum hoc potest congrue hec littera prophetica exponi. Numerus eni hominis sc3 christi qui fuit perfectus scietiis virtutibus ab instanti incarnationis: numerus eius: scilicet machometi est.dc.lxvi.quia tantus numerus annorum fuit ab anno quo dominus factus est homo vsq ad terminum vite machometi: vt predictum est.

¶ Sciendum q liber Apocaly. fuit scriptus in greco vbi habentur hec nomina. Antumos. Arnothme. Deunitar: vbi nos habem9.dc.lxvi.cuius significatum proprium de antumos est contrarius quod proprie conuenit machometo qui fuit est contrarius christo. significatum proprium de arnothme est nego. quia ipse negauit eius diuinitatem ipsum esse filium dei. vt infra dicetur. significatum propriu deunitarii est sol gigas. Dixit eni christum; non9 fuisse solem iusticie; nec gigantem exultante3 ad currendam viam a summo celo: sed significatum accomodatiuu istorum vocabulorum est.dc.lxvi. ¶ Ad cuius intellectum sciendum q sicut in latino alique littere accommodate sunt ad significandum numeros sicut littera.c.ponitur pro centu3.l.pro quinquaginta sic de aliis. Ita similiter in greco littere alique ponuntur pro numeris ille quibus scribuntur hec nomina antumos etc. in greco significant hoc modo.dc.lxvi.per quod i aliquibus bibliis ponitur sic numerus enim hominis numerus eius est dc.lxvi. que dictio significat apud latinos numerum predictum p litteras quibus describitur. quia littera.d.ponitur pro quingentis. id est pro vno.c.pro centum.l.pro quinquaginta.v.pro quinq.x.pro decem et hec simul iuncta faciunt sexcentos sexaginta sex qui numerus competit machometo modo predicto et quia ista ponuntur velate et obscure. Ideo premittitur antedictu verbum hic est sapientia: id est res occulta. Et sic patet origo machometi et eius secte quo ad tempus quia incipit anno incarnationis dominice sexcentos sexaginta sex.

¶ De vita moribus machometi.



Ecunda cōside-ratio est de vita ꝛ moribꝰ machometi q̄ tribus ex-plicatur pūctis. Primus est de vita machometi. fuit bestialis et libidi-nosa. Secūdus est ꝙ eius vita fuit ambiciosa. Tertius est ꝙ eius vita fuit morbo epilentico mōstruosa.

¶ Quod vita machometi fuit bestia lis et libidinosa.



Rimus punctꝰ est ꝙ vita machōeti fuit bestialis ꝛ libidinibꝰ ple-na. Uñ machometꝰ est illa bestia de q̄ ꝓphetauit iohā. apoca. xiij. dicēs Et vidi aliam bestiā id est macho-metum. vitā voluptuosam q̄ bestia-lis dicit̄ primo ethicoꝝ habētem. q2 fuit luxuriosus ꝛ libidinis ardore succēsus. super oēs homines oriēta-lis regionis. iactās se solum supra quadragīta homines ex diuino mu-nere virtutē generatiuam coercēdi potestatē habere vt scribit̄ historie orientalis ecclesie libro primo. cap. quinto qui aliter appellat̄ liber epi scopi Achoñ. qui fuit auctor huius libri. Posuit etiā machometꝰ in suo alchorano azoara. xlij. ꝙ deꝰ secū di-spensauit de fornicatiōe ꝛ adulterio et sibi soli hoc cōcessisse. Nam sicut certum est omnibus sarracenis ma chometus diligebatur quādam que dicebat̄ maria iacobina quā ꝑsitaue rat ei machoqueus rex iacobinoꝝ. due autē vxores machometi scꝫ vna dicta anosse filia hebeboꝛ nobilissi-ma inter eas et ahassa filia homoꝛ mouebant̄ zelotipia. q̄ cū quadā die intrarēt ad eum inuenerūt dictā ia-cobinā cōcubētem cū eo ꝛ dixerunt ei. decet ne sic facere ꝓphetam qui erubuit ꝛ iurauit se de cetero nō fa-cturum ꝛ sic placate sunt ad iuramē tum eiꝰ. Eūqꝫ modicū tp̄s ptrāsisset nō se potuit abstinere ab ea et fecit de hoc legē quasi ex oꝛe dei reuelan tis sibi. Et tūc dixit in alchorano in capitulo helmetearrē. quod interp̄-tatur vetatio vel anathema. O pro-pheta q̄d petis qḋ deus ꝯcessit tibi placari vxores tuas postules iā le-gem posuit vobis deꝰ vt saluatis iu ramēta vestra ꝛ item cognouit illā. et dixit ꝙ deus dispēsauit cū illo in iuramēto ꝛ super hoc testes sunt mi chael. ꝛ gabriel. et dixit illi vna de vxoꝛibus. O machomete deꝰ festina uit in tuo desiderio. voluit hoc dice re forsitā id est in collo se tuo ꝓpia uit incestui. Et addidit nunqḋ deus precepit tibi hmōi facere cum etiāꝫ inteipso hoc ꝓhotenꝰ de ceteris for sitan q̄rit deus te ꝓplacare ꝑ hmōi ꝛ appꝛopinquare tibi. Ipse vero du-bus vxoꝛibꝰ totū legit quod sequit̄ in capitulo vetatiōis. ꝛ ait quasi ex persona dei. penitemini corā deo ꝙ declinauerūt corda vestra quasi di ceret de hoc ꝙ calumpniate sunt eū de incestu sequit̄ que ꝯtinuo si forte deꝰ vos repudiabit ꝛ dedit ei ꝓ vo-bis vxores meliores sarracenas fi-deles. locupletes penitētes. adoran tes. laudantes. agiles. ꝛ virgines. q̄ audiētes dixerūt penitemur. ¶ Si mile fecit q̄ñ accepit vxorem zeidi nutricū sui: dixit sententiam que ē in capitulo helizabeb. ꝙ deus dixit ei tu scelas in anima tua quod deus propalat et formides homines sed iustum est ꝙ deum formides. cū eū

tam respuerit zeisch maritauimus eam tibi. O machomete et dixit zeisch. Nunquid duxisti eam nocia dei. Respondit ve tibi. deus maritauit eam mihi. que postea iactauit se quod deus maritauerat eam. et non parentes eius: sic ergo vt cooperiret luxuriosam vitam suam blasphemauit contra deum imponendo sibi quod dispensauerat secum in iuramento et fornicatione et adulterio. cum tamen ipsemet dicat nullum esse maius peccatum quam imponere deo mendacium.

¶ Item infra in alchorano azaora. lxv. dicit quod paradisus suus habet irriguos ortos. et vxores et concubinas virginesque pulcras. et ciphos aureos et argenteos et comestilia optima. Unde in libro de doctrina sua quod est autenticus apud eos dicit quod primum ferculum paradisi erit iecur piscis albi cibus summe delectabilis. Consequenter fructus arborum: concludens quod ibi cuncta essent frustra si voluptas luxurie non sequitur.

¶ Item in suo alchorano capitulo de vaca concedit zodomiam tam cum masculo quam cum femina propter quod solum igne celesti deberet dirimi secta sua. Patet ergo ex omnibus supradictis quod vita machometi fuit vita bestialis. quia fuit luxuriosus incestuosus. adultere et in crimine pessimo maculatus.

¶ Quod vita machometi fuit superbissima. et ambitiosa.



Secundus punctus est quod vita machometi fuit vita ambitiosa. quia ex inordinata ambitione dominandi ascendit per gradus malicie velut alter lucifer vt fieret rex hismahelitarum: cum enim in prima etate sua esset mercator. et frequenter pergeret cum camelis suis apud egyptum et palestinam cum iudeis et christianis comicans. non solum nouum testamentum et vetus didicit. sed et magus peritissimus est effectus. et cum curru cana ingrederetur prouinciam cuius prouincie domina tadiga vocabatur et diuersas species quas machometus secum attulerat dicta domina miraretur cepit ei dicta mulier familiarius adherere quam machometus incantationum suarum viribus cepit paulatim inducere in errorem dicebatque se esse messiam quem iudei adhuc expectant futurum. suffragabantur quoque verbis ipsius tam incantationum prestigia quam calliditatis eius ingenia copiosa. qua opinione non solum dicta mulier est decepta sed omnes iudei ad quos fama eius pertingere potuit ad eum cum sarracenis tanta rerum nouitate attoniti cateruatim confluebant quibus cepit leges nouas fingere et eis tradere adhibens eisdem legibus testimonia noui ac veteris testamenti quasi quedam colorem sui veneni. Usus consilio illius pessimi. Sergij monachi heretici arriani. quas leges hismahelite seu sarraceni suas appellant eumque suum legislatorem esse fatentur. Prefata quoque mulier videns hominem iudeorum et sarracenorum pariter testimonio approbatum pompa. et sequela volatum. extimabat in eo diuinam latere maiestatem: et cum esset vidua accepit eum sibi in maritum. sic quod machometus totius illius prouincie obtinuit principatum. et incepit esse diues et potens secundum ambitionem sui desiderij: transiuit quoque dissimulatus in hispaniam anno vltimo regis Richardi: et venit in ciui-

tate Constantinopoli. predicauit ibidē suā malā doctrinā dicēdo q iesus xp̄s fuit natus de virgine ope spūssancti sȝ tn̄ q nō erat de⁹. Qđ cū audiuit beat⁹ pr ysidor⁹ archiep̄s hispalen̄ qui tūc veniebat de curia romana. statim misit hoīes suos ad p̄dictā ciuitatē vt eū vinculatū sibi adducerent. Sed diabolus apparuit sibi et dixit q recederet ab illo loco ⁊ stati exiuit et fugiēs nauigio trāsiuit in affrica in qua ⁊ in arabia decepit innumeras gētes. qui oēs ei adherentes psarū regnū infestare ceperunt. totūq imperiū oriētis inuaserūt. tm̄ q p̄ualuit hostiū multitudo q eraclius impator resistere non potuit. Vn̄ coact⁹ est oia sacra q̄ erāt in hierusalem ⁊ p̄cipue p̄ciosū lignū scē crucis apud Constātinopolim apportare. ¶ Jā ei p se cū arabib⁹ ⁊ aliis p̄dictis natiōib⁹ cōiuncti duce machometo siriā occupauerāt ⁊ maximam ptem palestine qđ fuit impii eracliū anno. xx. Qūo aūt tāȝ subito tantā gētiū multitudineȝ potuit ad se trahere iter cetera visus fuit quadam astucia vulpina Cum eñi videret q a p̄dictis natiōib⁹ tāq summi dei p̄pheta ⁊ nūcius coleret. cepit ardentissima ambitiōe grādia cogitare in corde suo scȝ qūo posset esse cōtrarius romanorum impatori. ⁊ qūo posset gētes a dñio suo subtrahere Et deinde cū suis deceptionib⁹ putauit virib⁹ suis cōmouere oēs populos p̄dictarū gentiū in hoc facto. ostendendo eis qūo erāt oppssi grādi et amarissima seruitute in dādo redditꝰ ⁊ tributa sine mō romanis. Et q p̄ptereā venerāt iam ad magnam pauptatē ⁊ miseriā ⁊ q ab hoc dāno ⁊ piculo futuro poterāt exire p vim ⁊ timorē ⁊ per potestatē multorum gētiū. ⁊ vetare tributa ac seruitutem tollere: affirmauit tn̄ eis pn̄cipatū tenere nō posse nisi xp̄ianorū fide oino diuerterēt. suaq documēta seruarent. Simulāsq vt p̄dictus est aliquid diuini numinis in se habere. ⁊ p̄stigiis multis p ipsum ostēsis hoīes decipiēs p̄pheta maxim⁹ ab oibus in dicto populo habebat iudeos etiā multos vt dictū est ita decepit vt ipsū crederēt esse summ messiā. Et sic accidit q p̄postq̄ p̄dictꝭ suggestiōibus cōmouit p̄dictas gētes. misit eraclius impator nuncios suos p colligēdis tributis in affrica. Qđ cū sciuit machomet⁹ exiuit ad eos cū illis quos cōmouerat. dixitq eis q nolebant dare impatori romanorū tributa. ⁊ deinde pugnauit cū illis et interfecit illos. Et tūc eleuatū ē cor eius ⁊ venit in arabiā et in siriā ⁊ in mesopotomiā q̄s suo dñio subiugauit. Et deinde ꝯquestauit ceteras puincias circūq̄q p suꝰ deceptiōib⁹ q̄ virib⁹. aiando eos q pugnarēt et defēderēt se a romanis vt ab eoȝ seruitute liberētur quod ⁊ fecerūt. Et tunc somniauit eracli⁹ impator q parui mures nascebant in affrica qui rodebāt fimbrias vestimēti sui. ⁊ post hec cū cognouit q machomet⁹ cū ei adherentib⁹ occiderāt nūcios suos in affrica ⁊ q nolebāt dare cōsueta tributa cōgregauit magnū exercitū. ⁊ misit cum eo theodorū fratreȝ suū qui tenebat imperium oriētis de manu eius vt pugnaret cū illis rebellātibus in affrica et reduceret terraȝ sub suo dñio. Cum ergo predictus theodorus ve

nit in affricam: pugnauit cū illis et fuit permittēte deo victus ab illis ꝛ fugit qui satis afflictus redijt ad ꝑdictum imperatorē. ꝛ narratis omnibus qui occiderant petiuit iteruꝫ maiorem exercitum vt iret cōtra illos rebellantes. ꝛ tūc imperator narrauit sibi somnium mirūꝫ quod viderat nec propter hoc dimisit exercitū suū mittere: immo maiorem ꝙ prius cum eodē theodoro destināuit. Sed licet romani essent multi quādo ꝑuenerūt in terrā illā ꝛ viderunt potestatam machometi ꝛ audaciam quam secum habebat dubitauerunt multū de eo. ꝛ pauore magno ꝯcussi voluerunt se retrahere ad quoddaꝫ castruꝫ quod dicebatur gabatin. qđ cum sensit machometus venit post eos plures eorum occidēdo ꝛ vulnerando. Romani vero videntes ꝙ sic moriebātur pusillanimitate resumptis viribꝰ cōuersi sunt ad eos ꝛ habuerunt ibi ꝑliū magnū sed finalit victi fuerūt romani ꝛ occisus theodorus frater imperatoris. Omnesqꝫ ibi perierūt paucis exceptis qui in montibus se absconderūt ꝛ ex tunc sublatuꝫ fuit romanorꝫ dñium in affrica ꝛ iugum seruitutis affricanorum cessauit. Cum ergo viderūt Agareni ꝙ deuincerant romanos vltra modum facti leti redierunt ad terram sirie et venerunt in ciuitateꝫ damasci que ab antiquo fuerat caput regni xpianorꝫ ꝛ ibi de beneplacito ꝛ voluntate omniū ꝑdictorum eleuatus fuit in regem machometꝰ quia multuꝫ eū diligebant et appreciebantur. quia sic extraxerat eos de seruitu te romanorūꝫ et regnauit. x. annis. ¶ Hec ex generali istoria hispanie. Ex quibus manifeste patet quomodo vita machometi fuit ambitiosa. quia vt efficeretur rex et dominus et vt haberetur tanꝙ verus ꝓpheta dei fuit totū studiū vite sue.

¶ Quod vita machometi fuit morbo epilentico monstruosa.



Tertius punctus est ꝙ vita machometi fuit morbo epilentico mōstruosa. Sicut enī vilis machometus libidinibus et ambitionibus fuit plenus. sic etiā vt eiꝰ turpitudo anime ostenderetur exteriꝰ mōstruosus fuit in corpore. laborās caduco morbo siue epilentico. ꝛ cuꝫ die qđā ꝑsente Cadica regina vxore sua caderet in terra spumās velut porcꝰ illa cernēs nō modicū tristabatur eo ꝙ homini impurissimo iūctā matrimonio se videret. quā ille placare desiderās surgēs eā talibꝰ sermonibꝰ [illegible]mulcebat. dicebat enī cum gabriele archangelo se habere colloquiū nec vultꝰ eius ferre posse splendorem. sed in eius aspectu mirifico virtutem carnis omnino deficere. ꝛ ꝓpter hoc ipsuꝫ cadere oportebat. vt cum hec dixit laborauit vt suis incātationibus ꝛ magicis artibus ac diabolo concurrente quo dirigebatur facere aliqua mira ꝗ miracula videbātur aū illā. Et qꝛ aliquo modo teste scriptura diabolꝰ ī angelum lucis se trāsfigurat diabolꝰ intrabat in eo ꝛ faciebat ei aliqua futura predicere et per istum modum decipiebat gentes. Credidit ergo predicta mulier eius falsis assertionibus et illusionibus credide-

runt ⁊ alie supradicte nationes eo ꝙ gabriel archangelus sepe a deo ad sanctos hoies destinatur ꝙ ex ore gabrielis archãgeli machomet⁹ leges illas susciperet quarũ eis obseruãtiam imperabat.

¶ De qualitate doctrine ⁊ legis machometi.



Ertia cõsideratio ẽ videre q̃lis ẽ lex machometi Et licet ex superiorib⁹ satis clareat ꝙ homo tã bestialis ⁊ immũdus nõ potuit dare nisi legẽ sibi correspondentẽ. Uerumtñ vt fideles cognoscant falsitatem ei⁹ ⁊ quomõ non est lex dei sed diaboli septem passib⁹ explicat. Primus erit de modo fallaci quomõ dedit legem suã populo ei credenti. Secundus de errorib⁹ sue legis. Tertius de fatuis sue legis fabulis. Quartus de maliciis sue legis Quintus quomodo [redacted] miraculis fuit confirmata. Sext⁹ quõ est lex cõtradictiõis. Septim⁹ ꝙ in plurib⁹ ẽ per hoiem reuocata ⁊ a diabolo tãꝙ a principali auctore constituta.

¶ De mõ q̃ fuit data lex machometi



Rimus passus ẽ videre modũ quo secta ista machometi fuit data Circa qđ notandũ ẽ ꝙ sicut fert ẽ libellus qđã in partib⁹ trãsmarinis de ei⁹ fallaciis in q̃ legit ꝙ ipse volẽs sibi cõciliare aios pplor dicebat se eẽ pphetam ad eor salutẽ diuinit⁹ destinatũ vz vt legẽ iudeis ⁊ xpianis datã que nimis rigida erat ⁊ seuera mitiorũ pceptor pmulgatiõe tẽperaret ⁊ vt ei⁹ missiõi ad instar moysi attestarẽt q̃dam signa ⁊ pdigia videret assignata die ad certũ locũ ppl'm cõuocauit legẽ diuinit⁹ missã insignis ⁊ pdigiis accepturũ: tũc eo sermocinãte ad populũ colũba cãdida q̃ in vltimo loco erat ad hoc fallaciter edocta euolãs super humerũ ei⁹ stetit ⁊ in ei⁹ aure iuxta morẽ solitũ grana ĩ aure reposita comedens vba legis ei suggere videbat. Thaurus quoqꝫ similiter ad hocipm cõsuetudine q̃dam edoct⁹ vt de manu ei⁹ pabulũ acciperet ad vocem eius corã pplo venit ⁊ quasi noue legis mandata celitus missa q̃ ipse cornibus ei⁹ alligauerat detulit. Sed ⁊ vasa quedã lacte ⁊ melle plena. que ipse in certis venis terre artificiose ac latenter imiscuerat quasi p diuinã reuelationẽ fecit effodi et populo velut in signo future habundantie ꝙ p eiusdẽ legis obseruãtiã mereret ostendit. Sicqꝫ miraculis ⁊ magnalib⁹ diuinis cõgratulãtes ⁊ acclamãtes seduxit atqꝫ ad legẽ suam q̃si diuinã recipiẽdam pertinaciter animauit.

¶ De erroribus legis machometi.



Ecũdus passus ostẽdit errores legis machometi. Unde oim antiquor feces quas diabol⁹ sparsim seminauerat simul i machometo ⁊ eius lege recollexit ac renouauit. Ipse nãqꝫ cũ sabelio negauit trinitatẽ personarũ in diuinis. Secundo docuit xpm esse purã creaturã cum arrio. Uñ ⁊ Sergius monach⁹ qui fuit magister machometi vt dicitur ẽ fuit hereticus arrian⁹. Tertio asserit ꝙ iudei nõ occiderũt xpm sed

quẽdam ei similẽ: ⁊ in hoc ꝯuenit cũ manicheo. Quarto dixit ꝙ de⁹ trãstulit xp̄m ad se ꝫ apparebit circa finẽ mũdi ⁊ occidet antixp̄m ⁊ postea faciet eũ de⁹ mori. ⁊ q̄ negat xp̄i passionẽ oĩa sacramẽta eccl'ie q̄ a passione xp̄i sumpserũt efficaciã ⁊ ĩ hoc cõuenit cũ donatistis heretici. Quinto dicit ꝙ demones. possunt saluari p alchoranũ ⁊ ꝙ ipsi audito alchorano multi ex eis facti sunt sarraceni ⁊ in hoc aliqualiter imitat̃ originem qui dixit ꝙ adhuc demones saluabunt̃. Sexto dicit ꝙ qñ de⁹ misit ꝓ eo gabrielẽ ꝙ ipse iuit ad deũ ⁊ de⁹ imposuit ei man⁹ ⁊ tantã frigiditatẽ sensit ex tactu man⁹ dei sup humeros eius ꝙ frigiditas ꝑuenit vsq̄ ad medullã spine dorsi: in hoc ꝯuenit cum acronio forti q̄ ponit deũ corporeũ. Septimo dicit spũsanctũ eẽ creaturã ⁊ in hoc cõuenit cũ machedonio. Octauo dicit ꝙ aliq̄ ãgeli facti sunt demones q̄ noluerũt adorare adam ⁊ in hoc oĩno neminẽ imitat̃. Nono ponit ꝙ vltima hoĩs beatitudo ẽ in cõmedendo ⁊ luxuriãdo ⁊ in vestib⁹ preciosis ⁊ in ortis irriguis ⁊ in hoc cõuenit cũ cherinto heretico ⁊ cum quibusdam paganis. Decimo ponit in capitulo de mẽsa ꝙ familia sua nihil oĩno valet nisi cõpleat legẽ ⁊ euãgeliũ ⁊ libꝝ sibi reuelatũ scꝫ alchoranũ: ⁊ sic docuit gẽtes iudaysare: et ideo docuit circũsionem esse tenẽdã ⁊ in hoc cõuenit cũ vierne heretico. Undecimo docuit indifferenter accipere vxores alioꝝ ⁊ in hoc videt̃ cõuenire cũ nicholaitꝭ hereticꝭ. Duodecimo docuit licitũ eẽ habere plures vxores ꝯtra apostolũ p̄me coꝛ. vij. et ꝯtra ꝯstitutionẽ ꝑfectã legis nature erũt duo in carne vna geñ. ij. ⁊ ĩ hoc ꝯuenit cũ nazareis hereticꝭ licitũ ponentib⁹ in noua lege articulũ de pluralitate vxoꝛis. ¶ Xiij. docuit vti lotionib⁹ ꝓ baptismatib⁹ in remissionem peccatoꝝ ꝯtra ap'lm ad ephe. iiij. vna fides vnũ baptisma: ⁊ ĩ hoc ꝯuenit cum nouacianis ⁊ donatistis hereticis baptisma reiterantibus. ¶ Xiiij. docuit licitũ eẽ sodomiã taꝫ cum masculo q̄ cũ femina vt pꝫ ĩ alchoꝛano capitulo de vacca. ⁊ ĩ hoc cõuenit cũ sodomitis hereticis licꝫ sarraceni palliẽt hoc q̄busdã honestꝭ expositionib⁹. Hec aũt fuit tota intentio machometi vt scꝫ resecaret q̄cq̄d erat arduum in credẽdo ⁊ q̄cq̄d erat difficile in operãdo: ⁊ cõcederet cõmunia ad q̄ mũdani hoĩes ꝓni erãt ⁊ maxime arabes scꝫ gulã ⁊ luxuriam ⁊ rapinã. ¶ De virtutib⁹ aũt puta de humilitate vł de pace. vel abstinentia. vel de caritate dei ⁊ ꝓximi vł de vltimo fine nihil notabile dixit ⁊ q̄ de oĩbus his poterat ei⁹ facilitas et malicia deꝑhendi taꝫ p nouũ q̄ p vetus testamẽtũ q̄ etiã p dicta philosophoꝝ q̄ de virtutib⁹ ⁊ vltimo fine hominis tractauerũt mandauit oĩno ꝙ nihil crederẽt q̄d essꝫ ꝯtrariũ huic legi: sed q̄ aliud crederet occideretur.

¶ De fatuitatibus ⁊ fabulosis legis machometi.



Ertius passus est de fatuitatib⁹ ⁊ fabulosis dictis legis ⁊ doctrine machometi. Ex q̄bus satis apparebit q̄d nõ ẽ lex dei. Nõ enĩ lex dei fabulosis ⁊ ridiculosis calificat̃ q̄ potius ꝯuertũt hoĩem in risum q̄ in deuotioneꝫ: talis ẽ lex

machometicum certū ē oib⁹ eā legētibus: de multis qdā pauca lʒ magis notabilia referant̄ dicit̄ enī in capitulo de leuemelle q̄ interpretat̄ formica q̄ Salomon congregauit magnum exercitum angelorum videlicet hoim ⁊ animaliū. ⁊ qn̄ ibant inuenerunt fluuium formicarum ⁊ tunc formica dixit. O vos formice itroite in habitacula vestra ne interimat vos Salomon ⁊ milites ei⁹ ⁊ subrisit formica. Et post pauca qn̄ reassignabātur omnes aues in exercitu inuentū est q̄ deerat vpupa ⁊ dixit Salomō. quid ē q̄ hic nō video vpupā puniā illam ⁊ decollabo eam vel assignabit rationē quare defuit ⁊ stetit vpupa non multum lōge ⁊ ait. didici q̄ vos nescitis ⁊ veni ad vos de sabea cum veris rumoribus inueni si quidē mulierem regnantem inter eos ⁊ ꝯperi pplm suū colere solē absq; deo. Itē in capitulo delchamar quod dicit̄ in tpe lune appropinquauit luna hora ⁊ fracta est luna quod exponētes doctores eorum dicūt q̄ machometus stabat cum socijs suis ⁊ cū videret lunā appropinquātem ꝯiunctioni dixerūt ei ostende nobis aliqd̄ ꝓdigiū. ⁊ tūc ipse iunit lune duobus digitis scʒ indice ⁊ medio ⁊ tunc fracta est in duas partes et vna medietas cecidit supra montem elikaūs qui imminet ciuitati mecque ex vna pte: et alia medietas super aliū qui mons rubeus appellatur firmis ex alia pte ciuitatis: et cum sic fracta esset luna venit et intrauit manicam camisie machometi et ipse integrauit eam. Item in capitulo seba dicitur q̄ vermis indicauit mortem salomonis vbi dicit glosa q̄ salomon dū staret innixus super baculum suū subito tamq̄ dolor eū arripuit q̄ expirauit nec tamē corruit diuino miraclo. demones autem qui ei seruiebant videntes eū stare credebāt eū viuere ⁊ nat⁹ est qdā vermis de terra ⁊ corrosit baculū cui innitebatur. ⁊ tūc fracto baculo corruit salomon ⁊ concurrerunt demones ⁊ inuenerunt eum mortuū et extunc ceperūt hoibus nocere ꝑ posse. Itē ipse machometus in libro narrationū reddit causam quare vinū sit illicitum ⁊ dixit q̄ deus misit angelos duos i terrā vt bene regnarēt ⁊ iuste iudicarēt ⁊ fuerunt isti angeli Aroth ⁊ maroth. cumq; venisset mulier que habebat causā ⁊ inuitauit eos ad prādium et dedit eis vinum bibere. qd̄ eis deus mādauerat ne biberent: et inebriati requisierūt eam de luxuria et consensit hoc precio q̄ vnus doceret eam ascendere in celum et alius descendere. Cūq; eam docuisset ascēdere in celum ⁊ deus illam videret audita causa ⁊ modo fecit eā luciferum q̄ esset ita pulcra inter sidera sicut erat in terra inter mulieres. Data autem optione angelis qui peccauerant vbi vellent puniri hic vel in futuro elegerunt magis puniri in presenti q̄ in futuro et tunc deus suspendit eos per pedes in puteo babilonis cum cathena ferrea vsq; ad diem iudicij. Hec et similia multa cōtinentur in predicta lege per que qlibet sapiens poterit cognoscere fictionem q̄ nullo modo sit lex dei. Nō enī lex diuina consueuit loqui hoib⁹ per tales fabulas: sunt enī sequētes machometum illi de quibus prophetauit paulus a veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem con

uertentur. Item dicit in libro narrationum q celum creatum fuit de fumo et fumus de vapore maris et mare de monte quodã qui vocatur caph qui cingit totum orbem et sustinet celum. Dicit etiam q sol et luna erant equalis luminis et virtutis et nõ erat distinctio inter diem et noctem. quadã autem vice volabat gabriel et accidit vt ala sua tangeret lunam q̃ obtenebrata est sicut modo cernimus. Preterea dicit q natus est sus de stercore elephantis et mus de stercore porci et cattus de fronte leonis: qđ narrat in hunc modum. Nã cum eẽt noe in archa cum filijs et animalibus qñ ibant ad secreta nature inclinabat archa et maxime cum ibat elephas et cum vehementer timerent consulit noe dñm qui ait vade et inclina collũ eius ad foramen stercorarie: et fecit sic qui et stercorisauit et natus est sus grandis satis de stercore elephãtis Cũ autem rostro fossorio reuolueret feces vt solet natus est mus et cepit rodere tabulas arche et tunc maxime timuerunt et consulto domino noe percussit leonem in fronte et egressus est cattus per nares eius et hec est causa vt dicit quare caro porci sit illicita. Dicit iterum in eodem q deus in fine mundi occidet omnem creaturã etiam angelos et archãgelos et nihil remanebit viuũ nisi de⁹ et mors que est quidẽ angelus qui dicitur adriel. et tunc pcipiet de⁹ adrieli q occidat seipm quo facto dñs insultabit voce grandi et dicet vbi sunt satrape mũdi et principes et post hoc resuscitabit omnia. Ipse etiã machometus scripsit librũ vbi posuit duodeci milia verba stupenda et cũ admirãtes q̃rerent verum omnia illa essent vera Respondit q solum tria milia veritatem habebant oĩa alia falsa erant Cum igitur in predicto libro aliqđ falsitatis dephendiť dicunt sarraceni q hoc dicit machomet⁹ q2 non erant omnia vera et istud est de illis residuum totum semp in suo robore perseuerat. ita etiam faciunt sarraceni de alchorano q2 cum multa falsa in eo et mendacia cõprehendantur tamen ppter quedam vera que continet quasi verbum dei ab eis tollitur Non est sic de euangelio xpi quia si i eo vnum solum verbum falsum inueniretur qđ absit de euangelio vt dicit Augustinus causa iusta esset q totum euangeliũ friuolũ reputaretur et vanum q2 modicum fermẽtum corrũpit totam massam secundum apostolum. et hinc est q litterati et magni sapientes inter sarracenos non adhibent fidem sed fictiones doctrine aduertũt in predicto libro. Cui⁹ sunt duo signa Primũ q renuũt disputare cũ alijs sapientibus publice Secundum q noluñt adduci alchoranum in publicũ et dolent vehementissime cũ ab alijs legiť et nullomõ vellent q in linguas alias et litteras trãsferretur. Scimus enĩ q verum aurũ neq3 lumen timet neq3 ignẽ. Et ideo q xpiani de veritate cõfidunt q̃ fortissima est et manet in eternũ libẽter cũ alijs nationibus de euangelio cõferunt gaudẽtq3 cũ ab alijs nationib⁹ creditur et desiderant q omnibus publicetur et in linguas alias trãsferatur et nõ solũ scripturis s3 etiã picturis et colaturis publice xpi passionẽ ostẽdunt q ab alijs nationib⁹ ludibriũ et ignomina reputatur.

¶ De malicijs legis spurcissime machometi.



Quartus passus est de malicijs legis machometi. Cum deus sit summe bonus et optimus scit optima adducere secundum dionysium si mala cōtinet lex aliqua cōstat illā nō esse a deo talis est lex machometi vt patet per totū alchoranū. Dicitur enī in capi. elhacaph et etiā in capi. elee quod interpretatur demones quod ipm alchoranū placet demonibus et in eo delectantur. demones autem sunt prauí et dānati in voluntate quibus nō placet nisi quod malū est igitur alchoranū est malū. Preterea alchoranus est causa oim malorum vt occisionis et rapine et periurij et huiusmodi que quidem mala sunt. Alchoranū non solū permittit: sed mandat occisionē: nec est excusatio quod mandat quod occidantur increduli. Dicit enī sine dubio quod fideles non debent occidere fidelem: ipsos aūt infideles precipit occidi nisi soluāt tributū ergo soluere tributum est integra causa quod occidantur vel non occidantur. Preterea sicut vt in Alchorano in pluribus locis legitur nullū est maius malum quam imponere deo mendacium. Alchoranum autem deo imponit mendacia multa preter illa que dicta sunt superius que oia redundant in deum quomō ergo alchoranū est sermo dei vt dicunt. Possumus aūt ostendere plura alia. Nam in capi. elenipbaal quod interpretatur lucra dicitur quod lucra sunt dei et nuncij: et quod debet deo quintā partē de his que lucrantur. Et nunquid deus est ita maius quod permittit rapinā vt inde inficiatur partē suā scilicet quintā partem. Aut est ita pauper quod nō habet vnde alat pauperes suos scilicet viduas et pupillos et pegrinos de quibus ibi loquitur nisi pmittat rapinā vt inde lucretur. Certe iā fecit machometus deū consortē sibi in malū quē non pōt habere cōsortē in bono. ¶ Quod aūt precipiat rapinā patet asana. iiij. vbi loquitur sarracenis in hūc modum viri boni deū timentes factis per que vos ipsi propinqui sui fitis studeatis ipsiusque noie vsque quo vos meliores et clariores efficiamini predatores et expugnatores estote. Propterea licet alchoranū aliquomodo prohibeat rapinā vel plurima vel quedā alia mala tamen ipsa prohibitio est quedā pmissio dicit enim ne faciatis talia mala qui deo nō placent: sed si feceritis ipse est misericors et miserator: quia indulgebit vobis de facili. De rapina aūt nihil mādat vnquam quod restituatur nec ipsi talē cōsuetudinē habent. Sed sufficit sarraceno quod dicat nō est deus nisi deus et machometus est nūcius eius. De piurio vero expresse dicit in capitulo elemōde quod interpretatur mensa nō imputabit vobis deus fraudationē iuramēti: sed moderationē eius quasi dicat periuriū nō obligat ad culpā: sed ad penam: et postea subdit pro transgressione vero eius decem miseroꝝ cibatio seu eorum vestitio: aut vnius captiui redemptio: qui aūt hoc nouerit tribus vicibus ieiunabit. Ex istis sequuntur oia mala non enī timentur rapere vel fraudare nec periurare: nec seruant fidē tamen christiani tenēt quod fides seruanda est hosti: et etiā infideli. Ex supradictis satis patet quod lex

machometi nō est lex dei ex quo mul tas continet malicias ꝛ multa falsa ꝛ criminosa.

¶ Quod lex machometi non est cō firmata miraculis.



Quintus passus est ꝙ lex mechometi non est confirmata miraculis. Ex quo quicunqꝫ sani intellectus poterit auertere ꝙ nō est lex dei. quia cū moysen misit deus ad pharaonē ostēdit magna miracula. helyas eliseus ꝛ alij pphete fecerunt magna ꝛ inaudita miracula ꝛ illi precipue omnes qui aliquid nouitatis attulerūt mundo christus aūt venit ppꝛie cum pdigijs ꝛ signis maximis sicut etiā in alchorano dr̄. Si aūt dicant sarraceni ꝙ plura ꝛ magna miracula fecit machometus sicut est illud de integratione lune fracte ꝛ de fonte aq̄ quē cū digitis suis fecit emanare hec friuola sunt ꝛ contra alchoranū eoꝝ prohibet eī machomet⁹ ꝙ nihil de eo credāt nisi ꝙ scriptū est in alchorano de oib⁹ inquit philosoph⁹ multa mentiti sunt ꝙ ne de me verum tenear ꝙ alchorani auctoritate fulcit qui cū miracula non faceret ostendere volens cām deū consequenter introducit dicens dn̄s dixit ad me: iō te miracula facere non permitto qꝛ ne tibi scꝫ contingat sicut in alijs pphetis in miraculis timeo suo ergo testimonio conuincit nullum fuisse miraculū seu signū. Itē ipe machometus in alchorano frequenter recitat ꝙ cū homines ei dicerent ostende signa que fecit moyses ꝛ christus ꝛ alij pphete. Respondebat qꝛ moyses venit cū signis ꝛ mancij ceteri et maxime xp̄s qui venit cū maximis pdigijs ꝛ mundus non credit eis: sed dicebant ꝙ erant maleficia. ideo nō pmittit me deus facere miracula: nō eīm crederent: sed veni in virtute armoꝝ. Sed hoc conuincit expressum esse mendaciū. quō eīm non crederet ei si faceret miracula q̄ crediderunt ei sine miraculo. Talia eīm mādauit eis ad que mundus pnus est ꝛ currit sine aliquo miraculo ꝛ mandato: scꝫ ꝙ occiderent ꝛ raperent ꝛ mulieres plurimas impregnarent ꝛ ꝙ dentem p dēte ꝛ oculū pro oculo extraherēt. Ad hec aūt oīa ita pni sunt mūdani hoīes vt vix ꝛ cū magnis vltionibus ꝛ iudiciarijs penis ab istis valeant coerceri. Quod aūt induxit p signo ꝙ sit missus a deo in virtute armoꝝ expressaꝫ continet falsitatem nō eīm semper fuit victor sicut moyses ꝛ iesus enoch ꝛ helyas quos angel⁹ dn̄i semper protexit ꝛ victores fecit machometus autem vincebat aliquādo ꝛ aliquo modo vincebatur sicut ꝛ alij tyranni. nā dentes eius in bello contriti sunt ꝛ facies collisa sicut habet in bello quod vocatur gasme toboꝛ vbi fuit vulneratus in oꝛe et amisit vnū denteꝫ de prioꝛib⁹ coꝛruit quoqꝫ in foueam ꝛ fuit valde turpiter vict⁹ cū ꝗuis in pcedenti nocte ex parte dei sui contrariū promisisset hec in pugione ꝛ alia similia parte secunda capi. viij. Ex quo etiam patet ꝙ nō est miraculum illud quod pro signo inducunt videlꝫ ꝙ subito magna pars mundi ei adhesit. Talem eīm legē cōstituit: ꝛ talia mandata dedit ad que omnes proni sunt etiam sine mandato vt superius patuit. Dixit eīm inū

sit mihi deus terreret gentes gladio
donec testificent ꝙ non est deus nisi
deus et ꝙ ego sum nuncius eius qd si
fuerint cōfessi sanguine et pecuniam
suā saluauerunt et inde sarraceni di-
cunt saluati. Nā qcūqꝫ recipiebant
mandatū machometi ipse et sui salua
bāt eū et nō occidebant nec expolia
bāt. ¶ Unde et sarraceni nō sarrace-
ni vocant sed messalami qd interpre
tatur saluati ipsi aūt vere credunt se
esse saluatos et derident xpianos q no
lūt dici massalami .i. saluati vt ipsi
sed volunt dici xpiani. Dum aūt plu
res a machometo talē saluationē ac
ciperent ex pdicta cā. Postea fecit
pconisari qcūqꝫ dixerit non est deus
nisi deus intrabit poradysum etiā si
latrocinatus fuerit et fornicatus. Ve
nit aūt quidā ad machometū dicens
hebidorda et quesiuit ab eo si hoc es-
set verum. Et respondit ꝙ sic et addi
dit etiā si cū pcedentibus biberit vi
nū et etiā si occiderit et adiecit macho
metos etiā si torserit nasū hebidor
da ad ea autem oīa confirmanda nō
ostendebat miraculum sed nudabat
gladium. Idem habetur expressius
in capitulo prophetarum vbi sic legi
tur. Dixerūt de machometo scꝫ asscul
tasti somnia seu blasphemias vel cer
te poetizas fiant ad nos saluautem
cum miraculo vno ostende quemad-
modū missi sunt et priores. Respōdit
destruxit inquit deus ciuitates ante
tem ꝛ non plures. que etiam sacramento deseruit qꝛ per hoc significatur ꝙ vna est sponsa xp̄i. s. eccl'a. Unde et lamech mortaliter peccauit qui primus plures vxores habuit. In veteri aūt testamento licitum erat alicui plures vxores habere ad multiplicandū genus hūanum ad cultum diuinū tunc terram replebat fecunditas. nūc autē celū replet castitas. a tempore eniꝫ iohannis baptiste ꝛ regnū celoꝝ vim patitur et violenti rapiūt illud. In veteri aūt testamento a matrimonio non excipiebant nisi. xi. psone. in nouo excipiuntur infinite. ꝛ vbi apostolus ait. i. Corin. vij. Quādiu viuit mulier alligata est viro vt non possit aliū nubere similiter vir mulieri vt nō possit aliam ducere. Unde vir si plures vxores hēat adulter est. et sicut vna mulier non pōt simul habere plures viros sic nec vnus vir plures mulieres simul. Item dicit apostolus ꝙ vir nō hꝫ potestatem corporis sui sꝫ mulier. sic et vir vxore sua viuente nō pōt accedere ad aliā. Cum ergo sarraceni dicant xp̄m magnū prophetā fuisse quomodo audēt eius verbis contradicere que dicit mulierēꝫ nō esse relinquendā nisi causa fornicationis. Ipsi autē multis de causis relinquunt vxores sunt etiaꝫ inter eos qui dicunt mulierēꝫ relictam a marito non debere ad eū egredi do nec alter cuꝫ ea conueniat: sicut patuit supra cōsideratione quita p̄cepto. ix. Et sic p̄uaricatores legis ꝛ euangeliū facti sunt. In lege enim scriptū est vt si quis vxorē suā q̄libet ex causa dimiserit et voluerit ad eam quoqꝫ regredi ipsius est. sine dubio si tamen eam alter nō susceperit. si alter eam tetigerit ab illo imperpetuum ꝓhibitā ē. in euangelio tamen nō est licitū homini vxorem suam sine causa fornicationis dimittere. Et qui dimissam alterius in vxorem receperit adulter et mechus indicetur. Item si christum credūt tantū fuisse ꝓphetam. et de virgine natum et de flatu diuino conceptuꝫ vt supradictū est cur non celebrant eius cōceptū vel eius ortum.

Contra baptismuꝫ quo ad ablutionem interiorem.



Ctauum argumentū sarracenoꝝ est ꝫ baptismū quo ad ablutionē interiorem. nos enī solam ablutionē corporis dicimus ꝛ fideliter cōfitemur nō sufficere ad remissionē peccatoꝝ sꝫ exterior ꝛ interior per aquā spūssancti. Sarraceni vero affirmant solā corporeā ablutionē p aquā factam sufficere ad peccati remissionē qꝺ volunt multiplici auctoritate ꝓbare. Ait enī Ezechi. xxxvi. Effundā super vos aquā mūdam et mundabimini ab oībus inquinamentis vestris. et iohānes baptista fuit baptizans in aqua tantū. Math. iij. Mar. i. Io. i. Naaman etiā ablutus septies in iordane liberatus fuit a morbo lepre. iiij. Reg. v. per qꝺ significat ꝙ aliquis p solā ablutionē liberatur a peccatis ade. His ergo auctoritatibus dicti sarraceni

asserit quodlibet peccatū mortale homini remitti per solam aque ablutionem sine cōfessione et contritione. Dicendū ergo ꝙ non sufficit ablutio discreto et adulto sine contritione ꝛ confessione nec puero sine trinitatis inuocatiōe. Ezechiel vero aquam illā vocat mundam que sanctificatur per verbū. iuxta illō Augustini. Accedit verbum ad elementū et fit sacramentū. Johānes autē nō baptizauit in peccati remissionem et sanctificationem sed in assuefactionem vel significationez nec peccata baptismo eius remittebant. Ablutio aūt aque qua naamā purgatus erat a lepra significabat baptismum xp̄i quo quis liberat a culpa. Ablutio autē aque qua fit peccati remissio in baptismo iterari non potest vel debet quia significat passionem xp̄i et mortem que iteranda nō est nec sacramento baptismi debet. fieri iniuria. Semel ergo valet aque ablutio. i. baptismus puero vel adulto iterata nō ꝓdest. Errāt ergo pagani qui singulis ablutionibus corporū suoꝝ credunt sibi remitti mortale peccatū qꝛ si tale esset videret esse peccati incentiuū. Isti etiā multa de lege veteri obseruant ꝛ ita quodāmodo iudaizant qꝛ vt supra patuit porcū non comedūt: plures vxores simul ducūt etc. Et iā in primo libro ostēsum fuit legē moysi abolitā fuisse qꝛ veniēte veritate cessauit vmbra et figura. xp̄s etiā eam ostēdit consummatā et in se impletā cum pendēs in cruce dixit ꝯsummatū est vt patuit ibi supra.

¶ Cōtra venerationē imaginum.



Nonū argumentū sarracenoꝝ est cōtra ymagines q̄ habentur i ecclesijs ipsi eni cum iudeis insultātes cōtra nos dicunt hec nobis non licere qꝛ facimus contra diuinum preceptū Exo. xx. Deu. xxvij. et Leuiti. xxvi. scilꝫ nō facies tibi sculptile nec oēm similitudinē ꝛc. Derident etiā xp̄ianos qꝛ effigiāt deū sublimi sedentez solio et circa euꝫ magno dignitatis fastigio aq̄lam hominem vituluꝫ et leonē. Ad hoc dicendū est ꝙ si lex mosayca ꝓhibuit nullo modo sculptile fieri: peccauit moyses qui fecit imagines cherubiꝫ. Exo. xxv. et. xxxvij. ꝛ posuit in templo. quotienscunqꝫ etiaꝫ thurificabant ante archam ꝛ adorabant similiter faciebant ante cherubin. Salamon fecit etiam vt dicitur. iij. Regum. vi. duo alia cherubin maiora et oēs cortine q̄ erāt in tabernaculo erant intexte multitudine cherubin. Et si dicas illō ꝓcepit deus et erunt imagines angeloꝝ non hoim. dico ꝙ verū est qꝛ tūc nō erant homines tales vt mererent adorari et imagines coꝝ qꝛ erāt increduli et rebelles nec erat honestum ꝙ sue aīe essent in inferno et ꝙ coꝝ imagines adorarent i terra. sed postꝙ deus assūpsit carnem humanā factus figurabilis ꝛ anime sanctoꝝ sunt in paradiso nō est inconueniens ꝙ coꝝ imagines sint in ecclesijs ꝛ venerētur ab hominibus. ꝙ aūt dicit nō facies sculptile ꝛc. Legislator declarat dicēs

nō adorabis ea neq̃ coles. nō eniꝫ prohibetur in illo precepto facere quācunq̃ sculpturam vel similitudinem: sed facere ad adorandum. Ideo subditur: nō adorabis ea neq̃ coles eo scilicet modo quo gentiles faciebant in veneratione deoꝝ suoꝝ. i. demonū qui erāt dij alieni quos prohibet colendos eē dicēs Non habebis deos alienos coram me. quali aūt spē adorationis deus adorat᷑ ⁊ quali xp̄i cruce ⁊ imago virginis ac sanctoꝝ et de institutione imaginū oīm errore excluso latissime dictū est supra libro. iij. cōsideratiōe. iiij. argumento. xxiiij. vide ibi. q̄ aūt deus pingitur a xp̄ianis in throno cū. iiij. animalibus nō est irrationabile q̄ cū ezechiel pphe ta viderit illā similitudinē et scripsit psit xp̄iani ad memoriā piget.

Q̄ð lex mosayca et lex euangelica sunt corrupte per iudeos et christianos.

Decimum argumentum sarracenoꝝ est contra veritatem vtriusq̃ legis scꝫ xp̄i et moysi: quas dicunt esse corruptas per iudeos et xp̄ianos. Ad quod declarandū. Notandū est q̄ inter cetera ex q̄ibus pōt manifeste videri q̄ alchoranū non est lex dei eo q̄ ei non attestat᷑ lex vetus nec euangeliū que ambo alchoranū testatur q̄ sint vere lex dei. Sed ipse machometus seipsuꝫ cōmendat ipse de se testimoniū perhibet. nos aūt inuenimus legē dei esse quandā cautelā cōtinuā ab eodē artifice fabricataꝫ vt vnus aut nullus alteri cohereat et correspondeat. Et vnus propheta de altero pphetat et mentioneꝫ faciat ⁊ oēs alij pphetauerunt de xp̄o sicut patuit in libro. i. Si igitur lex sarracenoꝝ esset lex dei et vocatio ad legē illā nō eēt puersio sꝫ ꝑuersio: vt ipsi dicūt quomodo omnes alios prophetas latuisset q̄ nullus de eo dixisset aliquid. nos aūt non inuenimus q̄ moyses vel aliquis prophetaꝝ vel ipse xp̄s aliquid dixerit de machometo vel de sua lege nisi q̄ꝺ dixit de pseudo prophetis cauendis. dixit etiaꝫ xp̄s q̄ lex ⁊ prophe vsq̃ ad iohanneꝫ pphetauerūt vt mūdus sciret q̄ generalis ppheta nō esset venturus vlterius. machomet⁹ aūt se dixit generalē pphetā q̄ aūt ipse non sit propheta vtiq̃ scimus. Ad hoc aūt respondēt sarraceni dicentes q̄ Moyses et alij pphete prophetauerunt de machometo ⁊ q̄ etiam xp̄us prophetauit expressius omnibus q̄ dixit etiam nomē eius. Unde dixit filijs israel euangelizo vobis de legato dei et nomen eius machometus. Sed cū talis scriptura non inueniatur in euangelio christi dicunt sarraceni q̄ iudei corrupuerunt legē moysi ⁊ pphetarū et christiani corrupuerūt euāgeliū et nō remāsit nisi q̄ꝺ tū est in alchorano de veritate legis euāgelij. Sed q̄ hoc nō possit stare Primo probo per alchoranū eorum. Nam dicitur in capitulo de iona. si fueritis in dubio de hoc q̄ꝺ reuelauim⁹ vobis petatis ab illis q̄ legerūt librū pri⁹ q̄ nos. Illi aūt qui prius legerint librum q̄ sarra

ceni sunt iudei et xpiani qui receperunt penthateucū et euangeliū sicut exponit machometus. ergo machometus dicit sarracenis: vt petāt a iudeis et xpianis de dubiis: sed vt ipsi dicunt propheta veridicus esset machometus quomodo eos ad mēdacia testimonij mitteret: non igitur erant viciati libri iudeorum et xpianorum tēpore machometi: nec possūt dicere quod postea fuerūt viciati. nam dicitur in capitulo helgagar: quod interpretatur recordatio. Nos inquit in persona dei descendere fecimus recordationē dei. et nos eādem custodiemus. lex moysi et euangelium apud eos dicitur recordatio. igitur deus semper apud suos fideles testimoniū sue creature seruauit ante machometum: et cōseruabit etiā post primo in capi. helmaide: quod interpretatur mensa. Dicitur quod iudex quidam dixit machometo quomodo iudei querebant iusticiā et iudiciū ab eo si venerint ad te iudica inter eos iuste: quia deus diligit iusticiam facientes. et quomodo ab ipso peterēt iusticiā cum sit apud eos vetus testamentū in quo est dei iusticia. Preterea talis corruptio scripturarū non potuit esse generalis seu manifesta: quia sic alie natiōes sciuissent: nec particularis et occulta: quia sic aliqui codices integri et incorrupti remāsissent: sed in omni lingua et in omni prouincia inuenitur lex et euāgeliū eodēmodo scripta. Preterea quattuor euāgelia nō sūt scripta nec eodē tēpore nec eodē loco nec eodē idiomate nec ab eodē scriptore. Sed mattheus in hebreo in iudea. Joannes in greco in asia. Lucas in greco i achaya. Marcus in latino in italia euangeliū scripsit. et eorum translatio facta est in latino per hieronymū et per alios ante tēpora machometi et remāserunt exemplaria in oībus linguis: ergo non potuerunt per aliquos falsarios viciari quin manifeste sciretur. Preterea nihil est in fide xpiana ita maxime arduū sicut incarnatio dei. s. quod homo ille sit deus. Et istud fuit maxime difficile suadere mundo. Unde et romani et alij pagani propter hoc persecuti sunt xpianos trecētis annis continuis generaliter et distulerunt recipere fidē et euangeliū: quia dicebant quod hō ille erat deus: non quia nō recepissent homies et mulieres plures deos et deas: sed quia xps fuit dictus deus absque licentia romanorum quando ipsi prohibuerant quod nullus diceretur deus sine auctoritate senatus. et etiam quia iste deus non patiebatur cōsortem. Nā si istum deū recipent cogebātur oēs alios relinquere quod etiā erat contra pacta prouinciarum et leges et consuetudines romanorum sicut supra patuit lib. i. cōsideratiōe. iiij. artic. i. in examine. iij. Quō igitur xpiani in dānationē suā et detrimētū fidei et prouocationē romanorum principū mūdanorum hoc maxie arduū et minus suasibile in suis scripturis et euāgelijs addidissent: oēs enim consentiebāt hāc legem esse sanctissimā et rationabilissimā hoc solo excepto quod rationē hoim excedit. s. quod ille hō sit verus deus et verus hō. magis igitur xpiani si aliquid de euangelio mutassent quod erat arduum et

mur/ suasibile a principio subtra-
xissent vt plures ad fidē accederēt
et addidissent aliquid suasibile q̄
ecōtrario. Preterea quō xpiani cū
iudeis potuerūt cōuenire a q̄bus
odio tam antiquo discōueniūt nec
cū iudei dicūt xp̄m esse deum nec
bonū hoiem. Vñ q̄tum ad hoc ma-
gis conueniūt xpiani cū saracenis
qui dicūt ad minus xp̄m fuisse san
ctissimum hoiem. Preterea xpiani
ante aduētum machometi fuerunt
diuisi in diuersas sectas ꝛ p̄cipue
orientalis in iacobinos et nestori-
nos: nestorini aūt maxime cōueni-
unt cum saracenis ꝛ machometus
mādauit eos singulariter honora-
ri. ꝛ quomodo cōuenissent nestori-
ni cum iacobinis qui tāto odio di-
uidūtur ad viciādum euangelium
q̄ adinuicem occidunt ꝛ tñ inueni-
tur apud vtrosq̄ euāgelium oino
idē sicut et apud nos. Preterea no
men machometi quare xpiani sub
traxissent de euangelio cū ipse tñ
cōmandauerit xp̄m ꝛ matrē suam
ꝛ euangeliū: vt dicit in alchorano
q̄ in euāgelio xp̄i est directio ꝛ per
fectio ꝛ nō subtraxerūt inde nomē
pylati qui flagellauit eū ꝛ nomen
iude qui ꝓdidit eū ꝛ nomē diaboli
ꝛ quare xpiani posuissent in euan-
gelio q̄ xp̄s sit vere mortuus ꝛ cru
cifixus q̄ nunc videtur ei cōuenire
cū sit vere deus vt in euangelio ha
betur ꝛ quō videtur consequens q̄
duo tam diuersa posuissent de xp̄o
sc3 q̄ sit vere deus ꝛ vere mortuus
Preterea dato q̄ potuissent in om
nibus libris ponere: sed q̄s potuit
oibus suadere: et in cordibus gen-
tium scribere q̄ hunc occiderūt et
tamē hoc suasum est toti mūdo: vt
susciperēt illud principes ꝛ tyran
ni philosophi ꝛ sapiētissimi hoies
ꝛ etiā indocti ꝛ pauperes ita vt cū
calipha de baldaco moreretur xpia-
nus: ꝛ fuit inuenta crux ad collum
eius vt testaretur facto q̄ ipse d̄ns
saracenoꝝ mortuus est vere xpia-
nus. Et ideo iudicauerunt cū sara
ceni q̄ sequestratus sepeliretur ab
aliis caliphis qui vidit sepulchrū
testimonium perhibuit. Et scimus
quia verū est testimoniū eius. Om
nibus igitur modis constat ex au-
ctoritate alchorani ꝛ rōnibus vali
dis ꝛ apertis q̄ euangeliū est inua
riabile ꝛ non viciatū nec corruptū
Cum igitur machometus super oēs
alios libros cōmendat euāgelium
ꝛ post illud vetus testamētum. co-
gūtur saraceni recipe auctoritates
euāgelij ꝛ veteris testamēti. Pre-
terea i alchorano in ca. helmeide
qd̄ interpretatur mensa dicitur O
familia liberi nihil oino sunt nisi
compleant legem ꝛ euangeliū. Fa
milia ṗo liberi sunt saraceni sicut
ibidem ostenditur. Unde dicit nisi
compleant legē ꝛ euangelium ꝛ qd̄
reuelatum est sibi. Istud autem qd̄
reuelatū est accipitur alchoranum qd̄
reuelatū est solis saracenis vt ipsi
dicunt. hoc idem ostēditur in mul-
tis locis in alchorano scilicet q̄ fa
milia liberi sunt saraceni secundū
intētionem machometi dicitur enim
saracenus in ca. elneza qd̄ interp̄-
tatur mulieres circa finē q̄ non pa
cillent in lege sua. Unde ibi scribi
tur. O familia liberi nolite vacil-

lare in lege vestra et non dicatis de deo nisi veritatem etc. hoc idem: scz quod familia liberi sunt saraceni ostēdit expsse in capitulo ioz. in fine libri. Si autē omino voluerint dicere quod est lex vetus et euāgelium corruptum ostēdant integrū et corruptū et maxime si vniforme ostēderint et in oībus linguis sicut et nos ostēdimus eis et recipiem⁹. qd tamē eis impossibile est ostēdere. Patet igitur dictum saracenorum insipiens et falsuz esse: scz quod testamentū vetus et nouū sunt corrupta. Queramus iterum a saracenis quare nō legūt nec habēt libros istos per maxime cū machometus in alchorano frequētissime cōmendet legē Moysi et iob et dauid. et dicit psalteriuz librum luminosum et sup oēs alios libros cōmendat euangeliū in quo dicit quod est salus et directio: vt dictum est: q2 enim xps cōmendauit moysen et alios pphetas et xpiani eos nō habebant acceperūt eos a iudeis et fecerūt transferre de diuersis linguis et habēt eos autenticos et legūt in suis scolis. Non habent aliud qd respondeant saraceni nisi sicut dictuz est dicere quod illa sunt corrupta. Sed quomodo tantus ppheta qualē reputāt machometum tantū cōmendassent exemplaria corrupta et dixisset quod in eis esset salus et directio vel quō non prediximus imposterū corrūpenda sed potius dicit cōtrarium quod si saraceni erāt in dubio de alchorano quod peterēt ab illis qui ante receperant libros: scz a xpianis et iudeis sicut supra dictū est in ca. de Jona potius autē dixisset nō credatis eis q2 habēt libros corruptos. Non est alia causa quare nō legunt saraceni pdictos libros nisi q2 sciunt sapiētes quod de facili dephenderetur falsitas alchorani. Si libros sanctos et veraces legerēt. Unde et alchoranus sibi maliciose puidit et posuit quattuor remedia ne desereretur a suis et ne falsitas eius dephēderetur. Primū est: q2 mādauit eos occidi qui cōtrariū alchorano aliqui dicerēt. Scdm quod cū alteri⁹ secte hoibus non disputarēt. Tertium quod phibuit ne eis crederēt dicit enī in ca. vestra nō credetis nisi illi qui sequit legē vestram cū tn dicat quod in euāgelio est salus et directio. Quartū est quod ab eis totaliter separētur et dicant mihi lex mea et vobis vestra etc. Et post vos ab eo liberi quod operor. et ego ab eo liber quod opamini. et hec dicit in ca. Jone Si igitur saraceni bene acciperēt cōsilium alchorani pculdubio dirigerētur haberēt enī euangelium et legē moysi et alias scripturas sanctas maxime cū ipsum alchoranū cōmēdādo moysen dauid salomonem et alios pphetas frequētissime dicat quod non pfert vnum alteri.

¶ De bellis et triūphis saracenorum et xpianorum per arma corporalia a tpe machometi vsqz ad presens.



Nona cōsideratio hui⁹ libri est de bellis et triumphis saracenorum et xpianoruz per arma corporalia a tempore machometi discurrendo vsqz ad presens

tempus. Sicut eni ante icarnatio nem populus electus τ peculiaris dei erat popul⁹ iudeoꝝ τ ꝓpterea eis prouidit tanq̄ filijs de flagello correctionis. s. populū gētilium a quo sepe captiuabant τ occidebantur cū diuina p̄cepta transgrediebantur sicut dicit Amos. iij. tantū modo vos elegi ex oibus cognationibus terre. Idcirco visitabo sup vos oēs iniq̄tates vestras. τ apoc. iij. Ego quos diligo arguo τ castigo. sic τ post xp̄i incarnationē populus electus τ peculiaris dei est popul⁹ xp̄ianoꝝ. Reprobato ergo populo iudeoꝝ ꝓpter xp̄i mortē τ in captiuitatē ꝑpetuo ducto prouidit deus electo suo populo xp̄ianorum de flagello correctiōis: scʒ populum saracenoꝝ per quē sepe captiuātur τ occidūtur cum dei precepta transgrediūtur et veritatem sue legis relinquunt. pijssimus tamen pater etern⁹ sic a paganis ꝑmittit flagellari filios suos q̄ eos nō sinit omnino deleri vt in tā paruo populo respectu innumerabilis multitudinis saracenoꝝ q̄ sunt velut arena maris sicci τ infructuosi reluceret euidēter eius potentia τ clementia infinita τ sicut gentiles non semp vincebant iudeos: sed sepe ab eis vincebantur mirabiliter cum p̄cepta altissimi custodiebāt sic τ saraceni nō semper facti sunt victores sed sepe mirabiliter victi sunt a populo electo xp̄ianoꝝ cum scʒ diuinā volūtatem deuotissime conabātur iplorare. zelo sue sacratissime fidei succensi. τ vt ex diuersis scripturis τ cronicis colligere potui. diuersis bellis famosis: p̄sens cōsideratio explicabit: vt habeant in quo cōtemplent principes xp̄iani: q: videntes gloriosissima facta alioꝝ principum. rationabiliter debent animari ꝓpter honorē sacratissime fidei ad similia operanda. presertim his temporibus in quibus experimentaliter videmus q̄ plurimū feruet rabies infidelium vt deleāt de terra nomē xp̄ianum.

¶ Vincūt saraceni fugato theodoro τ aufertur tributū romanoꝝ.



Primū bellum inter saracenos τ xp̄ianos factuʒ fuit in affrica circa annū dn̄i sexcētesimū. lix. tp̄e eraclij imperatoris τ bonifacij pape. iiij. Causa autem predicti belli fuit: q: cū machometus astutijs suis puertisset gentes illius terre τ plurimū aliarū elat⁹ non modicū in supbiam sua cogitauit quomodo posset contrariari romanoꝝ imperatori et gentes extrahere ab ei⁹ dominio in seruitute: et accidit q̄ p̄dictus imperator eraclius misit nūcios suos ad predictos affricanos pro colligendis tributis vt moris erat. q̄ cum machomet⁹ sciuit: venit ad eos in manu forti τ negato tributo eos occidit propter qd̄ eraclius imperator congregauit magnū exercitum et prefecit ei ducem fratrē suū theodorum qui imperiū orientis dominu ei⁹ tenebat. Veniēs ergo in affricam pugnauit cum machometo et deo permittente victus est theodorus τ fugit: regressusq̄ē ad im

peratorem eraclium sine honore.

¶ Uincunt saraceni et auferunt obedientia imperatorum romanorum in affrica.



Secundū bellum saracenorum contra christianos factū fuit circa idē tempus in affrica. cū enim predictus theodorus fugiens in primo bello ad imperatorē fratrem suum rediret et omnia ut acciderant narrasset. Imperator cogitans predictum machometū rebellantem subiugare maiorē exercitum cū predicto fratre suo destinauit. Sed licet romani multi essent cum venirent in terram et viderent potestatē machometi pauore cōcussi voluerunt se retrahere ad quoddam castrum qđ dicebatur gabatin. quod cum machometus intellexit venit post eos plures eorum occidēdo et vulnerādo: et licet resumptis viribus christiani contra eos facies ostēderent finaliter tamen occisus est theodorus frater imperatoris et romani victi sunt omnesq; ibi perierūt paucis exceptis qui in mōtibus se abscondere rūt. nam cētum quinquaginta milia de exercitu imperatoris domino sic pmittēte prostrati sunt et extunc sublatum fuit romanū dominium in affrica et iugum seruitutis affricanorum cessauit. De his duobus bellis latius dictum est supra cōsideratiōe .ii. in secūdo puncto cum de ambitione machometi ageret. Et si queras cur deus permisit sic christianū populū dilectū suum per saracenos flagellari. Respōdetur quod sepe deus iuste flagellat populū suum propter peccatum principis: sicut patet .ii. Reg. de flagello quem misit deus in populum suū propter peccatum regis dauid sic in proposito. Nam ut alique hystorie tradunt pdictus imperator predictum conflictum enticis errore fuit maculatus et cum filia sororis sue martina nomie matrimonio coniūctis. alie aūt hystorie dicunt quod erat auersus a fide catholica: et corruptus ab anastasio patriarcha iacobitarum et ita est opinandum. Nam quādiu tenuit veram fidem omnia sibi prospere successerunt. sicut patet de victoria quam habuit contra cosdroe regem persarum et de portatione ligni sancte crucis in hierusalem: sicut plene habetur in hystoria exaltatiōis sancte crucis. Nihil enim est quod ita nequeat occasui subiacere quam vera religio: nihil quoq; lumine clariore pfulget quam recta fides in principe.

¶ Uincunt christiani et rex saracenorum captiuatur.



Tertium bellum saracenorum et christianorū tpe eiusdem eraclij imperatoris accidit. Causa aūt quare illud bellū accidit ut ferūt quedam hystorie saracenorum fuit hec: quod dū quidā miles eraclij imperatoris distribuerat togas siue quitationes militibus et inter alios etiam saraceni sub imperatore militātes venissent ad accipiēdum togas: pdictus miles sine spada illis saracenis indignāter dixit vix

sufficit imperator dare togas mili tib⁹ christianis q̄tomagis istis canibus. Illi dolore ꝛ pudore incitati recesserunt sine vale. ꝛ cum venerunt vltra mare narrauerūt omnia sarracenis. ꝛ sic eos immouerūt q̄ omnes venerunt vno corde: vt pugnarent contra xp̄ianos. Postq̄ ergo maria trāsiuerunt cōmissum est terribile pceliū. ꝛ multi ceciderunt ex vtraq̄ parte. Uerūtamen victoria cōcessa est xp̄ianis: ꝛ rex sarracenorū captus est in prelio: ꝛ multi aliḡ sarraceni milites cū eo. Circa idem tēpus fuit terremotus magnus in terra: ꝛ apparuit in celo signum ad modū ensis triginta diebus: quod ostendebat dominiū q̄d sarraceni debebant habere.

Uincunt sarraceni: ꝛ trāsfertur lignum sancte crucis a hierusalem in constantinopolim.



Quartuz bellum sarracenorum ꝛ xp̄ianorum accidit post predictuz bellum paucis elapsis diebus tempore predicti eraclij imperatoris. ꝛ sedente in cathedra petri honorio primo. In quo bello mortui sunt multi ex vtraq̄ parte. ꝛ sarraceni acceperunt terrā syrie ꝛ damasci ꝛ egypti. Eo tēpore eraclius imperator cum esset astronimus vidit regnum vastādū a gente circuncisa quare mādauit dagaberto regi frācorū: vt omnes iudeos in regno suo preciperet baptizari. quod ꝛ factū est: sed in hoc deceptus fuit: quia gens circuncisa. fuit gens sarracena: non iudaica. vtraq̄ enī circuncisione obseruat siquidem sarracenis: vt dictū est romano imperio rebellantibus et vastata syria damasco atq̄ egypto. compulsi sunt christiani crucē dn̄i a hierusalē Constantinopolim appoztare: cuius maior pars post multa tempora ad instantiā Ludouici regis francorū xp̄ianissimi anno dn̄i millesimo ducentesimo sexagesimoseptimo. parisius est translata. Predict⁹ ergo eraclius imperator ꝑpter infidelitatē destitut⁹ a deo xxx. imperij sui anno diem clausit extremum.

Uincunt sarraceni et capiuntur syracuse.



Quintum bellū sarracenorū ꝛ xp̄ianorū accidit circa annū dn̄i sexingentesimum sexagesimū. Imperante constante eraclij nepote et sedente in cathedra Petri theodorico primo. Predicto enī tēpore audiētes sarraceni christianorum discordiā capta alexandria subito cū multis nauibus ceciliā inuaserunt: ꝛ syracusas ciuitatem celebrem cecilie violenter ceperunt stragem magnā per totam ceciliam fecerūt populorū vix paucis euadentibus qui per iuga montium ꝛ munitissima castra fugerūt sarraceni quoq̄ facta magna cede hominū recesserunt predā magnā secū appoztātes vna cum ornamētis que constans de vrbe secum tulerat. Si autem queratur cur deus permisit populū suum tam aspere

flagellari. Rationabiliter respon-
dere potest: q propter peccatū prin-
cipis. sicut dictū est de eraclio im-
peratore. Unde iste imperator con
stans fuit pessimus. in omnib⁹ im-
pius et crudelis cōtra catholicos.
Cū enī acephalitarū heresi lapsus
esset qui cum entice vnam solā na-
turam vnāq voluntatē in xpo dño
contra veritatem catholice fidei as
seuerant plures catholicos eo q
sue nolebāt acquiescere heresi: ver
berauit crudeliter exulauitq iniu-
ste: et per diuersa loca carceribus
mancipauit qui cū omnibus esset
exosus: vtpote quia erat reprobat⁹
a dño cogitauit italiā de manibus
et potestatibus longobardorū eri-
pere. et ibidem dñm suum dilatare
suāq sedem imperialem constitue
re in eadem. Et licet qđ non conce
perat executione demandauerit cū
pficisceret contra longobardos re
cedentes de neapoli versus romā.
et cū per. xij. dies in vrbe resedisset
inuidens et dolens romā tam pul-
chris tamq mirabilibus edificijs
adornari contra ciues et vrbem ini
quitatis sue venena diffundens in
maiorē partē eorū que adornamē
tū et decorē vrbis cōstructa fuerāt
ab antiquo ornamenta. s. marmo-
rea erea: et multa alia bona ipse de
poni mandauit adeoq pcessit sa-
crilega eius et pphana impietas vt
etiā ecclesiam beate dei genitricis
marie et oim martyrū que pātheon
vocabat antiquitus discooperiri
ereis tegulis fecit. et dicta ornamē
ta inuexit in tyberim: fecitq cōstā
tinopolim apportari. iniquitas er-
go hui⁹ imperatoris causa fuit fla
gelli populi xpiani: sed tantarū ini
quitatū merito penam luit. Nā cū
impius imperator secreto in bal-
neo lauaretur suiq milites eius se
uiciam ferre non volentes occide-
runt eum. Diligēter est ergo hic at
tendendū qualia sunt premia im-
piorū. Qdiu enī bonus fuit et sancte
ecclesie debitā reuerētiā exhibuit
sibi pspera successerunt. Sed cum
se auertit a fide catholica mox in-
feliciter vixit. et fine infelicissimo
diem clausit extremum.

¶ Vincunt sarraceni et fugit impe
rator romanorum.



Extum bellum
inter arabes et xpianos
vt narrat generalis hy-
storia hyspanie accidit circa annū
domini septingentesimū sexagesi-
mūoctauū. Imperante constanti-
no predicti constantis filio. Hic cō
gregauit plusq mille naues et tran
siuit maria vt bellaret cū moabin
rege arabū. Ille vero cognito eius
aduentu misit cōtra ipsum quēdā
militem strenuū nomine andallā
et cōmisso duro certamine vict⁹ est
imperator. et relicto cāpo fugit ad
naues et regressus est constantinā
polim cum paucis: qr multi de suo
exercitu perierāt et captiuati sunt.
In hoc imperatore nō minus admi
randum est iudicium dei qđ in prece
dentibus. quia illi suo peccato pu-
niti. hic vero non: quia malus vict⁹
est ab infidelibus: sed vt in dei ti-
more conseruaretur et malis prebe
ret exemplum ne desperent in tri-

bulationibus qui bonos permittit tribulari: vt de iob et thobia sacra scriptura exemplariter ostēdit vel forte quia indiscrete se cōmisit predicto certamini non tantum de deo quantum de sua potētia confidēs. Unde predictus imperator bonus catholicus fuit et modestus. Primum quoque quod fecit iusta et debita vindicatio patris sui: quia omnes quos in mortem patris conspirasse comperit: crudeliter interfecit. et ecclesias que a tēpore eraclij proaui sui imperio ab hereticis destructe fuerant reparauit contra omnes clericos et laicos principes et prelatos achephalorū et monachilatarū heresi maculatos tanquam verus catholicus et zelator fidei catholice sine fine repromissione processit: et per istū secundum omēs hystorias reparata est fides in grecia: que tempore patris sui tota corrupta fuerat et integrata est etiā pax et fides inter latinos et grecos extirpatis hereticorū zizaniis per principem memoratum. In quo est mature ac prouide attendendū quantum facit bonitas principis ad soliditatem fidei: et bonum et quietem statum ecclesie et econtra malicia et infidelitas principis quantum nocet. quod ostendunt isti duo principes pater et filius. pater enim quia malus et infidelis fuit et vilis hereticus fidem in oriēte corrupit statumque ecclesie annihilauit. Filius vero quia bonus iustus verusque catholicus erexit ecclesiam et fidem catholicam reparauit.

¶ Uincunt sarraceni et perditur totaliter nomē christianorum in affrica.

Septimū bellum inter arabes et christianos circa idē tempus accidit in affrica. in qua licet sarraceni nimium essent multiplicati christiani tamen nondum erant totaliter deleti. Unde supradictus abdella de quo in precedenti bello fecimus mentionē veniēs in affricam: vt eam subiugaret imperio moabie regis sui. exiuit in occursum eius comes Gregorius qui tunc ibidē morabatur. et bellauerūt simul ambo: finaliter victus fuit comes perdens quod ibi multos de suis ac relicto campo fugit. et extunc perdiderūt romani honorem suum qui in affrica habitabāt et tota illa terra fuit posita sub infideli potestate.

¶ Uincunt christiani et sarraceni efficiuntur tributarij.

Octauū prelium iter sarracenos et christianos accidit [illegible] annū dñi sexing[illegible] septuages[illegible] primū tempore predicti imperatoris. Tunc enim sarraceni et roma[illegible] in generali hystoria hyspanie continetur: magnū prelium habu[illegible] et cesa sunt de sarracenis tria [illegible] pugnatorum. quo anno mortuus [illegible] papa deodatus. Sarraceni a[illegible] eo tempore posuerunt treugas [illegible] romanis per xxx. annos sub h[illegible] men conditione quod sarraceni d[illegible] romanis tria milia libras [illegible] quinquaginta equos bonos.

¶ Uincūt christiani et cremantur naues sarracenorum sub rege bambla.


Onuz prelium inter sarracenos et xpianos accidit circa annū dñi sexingētesimū octuagesimū quartū. Imperāte iustiniano pdicti imperatoris filio et regnante in hyspania virtuosissimo rege hāba tunc eñi applicuerūt ad littora hyspanie.cclxx.naues sarracenorū et percurrentes terrā illā maritimā fecerunt magna dāna. et plurimos xpianos occiderunt. Sed statim vt cognouit predictus rex bamba misit velocissime suos exercitus et ceperūt naues. et ignibus concremauerunt: ac maiorē partē arabū occiderunt ense. Aliosq captiuos duxerunt. et sic regressi sunt cū honore ad predictum regem bambam.

Uincūt xpiani multis militibus sarracenorum occisis in syria.


Ecimum bellū inter sarracenos et christianos accidit circa annum dñi octingētesimū tricesimū. Imperante supradicto iustiniano: et sedēte in cathedra petri sysinnio. tunc eñi romani syriaz peruagantes bello terribilli multa milia sarracenorū occiderunt vt in chronicis imperatorum continet.

Uincunt sarraceni in hyspania et occiditur consobrinus regis roderici.


Undecimū bellū inter sarracenos et christianos accidit in hyspania imperante leone.iij. et sedente in cathedra Petri Constātino primo. et regnante in regno castelle rege Roderico. tunc muca rex affrice precepit Cariph cuidā capitaneo suo q auxiliū et fauorem proditori comiti iuliano daret contra xpianos q.xij.milia electoȝ ad pugnā ei tradidit. et ipse secrete in nauibus mercatorū hyspanie trāsduxit. postq ergo oēs fuerūt in hyspania congregati sunt in quodaz monte qui ab illo sarraceno arabice dicitur gibla cariph: et lingua nostra nominatur gybraltar. q cū rex rodericus sciuit misit illuc quēdaz consobrinū suū qui dicebat mingo cū magno exercitu qui sepe bellauit cuȝ supradictis sarracenis: sed semper fuit victus et finaliter interfectus est a sarracenis qui discurrētes p beticā puinciā q est terra hyspaleñ. ciuitatis multa dāna fecerūt et nō potētib9 gotthis bella sustinere terga sunt coacti ostendere inimicis suis: nec est fuga liberati sunt: sed fere ibi oēs perierunt.

Uincunt sarraceni et perdit hyspania sub rege roderico vltimo rege gotthorum.


Uodecimū bellū inter sarracenos et xpianos fuit in hyspania circa predictū tps. s. post supradictū bellū. Cū ei supradict9 muca viderȝ strēnuitatē comitꝭ iuliani i victoria pcedētꝭ belli certificat9 d ei9 fidelitate iterū cū maiori exercitu ipm comitē vna cū cariph misit in hyspaniā qui cū applicuissent inceperūt statim destruere puinciā

beticam q̃ est guadalquevir ⁊ prouinciam lucene. Cum ergo rex rodericus predicta cognouit omnem exercitum gotthoꝝ qui cũ ipso erãt congregauit: quorum numerus vltra centum milia armatorũ se extẽdebat: ⁊ intrepide iuit contra eos. Inuenit prope flumẽ quod dicitur guadalete: quod est ꝓpe ciuitatem assidonie: que nunc dicitur xeriu ⁊ xp̃iani erant ante. Sarraceni vero vltra flumen. Aliqui tamẽ dicũt ꝙ istud bellum fuit in campo: qui dicitur desangonera que est iter murciam ⁊ lorcam. Rex vero Rodericus insedebat in curru siue in lecto eburneo indutus pannis põderis aurei et corona aurea coronatus. sicut mos tunc erat regũ gotthorum cõmissum est ergo bellum: ⁊ durauit dieb⁹ octo: scꝫ a die dñica vsqꝫ ad diẽ dñicam sine intermissione mortuiqꝫ sunt de exercitu sarracenorum vbi precedebat cariph sexdecim milia hominũ. Comes tamẽ iulianus ⁊ qui cum eo erant bellauerunt tam fortiter ꝙ confregerũt acies xp̃ianorum: cadentibus ergo plurimis ex vtraqꝫ parte. ⁊ dispersis xp̃ianis ac rege roderico q̃ magni cordis erat: aliquando fugiẽte aliquando furibundo impetu contra inimicos reuertente. finaliter xp̃iani non potentes sufferre prelium terga verterunt inimicis suis fugientes. de morte autem predicti regis in eodem bello dubitatur Uerumtamen corona et indumenta ei⁹ ac calciamẽta aurea equusqꝫ eius qui dicebatur orella inuenta sunt in quoddã tremedali apud supradictum flumẽ guadalete absqꝫ corpore nec postmodũ de eo aliqd scitum est nisi ꝙ in regno portugalie in quadaꝫ ciuitate q̃ dicit viseo inuẽtus fuit lapis vnius sepulcri in quo talis erat scriptura. Hic iacet rex rodericus vltimus rex gotthorum defecitqꝫ in eodẽ bello tota nobilitas gotthoꝝ. Post hec saraceni nõ obstantibus viribus gotthoruꝫ totã hyspaniã ferro flamma fame attritam suo dñio mancipaurunt ⁊ gẽtem quã per p̃terita secula valde timuerũt ꝓstrauerunt. Si quis diligẽter voluerit inuestigare cur deus ꝑmiserit tã graue flagellum in hyspania breuiter dici pot ꝙ ꝓpter peccata principũ Roderici: scꝫ ⁊ sui predecessoris vitice. Uicisa enĩ fuit ꝓbrosus et flagitiosus multaqꝫ flagitia ꝑ hyspaniam seminauit ad voluptates carnis soluto pudicitie freno se fornicationibus multis cõtulit plebẽqꝫ suas ad lasciuiam ⁊ luxuriaꝫ inclinauit sed ⁊ ep̃i et ecclesie ministri abutabantur ecclesiastica officia ⁊ diuersis sordibus ecclesiarũ despiciebãt ecclesiastica sacramẽta ⁊ ne aduersus eũ parens vniuersalis xp̃iani progeniei insurgeret. Ep̃is cũctisqꝫ ecclesieqꝫ ministris vxores sicut [illegible]nus rex habere precepit. Et romano obedirẽt pontifici sub terminatione mortis prohibuit. Ob qdeꝫ causa percũdi hyspania sit tota enĩ gotthoꝝ nobilitas nimiis libidinibus ⁊ vitiis inuenta altissimũ ad iracũdiam ꝓuocauit. Itaqꝫ vicisa datus est in reprobũ sensum intãtuꝫ vt muros ciuitatũ

urbium sui regni subuerterit nec possit ei resistere ciues paucis exceptis quas nō ausus fuit destruere precepit etiam quod destructis armis vomeres et falces facerent ad colendum terrā quod ipse dolose faciebat sub colore pacis ne contra ipsum possent insurgere: licet dicat Rodericus tudēsis in cronica sua quod rex rodericus fuerat ille qui precepit arma destruere. Rodericus vero successor viciše fuit vir belliger et diuus: et ad omne negocium expeditus: vita tamē et moribus viciše non dissimilis quia cum vxore vel filia comitis Juliani peccauit cū ipse suā i affrica faceret legatiōnem. qr ergo xpm reliquerant p̄dicti principes cum populo suo et cōcubinali iniurie fetore: se subdederūt. Ideo merito deus pmisit eos dari in reprobum sensum et quod p̄dictus comes iulianus pditorie se iūgeret sarracenis et totam hispaniā vt predictū est delerent. Hystoria aūt predicte destructiōis latius habet in generali hystoria hyspanie.

¶ Vincunt xpiani in aquitania et perimitur aldramānus cū.ccclxxv.milibus sarracenorum. —— 375. mil



Tertiumdecimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit in aquitania gallarum puincia. Cum enī sarraceni hyspaniam subiugassent accidit circa idem tēpus regnante in francorum regno theoderico rege quo virtuosus princeps karolus marcellus militabat quod ipse karolus ligerim fluuium transiēs endo neque ducem aquitanie bellando victum fugaret. Endo ergo dux per oīa se videns karolo inferiorem sarracenos ab hyspania cōtra karolum inuitauit. Sarraceni aūt de tali inuitatione non modicū gaudētes cū omnibus eorum familiis galeas habitaturi. fluuiū garenā transierūt oiaque i ore gladii deuastātes ecclesias dei cremauerunt et omnia sine delectu etatis vel sexus sanguine implent quibus karolus pīceps strēnuus dei fretus auxilio qui sperātes in ipsum nō deserit animose ac potenter occurrit et ex ipis sarracenis. ccclxxv. milia vna cū ipsorū regio aldramano victoriose perimit de suis vero nō nisi mille quingentos amisit. Tūc endo dux ad eorum rediens karolo reconciliatus castra sarracenorum dirupit eorūque reliqas toto posse destruxit.

¶ Vincūt christiani et capitur ciuitas auinionēsis de potestate sarracenorum.



Quartūdecimū bellū iter sarracenos et xpianos accidit post p̄dictū bellū Auiniōe: iuxta ei sarraceni p̄ualuerūt in occidētali plaga capta hyspania quod ciuitatem ceperant Auinionem. contra quos p̄dictus princeps karolus marcellus veniens bellum maximum cum eis habuit et ciuitatem Auinionen. aggredit animose. Unde sicut de hierichō legitur cum strepitu et sonitu tubarum vrbem munitissimam cepit et hostes fidei nostre vsque ad interfectionem contriuit: vt latius

continetur in hystoria regū fräcie.

¶ Vincūt xp̄iani peremptis duobus regib⁹ sarracenorū et capitur narbona et plures alie ciuitates ⁊ loca a karolo marcello.



Quintūdecimū bellū inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit post p̄dictum bellum in vrbe narbona in qua presidebat achinunam rex sarracenoꝝ cōtra quem veniēs p̄dictus princeps karolus marcell⁹ predictum regem obsidet. In cui⁹ obsessi regis subsidiū amorrea rex ex hyspania cū sarracenorum graui multitudine venit: cum quibus karolus strennuissimus animoso bello congreditur et ambob⁹ regibus bello p̄emptis captoq₃ virib⁹ ciuitate reliquias sarracenorū vltimo contriuit exterminio. Hi enim qui euaserant karolo insequēte fugientes in profundū maris dimersi sunt. Demum karolus victoriosus princeps. Nemeansū agothen. Allasq₃ gothie regionis vrbes a sarracenis inuasas triūphando cepit et in totū destruxit. Igitur arelatens. vrbe que a sarracenis capta erat et omnibus alijs in circuitu captis sarracenos exterminauit in totum et sic sarracenis qui pene totam asyam totam libiam maioremq₃ partem europe inuaserāt karolus strennuissimus princeps dei fretus auxilio ⁊ romana eccl'a sibi fauente oēm spem sibi abstulit galeas inuadēdi predictus etiā karolus marentinū prouincie ducem qui sarracenos inuitauerant ad galeam inuadendum bellando deuicit totamq₃ prouinciā sue subdit ditioni.

¶ Vincūt xp̄iani et incipitur recuperatio hyspanie cū mirabilibus dei occisis plusq̄. lxx. milibus sarracenoꝝ prope ouetum.



Sextū decimum bellū inter sarracenos et xp̄ianos accidit i hyspania prope ciuitatem ouetens. Licet enī deus p̄miserit tam aspere hyspaniā flagellari q̄ tamē diuina pietas quos p̄cutit tādē sanat surrexit quidam nobilis ex cātabira nomine pelagius filius ducis fauille quem rex egitha baculo percussum in capite occiderat in ciuitate que dicitur Tup: predictū pelagium deus sibi reseruauerat pro eleuatione populi sui qui eleuatus in astucijs cum filijs paucis xp̄ianis qui ibidem remanserāt factus est eorū rex et in secundo anno regni sui qui fuit anno ab incarnatione domini septingentesimo trigesimo sexto imperante leone. iij. ⁊ sedēte in cathedra Petri cōstantino. viij. multitudo quasi innumerabilis sarracenoꝝ venit cōtra eum quod cū rex pelagius sciuit in quandā speluncam circa predictam ciuitatem ouetensē que dicitur lingua nostra cueua douga cū mille viris se reclusit cum plures capere non posset. Est autem predicta spelunca vndiq₃ ex rupa scissa naturaliter constructa taliter quod nullo ingenio hominū potest debellari. Est enim locus ita securus: sicut si dec⁹

fecerit ipsius scienter pro illo casu. Predictus ergo rex cum omni animositate de salvatione patrie et spõse xp̃i agere festinavit credẽs facile esse deo multos concludi in manu paucorũ. cum ergo circumdaretur vndiqꝫ a sarracenis ĩ predicta spelunca et vellent ipsi sarraceni violenter speluncam intrare xp̃ianosqꝫ pimere omnes lapides omnes sagitte et quecunqꝫ alia iaculabantur valde flamine venti retorta: mox reuersa iacientes sarracenos aliosqꝫ existentes vulnerabãt sic qꝫ breui spacio vltra.xx.milia sarracenorum vnacum eorum duce opa propriis armis pro magna parte perierunt. Alij vero fuerunt ita excecati vt nescirent quid facere deberent. Uidens aũt predictus rex pelagius miraculum tãmanifestũ exiuit confidenter a predicta spelũca cum suis et interfecit aldaman capitaneum sarracenorum et plures alios milites eiusdem. sed nec sexaginta milia que remãserant fugientes a bello vindictã diuinã euaserunt. Nã cum secus vnum flumẽ quod ibi prope est graderentur quoddam supercilium montis a fundamento corruens totã illam multitudinem sub aquarum vndis et sub rupibus oppressit. Post hec predictus rex pelagius fecit prelia multa et cepit ciuitatẽ legionensẽ. que asturijs nimium est propinqua p̃dictus rex pelagius regnauit.xix.annis et mortuus est in loco qui dicitur cangas: et successit ei in regno fauilla filius eius qui solũ regnauit duobus annis iterfectus a quadã vrsa cũ qua voluit solus pugnare: et successit ei in regno alfonsus primus gener regis pelagij q̃ fuit dictus catholicus vt infra dicetur loco suo.

¶ Uincũt xp̃iani ĩ aquitania et perimũt.ccclxxxv.milia sarracenorũ.



Decimumseptimũ bellum inter sarracenos et xp̃ianos accidit sub p̃dicto leone imperatore et sedẽte in cathedra petri Gregorio.iij. Tũc innumerabilis multitudo sarracenorum cum vxoribus et filijs aquitaniam intrauerunt vt ibidem habitarent quibus occurrit karolus marcellus et ex eis.ccclxxxv. milia interfecit nec fuerunt isti illi sarraceni quos alias in aquitania debellauerat de quo dictum est supra bello.xiij.

¶ Uincunt xp̃iani perempta innumerabili multitudine sarracenorũ et destructis tribus milib⁹ nauib⁹ quinqꝫ solum exceptis. liberatur constantinopolitana ciuitas.



Decimũoctauũ bellum iter sarracenos et xp̃ianos accidit circa idem tempus supra ciuitatem Constantinopolitanam tunc enim sarraceni ex egypto venientes cũ magno exercitu videlicet cum tribus milibus nauium predictam ciuitatem obsederunt et triennio obsessam tenuere: constantinopolitani quoqꝫ ad auxiliũ a scitis vulgaribus cõtra sarracenos cõgrediuntur orationib⁹ pro sanctis viris ĩ re

gia ciuitate .xxxii. milia et sarracenis sine suorum lesione prosternunt sarraceni quoq residui quorum erat innumerabilis multitudo per orationem sanctorum virorum fame frigore bello et pestilentia perierunt. Unde iiii. anno confusi ab obsidione recesserunt nauibus partim igne consumptis partim dimersis itaq et tanta nauium multitudine vix quinq naues ad propria redirent infra ciuitatem tamen .xxx. milia hominum pestilentia perierunt quod deus fecit vt suam pietatem et clementiam hominibus ostenderet.

¶ Uincunt christiani in aquitania et perimitur: rex sama cordubensis cum suis.



Decimumnonum bellum inter sarracenos et xpianos accidit tempore supradicti imperatoris leonis circa circa ciuitatem tholosanam. Tunc enim sama rex cordubensis cum magno exercitu aquitaniam intrans terram destruebat et obsedit ciuitatem tholosanam quod cum francigene cognouerunt venerunt in succursum ciuitatis cum endone duce eorum. Rex vero sama contra eos exiuit et bello letali commisso cecidit sama sarracenorum rex mortuiq sunt ibi plurimi sarraceni: alii vero fugientes euaserunt.

¶ Uincunt xpiani et perimitur abdarramen dux sarracenorum in aquitania a karolo marcello.



Uicesimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit duobus annis post predictum bellum. Tunc abdarramen dux sarracenorum inuitatus ab endone duce contra regem karolum marcellum cum multitudine graui transierunt flumen garronam quod transit iuxta tholosam et ignibus combusserunt et destruxerunt magnam terram karoli regis francorum. Cum autem predictus rex karolus sciuit de misericordia altissimi confisus venit super eos et bello asperrimo commisso victi sunt sarraceni et rex karolus interfecit predictum abdarramen ducem sarracenorum pluresq sarraceni ibi ceciderunt. Alii autem dare sunt terga coacti. Fuerat autem numerus sarracenorum qui ibi venerant tricenta sexagintaocto milium captiuauit autem mille quingentos quos dimisit inter milites suos sicut narrat Sigebertus quod cum vidit predictus endo dux posuit se in potestate predicti regis petendo veniam humiliter de errore quem fecerat. Rex vero karolus qui erat piissimus clementer pepercit ei quo facto predictus dux insecutus est sarracenos fugientes qui euaserant in prelio et multos ex illis quasi sine numero interfecit.

¶ Uincunt sarraceni fugato endone duce francorum et perempta multitudine xpianorum in francia.



Uicesimumprimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit circa annum domini septingentesimumtricesimum sextum. Tunc enim abdarramen rex sarracenorum collecto magno exercitu proposuit debellare terram regis

karoli francoꝝ et fecit fieri põtes in fluminibus in quibus non erãt et applanare vias que erant in aliquibus passibus difficiles et magnam partem fluminis rodaȝ per alueos extraxit vt posset leuius ipsum pertransire et veniens sup ciuitatem oꝛlienensem eã obsedit cõtra quem veniẽdo dux: de quo supra dictum est cum magna potestate francoꝝ bellauitq cũ eo et ceciderunt multi ex vtraq parte ȝ finaliter victi fuerunt christiani ⁊ fugierunt. Sarraceni vero insequentes eos vsq ad rodanũ peruenerũt ibi franci timore mortis cogitãtes liberari flumen predictũ intrauerũt ⁊ mortui sunt ibidem fere oẽs excepto duce et paucis cum eo vbi vsq in hodiernũ dieȝ apparent sepulchra mortuorum.

¶ Vincunt xpiani et fugat secũdo endo dux in francia.



Vicesimũ secũdũ bellum inter sarracenos ⁊ xpianos post p̃dictum subsequent accidit. Unde p̃dictus abdarramen cũ esset nimium letus ꝓpter victoriam supradictã cogitauit vlterius ꝓcedere et destruere terram francie: et pertransiuit flumina gorgodomã. quod cum sciuit endo comes ꝓduxit iterum contra eũ exercitum magnũ et pugnauit cum eo scdo. Sed iterum deo ꝑmittẽte vict⁹ fuit ⁊ fugit et mortui ibi fuerunt multi francũ fideles.

¶ Vincũt xpiani ⁊ ꝑimitur p̃dict⁹ abdarramẽ in frãcia cũ multitudine sarracenoꝝ p karolũ marcellũ.



Vicesimũ tertiũ bellũ inter sarracenos ⁊ xpianos post p̃dictum bellum subsequenter accidit. Cum enim predictus abdarramẽ elat⁹ in corde suo propter victorias habitas. quas sue attribuebat idustrie ⁊ potestati voluit vlterius ꝓcedere per terram francoꝝ insequendo predictum endonem ducẽ vt eũ interficeret. ⁊ pertransiuit petragoricam destruendo ⁊ cõburendo quicquid inueniebat. destruxit etiam et cõbussit ciuitatem que dicitur turres et ecclesiã sancte Marie ac regis palacia. Sed q2 deo nunq̃ placuit superbia ⁊ ipse ponit terminos vite humane voluit q ibi veniret ille maledict⁹ abdarramen. Unde cum supradictus dux endo fugiẽs a prelio veniret ad regem karolus qui erat vir belliger ⁊ sapiens i armis congregauit magnũ exercitũ germanoꝝ et hepidarũ et francoꝝ venitq animose cõtra abdarramẽ ⁊ pugnauit cũ eo septem diebus in quibus neuter alterũ vincere potuit sed bellũ vltimũ durauit p totam diem vsq ad noctem et finaliter mortuus est ibidem abdarramẽ et multi sarraceni. Alij vero nocte fugientes in galeam gotthicam se receperunt: mane aũt facto viderunt christiani tẽtoria sarracenorum homines vero nõ videbant. Euntes ergo quasi ad pugnam dispositi et neminem inuenientes expoliauerunt cãpuȝ vbi maximas diuitias inuenerunt.

¶ Vincũt xpiani ⁊ fugat rex abde

malech cordubens. p fracos pem pta multitudine farracenorū.



Vicesimūquartum bellum inter farracenos et christianos accidit circa annū domini septingētesimūquadragesimūprimū. Tunc ēm abdemalech rex cordubeñ. collecto magno exercitu proposuit debellare francorū regnū: et veniens non transiuit montes pyreneos. Franci vero cū audierunt q abdemalech veniebat contra eos circa montes pyreneos prepararuerūt se ad pugnandū. Venientes ergo pugnauerunt cū eo et interfecti sunt multi farraceni et rex abdemalech fugit et recollegit se in celsiberiā q est in littore yberū fluminis.

¶ Vincūt xpiani in regno castelle et occiditur thebā rex cordubeñ. et omnes farraceni qui cum eo venerant.



Vicesimūquintū bellum iter farracenos et christianos accidit circa annū domini septingētesimūquinquagesimum. Tunc ēm theban rex cordubeñ. habuit bellum cum christianis regni castelle et finaliter victus fuit et mortuus ibidem et omnes farraceni qui cū eo venerant ibi perierunt.

¶ Vincunt christiani et claret rex alfonsus catholicus



Eptuagesimum quartum bellũ iter saracenos ⁊ christianos accidit anno domini noningentesimo septuagesimo tertio. Tũc predictus rex Alfonsus quintus ⁊ comes castelle saucius non potentes sufferre iniuriam quã fecerant saraceni in occisione comitis Garsie fernandi congregauerũt exercitum magnũ vna cum adiutorio nauarrorum ppter fedus qd inierat pater regis alfonsi cum eis ⁊ peruenerũt ad regnum toleti comburens ⁊ destruens quicquid inuenire poterat. Et pertransiẽs inde peruenit vsq; ad ciuitatem cordubeñ. depredando ⁊ destruendo gladio ⁊ igne quicquid inuenire poterat. Quod videntes saraceni vt eos dimitterent in pace dederũt ei magnũ thesaurum ⁊ plurima dona. Similiter rex toleti ⁊ cordubeñ. ⁊ reuersi sunt in terram suã vindicata morte predicti comitis ⁊ cũ magnis diuitijs ⁊ honore. Predictus rex alfonsus quintus reedificauit muros et turres ciuitatis Legioneñ. q̃ destruxerat almãsor ⁊ filius eius. regnauitq; .xxvij. annis. ⁊ mortuus est in portugalia. Cõgregauerat enim exercitum suũ magnum ex desiderio seruiẽdi xpo. ⁊ iuerat in predictam terram: vt caperet villã illam que dicitur viseo que tunc erat saracenorum. ⁊ cum die quadam in armis respiceret hincinde murum vt videret portam debiliorẽ ad conquirendũ percussus fuit sagitta in spatulis ⁊ sentiens se vulneratum ad mortem facto testamẽto ⁊ pceptis sacramentis feliciter migrauit ad dominum: ⁊ sepultus est in ciuitate legioneñ. apud patrẽ suũ supradictum. Regnauitq; pro eo filius eius donus berimdo tertius.

¶ Vincunt xpiani ⁊ liberat Pampilona a manibus saracenorum.



Eptuagesimũ quintũ bellum inter saracenos et christianos accidit circa idem tempus. Tunc enim tẽpore yemis venerũt saraceni in multitudine graui: vt caperent ⁊ frangerẽt ciuitatem pampilone. Rex autẽ saucius nauarre stabat tunc vltra portus qui dicitur deronces valles: et cum sciuit doluit vehemẽter: ⁊ collecto exercitu suo disposuit se magno periculo propter niues magnas que erant in partibus illis. Et cum vidit q aliter transire nõ poterat fecit abarcas de corijs crudis loco sotulariũ pro se ⁊ pro omni gente sua: ⁊ sic transiuit portus de nocte sine aliquo damno. licet cum magna pena et propterea dictus fuit postmodũ rex saucius abarca. Cũ ergo fuit mane apparuit subito irruens sup saracenos qui obsessam tenebant ciuitatẽ: ⁊ tot interfecit ex eis q vix remãsit qui posset re-

nunciare in partibus suis que acciderent ibidē. Iste rex ambulans cum suis abarcas fecit multa bella cum saracenis: ⁊ cōquisiuit multa loca in celtiberia et in carpētania que vsq; in hodiernum diē dicuntur donisancij abarca. Regnauit xxv. ānis: ⁊ successit ei in regno nauarre filius ei⁹ donus garsias tremerosus sic dictus: quia cu; ingrediebatur bella: tremebat valde in principio. licet post ingressu; esset fortissimus miles qui dictus fuit abarca sicut pat̄. Quo mortuo successit ei in regno filius eius dictus sancius maior. Hic duxit in vxorē dominā elniram filiā comitis sancij castelle ex qua habuit duos filios quoru; vnus fuit dictus donus garsias ⁊ alius donus fernandus. Quorum pater nō remanēte prole infantis garsie filij comitis sancij castelle cepit comitatu; castelle ex parte vxoris sue. Et ipso mortuo donus fernādus filius ei⁹ qui duxerat in vxorē dominā sanciam sororem regis legionis doni berimundi de quo supradictū est de ei⁹ cōsensu in ei⁹ nuptijs ductus est rex castelle. Rex autē pdictus donus berimundo regnauit in regno legionis decem annis: ⁊ mortuus est in quoda; bello qd̄ accidit sibi cū predicto rege fernando ⁊ fratre eius rege garsia nauarre qd̄ bellu; fuit celebratum prope Cariorē in quodam loco qui dicit̄ nantada in valle tamaron: sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie: et sepult⁹ est in ciuitate legionēsi. cum vxore sua domina Therasia. Quo mortuo predictus rex fernandus collecto exercitu suo iuit legionem ⁊ obsedit eam: et finaliter receptus est in regem legionis: quia ei pertinebat. et sic coniuncta fuit ista duo regna. ⁊ ipse dictus rex castelle et legionis: et vocat⁹ fuit rex fernandus magnus.

¶ Vincunt xp̄iani ⁊ capiunt duos reges saracenorum per rodericum.



Exptuagesimū sextum bellum inter saracenos et christianos accidit anno dñi Millesimo. xvi. Regnante in regno castelle ⁊ legiōis supradicto rege fernando magno. Tūc excitauit deus quēdam virum sibi dilectum [illegible] mis strenuū dictum roderic[illegible] viuar. Iste fuit filius cui[illegible] bilis militis qui dicebat̄ [illegible] laynes quē genuit ex vxore [illegible] gitima terasia. Nimmens [illegible] ris Numi aluaros de maya [illegible] qui alia afferant: tamen h[illegible] veritas: sicut patet in cro[illegible] dicti regis fernandi magni [illegible] ergo ingrederētur eo tēpore [illegible] q; reges saracenorum: vt pe[illegible] rent castellam transierūt [illegible] uitatē burgēsi. ad montes [illegible] percurrerūt ville foratis [illegible] dominicū de la calsada ⁊ lu[illegible] nayaram totamq; illam ter[illegible] trahebat magna; p̄dam c[illegible] rum bestiarū gregum ⁊ arm[illegible] Cum ergo ipsi irent cum [illegible] preda: predictus rodericus c[illegible] cauit totam illam terram: ⁊ [illegible] illis saltu; in montibus doca. del

lauitque cum eis et deuicit eos. cepit que predictos quinque reges viuos: et cepit totam predam suam ac cum illis captiuis regibus: et cum tota preda venit ad matrē suam et diuisit spolia nobilib⁹ et omnibus aliis qui fuerunt cum eo in bello: et facta est leticia magna ac laudauit deum propter victoriam et mercedē quam sibi fecerat. Dixitque non habeo pro bono tenere reges captiuos. sed habeo pro bono liberare eos: vt vadant libere in terram suam. Soluit ergo illos quinque reges saracenos et precepit quod abirent. sed et ipsi regratiati sunt propter tantū beneficium venientesque in terram suā benedicebant ei: et miserūt ei parias cognoscētes se volūtarie suos esse vasallos. Hic rodericus peregrinus in sanctum iacobum recepit beatum Lazarum sub specie leprosi in societate sua in mensa et lecto quē inuenit iacētem in luto in via horrentibus ergo omnibus qui cū eo erant nocte illa qua secum fuit in lecto cum dormiret roderic⁹ insufflauit ille leprosus flatu magno per spatulas roderici sic: quod flatus ille puenit vsque ad pectus: et euigilans nō inuenit leprosum illū apud se: nec amplius eum videre potuit licet a lecto surgeret: et eum diligēter quereret. Reuersus ergo ad lectum: et luminaribus incensis cum diligenter cogitaret in his que sibi illo leproso acciderant post paululum. Ecce apparuit vir quidem albis indutus vestibus qui dixit ei. Roderice dormis. Tūc respondit et dixit. non dormio: sed quis es tu qui cum tanta claritate et odore venis? Tunc ille respondit. ego sum sanctus lazarus quem tu recepisti et cui multa bona fecisti sub specie graui ex dei amore. et ppter honorem et bonum quod mihi fecisti: cōcedit tibi deus vnū magnum donū quod cum flatus ille quem sentisti tibi euenerit. scias pro certo quod omnia que inceperis in bellis vel alias omnia feliciter consummabis. Tuus honor crescet de die in diem: et erit timor tuus super saracenos et xpianos: sed et inimici tui tibi nunquam nocere poterunt: morieris morte honorabili. nunquam eris victus: sed semper victor existēs: quia deus concedit tibi suam benedictionem. fac ergo semper bonū. et sic disparuit. Ille autē surgens a lecto genibus flexis in terra: fudit orationē suam ad deum gratias immensas agens propter tanta beneficia sibi largita. Hic post peregrinationem suam intrauit in campo cum Martino gundisalui: deficit et occidit eum propter quod lucratus est ciuitatē calagurritanam pro rege fernando: quia erat questio super eadē inter predictum fernandum regem: et regem ramirum arragoni cuius esset et facta est concordia inter eos: quod illi duo milites pugnarent et parti victoris ciuitas concederetur.

¶ Hoc bello vincūt xpiani et occiditur alymaymon rex saracenorū.

Septuagesimūnseptimum bellum inter saracenos et xpianos accidit anno dñi millesimo decimonono

Tunc rex garsias nauarre et rex sarracenorum Alymaymon cõgregauerunt exercitus magnos: et in loco, qui dicitur recurnaseta factum est prelium magnum et mortuis plurimis sarracenis victus est rex alymaymon: et mortuus in bello a predicto rege garsia.

¶ Christiani vincunt per rodericum devivar peremptis plurimis sarracenis.



Eptuagesimũ octauum bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno dñi Millesimo.xxvij. Tunc cum supradictus rex fernandus magnus esset in galecchia venerunt sarraceni cum exercitu magno vt conquererẽt extrematurã. gentes vero illius terre miserunt velo ces nũcios predicto roderico viuar vt eis succurreret: qd cum audiuit non detinuit se: sed misit statim pro parẽtibus et amicis suis: et venit cõtra predictos sarracenos qui deducebant predã magnã captiuorũ gregũ et armentorũ. et inuenit eos inter acbensiam et sanctũ stephanũ de gormatio. Irruit ergo in eos virili animo: et commissum est bellum cãpale asperrimũ: vbi plurimi ceciderũt sarraceni. Deuicitque sarracenos: et secutus est fugiẽtes per septem leucas occidendo et vulnerãdo eos: et reuersus est honorifice cũ tota preda quã ducebãt sarraceni: et tot fuerũt spolia cãpi in eo quod valuit. quinta pars fuit ducẽtorum equorũ. et valor centũ miliũ marcarũ argẽtei: quod oia diuisit sine cupiditate bellatoribus suis: et reuersus est in terram suam cum diuitiis et honoribus.

¶ Hoc bello vincunt christiani per regem fernandum magnum et capitur viseum.



Eptuagesimũ nonũ bellũ inter sarracenos et xpianos. accidit ãno domini Millesimo xxxiij. Tunc predictus rex fernandus magnus cõgregauit exercitum suũ magnũ: et iuit cõtra sarracenos portugalle et meridie et badaioz oia hec tũc possidebãt sarraceni. cepit viribus ceam et guncã in portugalia: et plura alia castra erant circũcirca. et licet in illis manerẽt sarraceni pro vasallis tamen talicia tñ semper permanserũt regis potestate. et obsedit viseum. mortuus fuerat rex alfonsus eius ex sagitta. de quo supradictum est: et in tanta pressura obsessam quod cepit eã: et cepit sarracenũ qui interfecerat regẽ alfonsum. Extraxit oculos eius et prescidit etiã eius manus et pedes. In his rodericus supradictus fuit strenuissimus miles.

¶ Uincunt xpiani: et capitur lamegum et plura alia loca per fernandum magnum.



Ctuagesimũ bellũ iter sarracenos et xpianos. accidit ãno domini millesimo xxxiiij. Tũc supradictus rex fernãdus magnus. cõgregato exercitu suo iuit sup lamegũ

et licet ciuitas esset fortissima. statim eam obsedit eã: et tot ingenia ac castra lignea posuit circũquaq; et tam fortissime cõquestauit eã q vi armorũ cepit eam. in qua inuenit multitudinẽ diuitiarum: et cepit ca ptiuos oẽs sarracenos quos intus inuenit: quorũ maiorẽ partem retinuit p edificatione ecclesiarũ que prostrate fuerant. et post hec iuit super castrũ sancti martini. qd iacet super riuum de malua: et cepit eum ac deinde obsedit terrasam et cepit eam. Reuersusq; est in terram suã cum diuitijs et honore.

¶ Isto bello vincunt christiani: et post septem annos capitur conimbra p regẽ fernãdũ magnũ aperiẽte sancto Jacobo portas ciuitatis.



Etuagesimũ primũ bellũ inter sarracenos et xpianos. accidit ãno domini Millesimo. lxxv. Tunc predictus rex fernandus magnus. cõgregans exercitu suo voluit habere conimbrã et consilio predicti roderici de viuar peregrinatus est in sanctum Jacobum. dixit enim sibi q deus iuuaret eũ ad capiendũ illã et insup q in reditu volebat q eum faceret militẽ: et q credebat se recepturum militiã contra conubram. Acquieuit ergo illustris rex consilio eius multas elemosynas p viã distribuens: et mãsit ibidẽ in oratione trib⁹ dieb⁹. petẽs a deo adiuuari in eo q desiderabat meritis apostoli iacobi. Uenit ergo post hoc cũ exercitu suo magno et obsedit conubram posuitq; ingenia et castra lignea circũquaq; sed villa erat tam fortis et tam magna: q septẽ annis stetit in eius obsidione: et pp̃ter tantam dilationẽ tẽporis et inopiã victualiũ iam volebant xpiani dimittere obsidionẽ. sed monachi cuiusdam monasterij qui vsq; in hodiernum diẽ dr̃ larmano viuentes de labore manuũ suarũ. et longo tpe fecerãt magnã prouisionẽ victualiũ secrete. habebant enim multitudinẽ tritici et ordei: milij et leguminũ. sentiẽtes ergo q rex volebat recedere venerunt velociter ad regẽ: et dixerũt ei q non amoueret obsidionẽ. quia ipsi darent cibaria et his q longo tpe congregauerant. et factũ est sic. Illã dederunt sufficientiã exercitui quousq; sarraceni deficiebãt fame. fames ergo et pugna sine intermissione deduxerũt sarracenos ad hoc q venerũt: et pcidentes ante regem fernandũ petierũt p mercede solã vitã. et q darent ei villam et oĩa bona q habebant. Pius ergo rex concessit eis vitã: et ipsi dederũt ei villam quãdam die dñica hora tertia. Sed interim q pdictus rex erat in pdicta obsidione. accidit q quidam eps grecie dict⁹ Assianus peregrinatus est in sanctũ iacobũ: et cũ eẽt ibidẽ audiuit ab hoibus ciuitatis q sanct⁹ iacobus apparebat sicut miles in bellis xpianorũ succurrẽs eis quod verbũ displicuit sibi et dixit non vocetis eũ militẽ: sed piscatorẽ. Et cũ in hoc pertinaciter permaneret placuit deo q idẽ dormiẽti apparuit sanctus iacobus portans in manibus quasdam claues et dixit ei hylari vultu tu tenes in

dericlunt q me dicunt militē xpia-
ni: et asseris q nō sum miles. Ideo
nunc veni ad te: vt hoc tibi ostēdā
nec āplius dubites de militia mea
quia sum miles iesu xpi et adiutor
christianorū contra sarracenos: et
cum hoc diceret traditus est sibi
equus albissim⁹ in quē apostolus
ascendit armatus omnibus armis
mirabiliter splendentibus admo-
dū militis: et dixit ei q volebat ire
in adiutorium regis fernandi qui
iacebat super conimbriā iam septē
annis eam obsidentē: et vt sis ma-
gis certus. dico tibi: q cū his cla
uibus quas in manib⁹ teneo cras
hora tertiarū aperiam ei portas ci
uitatis conimbre: et dabo eā regi fer
nādo: quibus dictis disparuit. Eui-
gilās ergo a somno predictus epūs
assyanus bono mane cōuocauit cle
ricos: et omnes habitantes in ciui-
tate. dixitq eis que viderat et audi
uerat diem: et horam signatā aper-
tionis conimbre: et sicut dixit veridi
ce sic repertū est. Et tunc predict⁹
rex cepit predictam ciuitatem: et fe
cit militē predictum rodericum de
viuar in maiori mesquita conimbre
cingendo sibi ensem et dando ei pa
cem in ore: et fuit vocatus mudas
et reuersus est rex per sanctum ia-
cobū in terrā suam cum honore.

¶ Vincūt xpiani et capiunt ac de-
struūt plura loca p regē fernādū
magnū et efficit tributari⁹ rex toleti



Cuadragesimum
secundū bellū inter sar-
racenos et christianos.
accidit anno dñi Mil-
lesimo. xliiij. Tūc predictus rex fer
nandus magnus. congregato exer
citu suo magno ad percurrendum
terrā sarracenorum conquisiuit q
dā castra. Unde plurima mala [illegible]
niebant xpianis. s. gormaz [illegible]
regis aguileram barbi [illegible]
sanctū moram. et multas ali [illegible]
res. Unde speculabātur sarr [illegible]
ppter quas xpiani erāt di [illegible]
ri cū intrabant terrā illā [illegible]
destruxit. Destruxit etiā [illegible]
fortalitia que erant in valle [illegible]
geterus: et in circuitu tiras [illegible]
medinam celi. et exinde ven [illegible]
tabeiam: et expulit inde sarr [illegible]
posuitq eā sub dominio [illegible]
montana ouem destruxit [illegible]
ro. Et exinde venit toletu [illegible]
mit plurimos sarracenos [illegible]
uauit. destruxitq talam [illegible]
calam. ozedam. et lucratus [illegible]
ma alia loca regni toleti [illegible]
tudinē diuitiarū que dia [illegible]
militibus suis. Et exinde [illegible]
per guadal et faiariam. [illegible]
eā: nec requies dabatur [illegible]
bus in ea pre multitudin [illegible]
rum et machinarū: quare [illegible]
ceni habuerūt mittere nū [illegible]
ad regē toleti: vt liberaret [illegible]
lo vel donis. Rex ergo [illegible]
mō multitudinē auri et arg [illegible]
tosq pannos preciosos [illegible]
fernādo petēs treugas vt [illegible]
ad eū secure. q ei concessit [illegible]
ergo rex ille sarracenus: et [illegible]
vasallus regis fernandi. sic q [illegible]
libet anno dabit ei parias: et r [illegible]
sus est rex fernādus in terrā [illegible]
cum magnis diuitiis et honore.

¶ Vincunt christiani per regē fernandum magnū: ⁊ efficitur tributarius rex hyspalēsi. ac defert corpus beati isidori i ciuitatē legionensi.



Octuagesimū tertium bellum inter sarracenos et christianos. accidit āno domini Millesimo. l. Tunc predict⁹ rex fernādus magnus. ꝯgregato exercitu suo venit in portugaliam ⁊ obsedit montem maiorem vbi plurima damna recipiebat conubea ⁊ tā fortiter expugnauit eam machinis suis ꝙ breui tempore habuit eam. Ibi apparuit strenuissimus miles rudias de viuar. qui vadens vt obseruaret colligentes herbam tres lites sarracenorum deuicit. Mouit ergo rex illustris exinde exercitum suum in algarbium comburens et destruens quicquid inuenire poterat captiuando: destruendo: ⁊ occidendo sarracenos quousq; peruenit ad ciuitatē hyspalensi. Et tūc benabenech alimucanus rex hyspalensi. vidēs predas ⁊ magna dāna q̄ per suū regnū rex fernandus faciebat. misit ei nuncios suos cum magnis diuitijs: ⁊ factus est eius vasallus cōcedens ei parias quolibet anno. Rex autē fernandus habito consilio suorū. recepit eū in vasallū et bona petiuitq; ab illo rege sarraceno corpa sanctarū iuste ⁊ ruphine. Si volebat eius amorē habere Respōdit rex sarracenus: ꝙ nesciebat vbi erant illa corpora. Verūtamē ꝙ si ipse sciret vel quicūq; ali⁹ ꝙ sibi placebat: ⁊ non solum illud: sed in omnibus alijs: in quibus sibi posset cōplacere. Et tunc reuersus est rex fernādus samoram cum magnis diuitijs ⁊ honore: ⁊ populauit eādem ciuitatē que a tpe almanzor destructa fuerat. Et ex illo loco misit duos epos: sc; legionensi. ⁊ astoricensi. ⁊ comitem nunnū ac duo diuites viros ad regē hyspalensi. ꝓ honorabilibus illis corporib⁹ sanctarum iuste et ruphine. Qui cū peruenerūt ad predictā ciuitatē hyspalensi. recepit eos ille rex sarracenus cū honore: ⁊ exposita ābasiata rex habito suo consilio respondit ꝙ de corporibus illis nihil sciebant. Verūtamē ꝙ darent eis parias. Episcopi autē illi cū sancti essent viri steterunt in oratiōe tribus diebus et ieiunijs: quibus sic in oratione permanentibus apparuit sanctus Isidorus dicens eis. Serui dei nō est voluntas dei: ꝙ corpora beatissimarū virginū iuste ⁊ ruphine extrahantur ab hac ciuitate: q2 hec ciuitas debet conqueri a xpianis. et vult ꝙ hic maneant ꝓ consolatiōe eorū. Sed deus habet ꝓ bono semper vestrā sanctitatē. ⁊ ꝓpter honorē regis fernādi a quo recepit multa seruitia ꝙ deducat3 corp⁹ meū i ciuitatē legionensi. ⁊ cū audiuerūt timuerūt timore magno. ⁊ steterūt p aliquā morā attoniti ⁊ muti ꝓpter magnā claritatē ⁊ sentiētes mirabilem ⁊ nō assuetū odorem: ⁊ tūc sanctus ille confessor Isidorus fecit signum crucis super eos. ⁊ statim redierunt in seipsos: ⁊ interrogauerunt eum quis esset. Qui rūdit ego sum ille isidorus qui fuit archiepo

hyspalen. tunc facta gratiarūactio
ne petierūt ab eo q eis ostenderet
locū sepulture: 𝔷 ostēdit eis dando
certa signa eis quō iacebat in sibi
lia veteri: 𝔷 disparuit ab oculis eo
rū. Illi vero venerūt ad regē dicē
tes q nolebant ei ostendere: qd pe
tebant placuit regi: 𝔷 venit cū mili
tibus suis ad locū signatū: 𝔷 fodiē
tes p̄sente rege inuenit sepulchrū
sancti confessoris: 𝔷 aperientes se
pulchrū exiuit odor mirabilis ī mo
dū ambsqui 𝔷 balsami qui profuit
in salutē nō solū xp̄ianoꝝ: sed etiā
sarracenoꝝ: 𝔷 extracto corpe hono
rifice sumouerūt ossa illa nobilib⁹
paganis 𝔷 rex ꝓpter miraculū qd
viderat doluit de cōcessio: 𝔷 voluit
accipere illud si potuisset. Sed cū
hec cogitauit amplius corpus illō
videre nō potuit 𝔷 motus est intel
lectus eius in aliud. sic q obliuioni
tradidit q cogitauerat: 𝔷 post hec
mouerūt se epi ac alij ābasiatores
cū precioso illo corpore per viam
suā plurimis miraculis choruscan
do. 𝔷 cū peruenerunt legionē: 𝔷 rex
fernādus sciuit iuit ad eos cum so
lemni ꝓcessione. 𝔷 cū magno hono
re posuit illud sanctū corp⁹ in quo
dā monasterio quod ipse fecerat in
monumento aureo super altare ma
ius. 𝔷 extunc ecclesia illa vocata est
sanctus Isidorus quā dotauit lapi
dibus preciosis auro 𝔷 argento ac
plurimis possessionibus. Est autē
monasteriū illud qd ego vidi cano
nicarū regulariū: vbi sunt sepultu
re multorū regū: quorū imagines
tenent cruces in manibus sinistris
𝔷 in dextris enses euaginatos.

Uincunt christiani per regem
fernandum magnū: 𝔷 subiugātur
celtiberia et carpētania ac libera
tur hyspania a subiectione impe
ratorum romanorum.



Euangeli
mū quartum [illegible]
inter saracenos et
christianos accidit
circa predictum tem
pora. Tūc enim p̄dictus rex ferdinā
dus magnus ad requisitionē regi
ne domine sancte vxoris sue cōgre
gauit exercitum suū magnum con
tra saracenos carpētanie 𝔷 celtibe
rie que sibi rebellauerāt dedit ei
predicta regina de suis thesauris
magnas diuitias pro stipēdio mi
litum. Cum ergo p̄dictus rex per
uenit ad terras illas [illegible]
fregit illas 𝔷 tot saracenos [illegible]
𝔷 captiuauit q per vim 𝔷 [illegible]
rum voluntatem reduxit [illegible]
las ad pristinam seruitutē. [illegible]
sus est in terram suam cū magnis
diuitijs 𝔷 honore deditq regine in
recompensationē eoꝝ que sibi pro
exercitu suo dederat omnes partes
spoliorum saracenoꝝ. Celtiberia est
illa terra que vadit a sancto seba
stiano ex parte occeani [illegible]
rectuz vsq mare cesaraugu[illegible]
est mare mediterraneū 𝔷 ex flumi
ne ybero vsq ad regnū [illegible]
catur carpētanea. Iste rex fernan
dus liberauit regnū ne esset subie
ctum imperatori: nec recognosceret
superiorem in tēporalibus 𝔷 hec fuit
causa quare fuit vocatus magnus
sicut plenius continet in generali

hystoria hyspanie. Hinc illustri regi beatus ysidorus reuelauit diem mortis sue vt se disponeret pro ingressu beatitudinis eterne qui venit ante corpus beati ysidori et genibus flexis ac coronatus regia corona sic orauit. Domine iesu christe cuius est omnis potestas et omne regnum quia tu es rex omnium regnorum, et rex omnium gentium. domine reddo tibi nunc regnum quod mihi dedisti sed peto pro mercede quod anima mea sit posita in luce cuius non est finis quibus dictis expoliauit se vestimentis suis regiis auro decoratis et abstulit coronam quam tenebat in capite et posuit eam super altare et indutus est cilicio circa carnem, et iterum fecit orationem ad deum et absolutus est ab episcopis de peccatis suis: et statim ibi recepit vltimam vnctionem: sparsitque cineres super se et precepit se deduci in peregrinationem ad sanctam mariam de almasam que est prope cabesom vbi nouem diebus stetit et appropinquante morte fecit se deduci in cabesom et ordinato testamento suo diuisoque regno tribus filiis scilicet Sancio alfonso et garsie: post penitentiam lachrimabilem trium dierum die quarto fuit dies sancti iohannis baptiste hora sexta data benedictione filiis suis migrauit ad dominum: sepultus est in ecclesia sancti ysidori ciuitatis legionensis. iuxta patrem suum quem ipse deonam fecerat deduci. Regnauit viginti duobus annis, et sex mensibus et successit ei in regno castelle Sancius filius eius primus Alfonsus in regno legionis et garsias in galecia et portugalia.

¶ Vincit christiani efficitur tributarius rex cesagaruitanus per regem sancium castelle et quomodo proditorie per vellido dolpho occiditur rex iste sancius secundus rex castelle.



Septuagesimum quintum bellum inter sarracenos et christianos accidit anno domini . Millesimo et quingentesimo septuagesimo. Tunc predictus rex Sancius videns quod rex fernandus pater suus pro honore fidei christiane conquestauerat prouincias portugalie et lucitanie hyspalensis. cordubensis. toletanis celtiberie et carpetanie sunt quod reges earum facti tributarii ei. Ideo congregato exercitu venit super ciuitatem cesagaruitanam et obsedit eam ac cum ingeniis et machinis pluribus de die et nocte eam fortissime expugnabat propter quod post multa damna que receperunt sarraceni rex ciuitatis misit regi Sancio multitudinem magnam auri et argenti ac lapidum preciosorum et factus est eius vasallus cum tota terra sua et tributarius cum omnibus eius sic quod quolibet anno darent ei certum quid et firmata hac pace. Reuersus est rex saucius in terram suam cum diuitiis et honore. Iste rex sancius non fuit contentus de diuisione regnorum quam fecerat pater eius fratribus suis. Et ideo desiderio habendi omnia regna. licet penam perditionis posuisset pater cuicunque eorum frangenti dispositionem eius. Congregauit exercitum magnum. et iuit Primo contra regem garsiam fratrem eius qui erat rex

regis hyspalensi. Et extunc sarraceni et xpiani vocauerunt eum adruidas campeator que omnia multum placuerunt regi alfonso.

¶ Vincunt christiani et capiuntur septem milia sarracenorum per cid campeatorem et quomodo per inuidiam expellitur a regno.



Ctuagesimumnonum bellum inter sarracenos et xpianos accidit post predictum bellum paucis elapsis diebus. Tunc enim rex alfonsus sextus predictus. Congregauit exercitum suum magnum et intrauit terram sarracenorum in vuandalia vbi plurima damna eis intulit. Sed cum ipse esset in partibus illis bellans congregati fuerunt ex aduerso plurimi sarraceni et intrauerunt per regnum castelle obsederuntque gormatium et fecerunt in terra illa multa mala et damna. Cid autem adruidas campeator qui remanserat infirmus in recessu regis et iam conualescebat audiens damno quem sarraceni faciebant congregauit omnes gentes quas potuit et iuit contra terram toleti et percurrit illam destruens quicquid inuenire poterat et deduxit secum preter alias diuitias septem milia sarracenorum inter viros et feminas. et sic reuersus est in castellam cum honore. Istud factum seminarium inuidie fuit inter milites castelle. Et ideo tenuerunt modum cum rege alfonso quod cid campeator esset expulsus a regno et sic factum est et cum recederet nocte quadam cum dormiret dictum est ei in visione vade audacter et noli timere semper tibi bene erit dum vixeris eritisque diues et honoratus et in suo recessu cepit vnum castrum sarracenorum quod iacet super henares et dicitur castreyum gentes vero sue percurrerunt terram illam vsque guadalfaiariam. Et congregatis omnibus spoliis quinta pars deputata ipsi cum fuit vendita sarracenis precio trium milium marcharum argenti.

¶ Vincunt christiani et capitur alcozar per Cid campeatorem.



Onagesimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit sequenti die. Cum enim predictus Cid adruidas campeator iret in confinibus regni bellauit cum sarracenis de alcozar et occidens plurimos eorum cepit locum illum quadam arte mirabili ibi inuenit plures diuitias et istud factum magnum intulit timorem sarracenis omnibus terolii et calataiubii propter quod scripserunt regi valencie abuacar que acciderant dicentes quod si non succurreret eis quod etiam caperent terram eorum.

¶ Vincunt christiani fugatis vulneratis duobus regibus per Cid Campeatorem.



Onagesimum primum bellum inter sarracenos et xpianos accidit paucis elapsis diebus post predictum bellum. Quia tunc rex valencie vidit supradictas litteras misit duos reges cum tribus milibus armatorum et cum omnibus aliis genti

bus illius frõtarie veneruntq; su-pra locum de alcozar et obsederunt ibi ipsum Cid adruidas cãpeatorẽ cum militia sua tenueruntq; ibi eũ obsessum tribus ebdomadibus et abstulerunt ei aquam. gentes autẽ quas secũ habebat in numero erãt pauce quia solum erant quadringẽti equites et tricenti pedites. Ui-dens autem q aquam perdiderant die quadam parauerunt arma suã et armauerunt se secretissime ⁊ su-bito apertis ianuis exeuntes irrue-runt viriliter in sarracenos ex inspi-rato. Sed ⁊ illi videntes eos veni-re parauerunt se vt melius potue-runt ⁊ statim factum est preliũ ma-gnum cecideruntq; plurimi sarra-ceni. Sed et inter cetera strenuissi-ma que ibi fecit Ipse ad quendam militẽ sarracenũ feriẽs ense nudo diuisit in duas partes vt equũ suũ daret cuidam militi suo qui pedes pugnabat equo suo mortuo et vnũ regem illorum duorum qui dicebat feris percussit letaliter pp̃ter qd dedit terga. Alius vero rex qui di-cebat gnalue fuit etiaz percussus in capite a martino antolines mili-te strenuo propter quod etiã dedit terga. Uidentes ergo sarraceni q reges fugiebant ⁊ omnes ipi timo-re percussi relicto campo fugierũt et secuti sunt eos christiani occidẽ-tes ⁊ vulnerantes eos sine nume-ro quousq; peruenerunt ad portas terolij ⁊ calambij quia rex feris fu-git terolium ⁊ gnalue calatambiuz et in de reuersus est cum bellatori-bus suis ad locum vbi fuerat bel-lum et expoliauerunt campum vbi multas diuitias inuenerunt ⁊ inter cetera de equis sarracenorum postq̃ congregauerũt eos quia erãt sper-si inuenerunt quingẽtos et decẽ de ferunt de equis christianorũz quin-decim et intrauerunt castruz suum de alcozar cũ magnis diuitijs leti-cia et honore. de equis vero quos habuit p parte sua virtuosus Cid misit. xxx. cũ sellis ⁊ frenis ⁊ singu-lis ensibus pendentibus ex arzoni-bus in donũ regi alfonzo castelle predicto vt haberet amorem eius q irat⁹ erat ab eo vt supradictũ ẽ.

¶ Uincũt xp̃iani ⁊ fugatur rex de-nie: ac comes cromani capitur p Cid campeatore.



Onagesimum secundũ bellũ inter sar-racenos ⁊ xp̃ianos acci-dit anno domini Millesimooctua-gesimooctauo. Tũc predictus Cid campeator cum esset eius timor su-per omnes sarracenos cesar augu-stanos valentinos et super omnes illarum partium acceptis electis militibus suis iuit ad percurrẽdã terraz sarracenorum et peruenit vsq; ad locum qui dicitur huerta ⁊ vsq; ad montem aluanũ spacio quinq; dierũ ⁊ exiuit sonus eius inter om-nes sarracenos et christianos. pro-pter quod comes remon berengel barchinonẽ. qui in sua recommẽ-datione habebat illos sarracenos coniunct⁹ fuit bauelphaie regi de-nie. Qui magnis exercitibus con-gregatis secuti sunt predictũ Cid campeatorem cogitantes q ab eo-rum manibus euadere non posset

ipse autem tunc deducebat magnā
predam peruenerunt ergo ad eum
inapinar de tonar nec predictus co
mes renon voluit acceptare verba
honesta ipsius Cid sibi nunciatis
q nihil ducebat de suo et q dimit-
teret eū in pace. Uidens ergo vir
tuosus Cid eoꝝ superbiam qui tol
lere volebant ea que ipse lucratus
fuerat ab inimicis dei et legis no-
stre irruit in eos viriliter ꝛ occide-
runt multi ex pte aduersa. Alij ve-
ro quasi innumeri fuerunt vulnera
ti et deuicit eos cepitq predictum
comitē vnum et lucratus est illa vi
ce ensē que dicebatur colada. Et
post tertium diē virtuosus Cid li-
berauit comitem predictum et re-
misit eum ad partes suas cū duo-
bus militibus.

¶ Uincit xpiani et fugatur iterū
rex denie per Cid cāpeatorem.

Onagesimum
tertium bellū inter sar
racenos et xpianos ac
cidit āno domini Millesimooctua
gesimonono. Hic predictus benal
faie vna cum predicto comite re-
mon venerunt cū multitudine gra
ui ꝛ obsederunt castrū de almenar
regis cesaraugustani qui erat val
de confederatus ipsi Cid cāpeato
ri misit ergo rex cesaraugustanus ꝑ
Cid campeatore sibi confederato
vt succurreret castro ipsius. Qui
venit super eos et commissum est
durum bellum effusaq est multi-
tudo sanguinis. sed finaliter vicit
eos Cid qui nunquam victus fue-
rat et fugierunt a campo rex abe-
nalfaie. ꝛ predictus comes secutus
q est eos per tres leucas occidēs
ꝛ vulnerans plurimos eorum et re
uersus est cum multitudine capti-
uorum et cum magnis diuitijs et
honore in ciuitatem cesaragusta-
nam: vbi honorifice ꝛ cū magna le
ticia fuit receptus.

¶ Uincunt christiani et capitur
castrum de rudea per Cid campea
torem qui obtinuit priuilegia ma-
gna pro nobilibus et ciuibus ca-
stelle.



Onagesi
mumquartum
bellū inter sar
racenos ꝛ xpia
nos accidit an
no domini mil
lesimononagesimo. Tunc predict9
rex alfonsus sextus brano tertius
rex castelle venit in succursum cu
iusdam vasalli sui sarraceni con-
tra vnum vuandalum qui se eleua
uerat cum castro de rueda quod est
prope cesaraugustam. Sarracenus
autem ille qui se eleuauerat cum
castro habuit verbum suum cum
infante ramiro qui erat ex parte
regis alfonsi dicens q volebat da-
re castrum predicto regi alfonso ꝛ
exiuit colloquendo cum rege: inui-
tauitq eum ad prandium intra ca
strum sed rex non acceptauit con-
uiuium illuminatus a deo q erat
conuiuium proditionis. Intraue-
runt ergo cum eo ad conuiuiū pre
dict9 infans et comes garsias qui
cum fuerunt intra castrum occisi

sunt lapidibus quod factu3 nimis displicuit regi: et cogitando vituperium qd sibi fecerat ille sarracenus misit pro Cid ruidas cāpeatore qui libenter venit ad mandatu3 eius. et recepit eum rex honorifice. Narrauitqз sibi dāna q̄ receperat ab illo sarraceno. Tunc pepercit ei et inuitauit eū q venirer secū in castellā: sed noluit acquiescere quousqз cōcessit sibi sequētia. s. q cū aliquis nobilis haberet exire de regno q daretur ei spaciū. xxx. dierū. Secūdo q nihil faceret contra aliquē nobilē: nec ciuē: nisi primo eēt exauditus sicut debet esse de iure. Tertio q nihil faceret cōtra foros et priuilegia ad bonos vsus villarum et locorū. Quarto q nō faceret impositiones inordinatas. Quito q si cōtra hec faceret: q pper hec tota terra posset rebellare et eleuari quousqз fieret emēda per regem que oia rex concessit sibi et iterū inuitauit eū: q secū veniret: sed ipse noluit quousqз vindicaret ipsum de illo sarraceno proditore. Regratiatus est ergo rex alfonsus sibi: et reuersus est in castellam. Uirtuosus vero Cid obsedit castrum predictum: et in tanta pressura posuit eum quousqз moriebātur fame: nec poterant iam bellare pre fame: et volebant sibi dare castrum si saluaret vitam eorum. sed ipse noluit vt vindicaret regem. cepit ergo viribus castrum: et captiuauit sarracenum illum alinofalas: et omnes qui erant cum eo: omnes occidit preter alinofalas proditore: et aliquibus suis quos misit regi alfonso placauit. ergo regem cum vidit presentē siue dominum ipsius Cid campeatoris: et fecit magnam iusticiam de isto proditore et sociis eius: et regratiatus est ipsi Cid: q vindicauerat eum.

¶ Uincūt christiani et fugatur rex denie: et capitur rex aragonum per Cid campeatorem.



Nonagesimum quitum bellum inter sarracenos et christianos accidit āno domini Millesimo nonagesimo primo. Tunc predictus Cid campeator congregatis militibus suis iuit ad percurrendam terram benalfaie regis denie: q cum rex ille sciuit doluit valde: et misit veloces nuncios ad petrum regem aragonie cu3 quo erat federatus q veniret ad adiuuandū eu3 contra Cid campeatorē qui etiam dolens: quia cum intrauerat terrā suam similiter congregauit exercitum suum: et ambo reges venerunt super eū qui erat edificando quoddam castrum super modella quod dicebatur alcola. parauerunt ergo ibi acies suas: et commissum est durum bellum et ceciderūt multi: sed finaliter habuit victoriam Cid campeator de illis duobus regibus: et fuit Captus rex aragonie cum multis comitibus et militibus suis. Alii vero dederunt terga. et cum hac honorabili preda reuersus est cesaraugustam vbi cum magna leticia et honore: receptus

fuit a rege et filijs eius. Sed vir-
tuosus Cid compatiēs regi petro
et suis militibus: quia xpiani erāt
soluit eos ⁊ permisit eos ire libere
in terram suam. Et post hec venit
Cid campeator in regnum cum di-
uitijs ⁊ honore qui receptus fuit a
rege alfonso honorifice deditq; si-
bi multas villas ⁊ castra ac priui-
legia ꝙ quecunq; locum caperet a
saracenis vel alijs inimicis esset
suum iure hereditario et successo-
rum suorum.

¶ Vincunt christiani et capitur to
letum ac plurima loca per regem
alfonsum sextum.



Onagesimum
sextum bellū inter sara
cenos et xpianos acci-
dit anno domini Mil-
lesimo nonagesimo quinto Impe-
rāte henrico ⁊ sedente in cathedra
petri gregorio septimo. Tunc pre-
dictus rex alfonsus brano tertius
Rex castelle congregauit exercitū
suū magnū: ⁊ venit super toletum.
Erat enim iam solutus a iuramen
to qd fecerat alymaymon regi to-
leti propter eius morte; et filij sui
ysceh. Venit ergo pdictus rex ⁊ co-
gitauit quomodo capere posset ci-
uitate; illam tāmagnam ⁊ tamfor-
tem: ⁊ recordatus est verbi qd au-
dierat cum esset sub arbore in orto
regis pdicte ciuitatis quādo erat
cu; pdicto rege alymaymon. Que
rebant enim inter se cōsiliarij pre-
dicti regis ipo presente rege quo-
modo posset capi ciuitas illa tā for
tis: ⁊ respondit vnus illorū ꝙ non
poterat capi nisi septem annis es
set obsessa: sic ꝙ nulla prouisio pos
sit intrare ⁊ tūc in octauo anno pos
set capi pre fame. Istud verbū au
diuit rex alfonsus l; ipsi cogitarēt
ꝙ dormiebat. sic ergo cum venit et
hoc verbo abstulit eis panem ⁊ vi
num ⁊ fruct⁹ per quattuor annos.
⁊ hoc vndiq; per totam terrā et te
nuit eam obsessam alijs quattuor
annis ex quadruplici parte ciuita
tis. ⁊ cum intra ciuitatem esset po
pulus sine numero defecerunt eis
iam victualia: ⁊ sub quibusda; pa
ctis data est eis ciuitas in die san-
cti vrbani mēsis maij. ⁊ capta ciui
tate illa que quondā fuerat hono
⁊ gloria gottorū exiuit inde ⁊ per-
currit omnes terras circūquaq; et
cepit tunc sanctam Eulaliam ma-
quedam albanam argancam scalo
nam ozedam butragam atensiam
ozaman berlāgam ⁊ medinam celi
⁊ plurima alia loca: ⁊ reuersus est
toletum vbi collocauit thronū suū
⁊ fecit ibi habitationem suam ⁊ fa
cta est mesquita maior ecclesia ca-
thedralis dicta sancta maria ⁊ fe-
cit ꝙ eligeret archiepiscopus qui
esset primas hyspaniarum ⁊ dota
uit ecclesiam illa; pluribus villis
castris locis et possessiōibus hono
rifice sicut ⁊ nunc est: ⁊ in die con-
secrationis ecclesie obtulerunt rex
⁊ regina de thesauris suis ⁊ posue
runt in illa ecclesia reliquiarū mul
titudinem quas habebant propter
quas venerandas et indulgentias
obtinendas concurrit ibi multitu-
do populi ex toto archiepiscopa-
tu certis temporibus anni.

¶ Uincūt christiani cruce signati transeūtes in terram sanctam ꝛ capiuntur ciuitates nicia ꝛ laudicia.



Nonagesimum septimū bellū inter saracenos ꝛ xp̄ianos accidit anno dn̄i millesimo nonagesimo septimo sedēte in cathedra petri vrbano scd̄o predict⁹ papa anno dn̄i millesimo nonagesimo sexto apud clarū montē aluernie in mēse nouembris consiliū celebrauit vbi exposita est miseria ciuitatis hierusalem dedecus xp̄i et obprobriū nūciatur cōsilium. ꝛ auxilium postulatur. Unde occidētis populi innumerabilis multitudo duces: comites: ꝛ nobiles: ignobiles: diuites et pauperes. episcopi: clerici: et religiosi. senes: pueri: et puelle. dolētes loca sancta ꝓphanari a gētibus et thurcis ab appulia ꝓuincia lingua occitana hyspania: Acq̄tania: britania: normania: Schocia: flandria: francia: germania: lothoringia: borgūdia: lombardia. alijs ꝓuincijs regnis ꝛ terris nullo vnq̄ angariante: sed omnes pari fide et voto ꝛ deuotione iniurias xp̄i ulturas ire se parentes signo crucis signati pace firmissima vbiq̄ terrarū composita de terris suis egrediētes nullū in tāta multitudine regem habētes nisi xp̄m sepulchrum ipsius tāto tēpore sub seruitute redactum ꝓponunt reddere libertati: ꝛ quanto quiscunq̄ pronior erat prius ad mundi militiam tanto erat pronior modo ad dei militiam exercendam. Judeos vero in vrbibus quas transibant credere compellebant vel trucidabant. Unde multi zelo paterne legis mutuo se peremerunt. Alij credere se simulantes post ad iudaismum relabātur. Et si queraī quis incitauit p̄dictum vrbanum papā vt crucē predicaret: ꝛ quis tantā multitudinē cōmouit. Respondetur q̄ hoc venit ex inspiratione diuina que facta fuit cuidā pauperi religioso viro gallico qui dicebaī petrus heremita. qui cum peregrinaretur in sanctum sepulchrū videns loca sancta ab impijs irreuerenter tractari. vidēs etiam venerabilem symonē ciuitatis patriarcham cum subditis suis viliter: et cum omni abiectione: ꝛ pluribus oppressionibus affligi commota sunt viscera eius vehemēter: ꝛ cepit anxius contristari ꝛ cogitare si cōmode posset afflictis subuenire Cum aūt quadam nocte dominice resurrectiōis in eccl'ia lachrymis ꝛ orationibus dn̄o supplicans pernoctaret longo vigilliarū labore fatigatus supra pauimētum ecclesie somno humanitus irruente cepit paululum dormitare dominus aūt iesus xp̄s apparuit ei ī somnis iniungens ei legationē ad dominū papam. ꝛ ad principes occidentales ꝓ liberatione terre sancte: quā legationē ip̄e fideliter adimpleuit veniēs ad predictum papā ꝛ omnes alios principes xp̄ianos cum litteris predicti patriarche ꝛ aliorum fidelium hierosolymis cōmorantiū. Sic ergo congregati sunt oēs supradicti cū petro heremita.

Erat autez huius sancti exercitus eminentiores. Adamarus podiensi. episcop⁹. Godefridus dux lotorin gie. eustacius ꝛ baldonius fratres eius. Robertus comes flandriensis. Rodolphus comes metensis. Hugo magn⁹ frater regis francorum. Stephanus comes blesensis Raymundus comes tholose ꝛ sancti egidij destimundus dux apelie. Robert⁹ comes normanie Anshelmus de aboldumōte. Raymūdus torene. fertur autem ꝙ Cid ruidas campeator fuerat inuitat⁹ ab istis principibus pro isto passio faciendo ꝓpter eius magnā famā. Sed ipse occupatus cum rege Alfonso contra saracenos in expugnatione toleti ꝛ aliorum locoꝝ vt infra dicetur. ab illo conuiuio facto excusauit. exposita etiam sua sancta occupatione: ꝛ creduntur tunc transfretasse plusꝙ ducēta milia xpianoꝝ inter quos Gulfrerius de turribus multos insultus hostibus inferēs atqꝫ damna vna die rugitū leonis a serpente circūligati audiuit qui socijs dissuadētibus accedens audacter serpentem truncauit leonē liberando cuius rei leo memor eūdem sequitur vt leporari⁹: ꝛ ꝙdiu in illa terra fuit multa fecit ei cōmoda in venationibus ꝛ bellis: et quacunqꝫ vidit domino aduersari subito prosternebat nec dn̄o redeūte in naui positū derelinquere voluit: sed nautis nolētibus cum recipere vtpote animal crudele secutus est dominū suū natando ꝑ maria quousqꝫ defecit. Anno ergo predicto scilꝫ Millesimo nonagesimo septimo. exercitus dn̄i fines paganorum attigit: et factū est primum bellū magnū cū saracenis ad pontem fluminis pharphar nono kalēdas marcij: vbi multo saracenoꝝ sanguīe effuso victi sunt a xpianis Et capte sūt ciuitates Niceaet laodicia: ꝛ lꝫ essent tāti in exercitu tāta fuit rerum oīm habundantia: vt aries vno denario. bos vero tantū nummis duodecim venderetur.

¶ Vincūt xpiani ꝛ capiūt ātiochiā.



Nonagesimum octauum bellum inter saracenos ꝛ christianos accidit anno predicto: scꝫ Millesimo nonagesimo septimo. Cū enīꝫ exercitus domini predicta obtinuisset loca: ꝛ i manū imperatoris Constantinopolitani reliquisset ꝓfectus inde variis trāscursis regionibus ꝛ prolixi itineris diuturno labore plurimum fatigati mēse septembri ante ciuitatem antiochie. nam tunc erat saracenorum subiecta dominio castra locauerunt. Cum autez per mēses vero nouem in obsidione ciuitatis continue laborarēt: ꝛ variis tribulationibus essent oppressi: vꝫ fame frigore yemalibus ymbribus et multimodis egritudinib⁹ ac diuersis morbi generibus a thurcis in ciuitate cōmorantibus sibi illatis parum proficissent: nec vllis bellicis instrumentis contra munitissimam ciuitatem ꝑualerent. Respexit deus afflictionē populi sui per quēdam fidelem christianum in ciuitate sub infideliū dominio com

morantem: qui de nocte per scalaz dominum boamundum principez tarētinum clam cum militibus in ciuitatem recepit. Illi vero portas vi aperientes interfecto eius duce nomine Acciano cū aliis fere.xi. milibus quibusdam aliis vinculis mancipatis ciuitatē nobilem multarum prouinciarum a diebus antiquis metropolim et mediatricem diuino munere possederunt.

¶ Vincūt christiani et fugatur corbozanus cū exercitu suo antiochia ab eius obsidione liberaretur et inuenitur lancea qua perforatuz fuit latus christi in cruce.



Nonagesimū nonum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo nonagesimo octauo. Capta enim antiochia: vt predictum est: nox superuenit Corroboranus magno cum exercitu paganorum: et christianos obsidēt tanta q; fame afflicti sūt vt vix se aliqui ab humanis carnibus abstinerent inedia. ergo perurgente et fame intolerabili compellēte: de necessitate facientes virtutem pauci cōtra multos ad prelium coacti sunt exire lancea domini sancta qua latus eius in cruce fuerat perforatū que pauloante sub terra per reuelationem reperta fuerat eos pro vexillo precedēte exercitu christianorū innumeram infidelium multitudinez audacter ingrediēs: et brachio extento viriliter pugnans diuino protectus adiutorio gloriose de hostibus obsedentibus triumphauit aliis gladio trucidatis: aliis terga vertētibus equorum velotiū presidio fuga elapsis expoliauit: ergo campum exercitus dn̄i et tantū auri et argēti equorum et victualium copiā inuenerunt vt omnes cumulatu diuitiis et victualibus supra modū habundantes cum hymnis et laudibus ciuitatē ingressi domino pro tanta victoria gratias retulerunt. lancea vero christi fuit per hūc modum reperta. Apparuit enī sanctus andreas cuidā rustico prouinciali dicēs: veni ostendam tibi lanceam christi. et rusticus isdē capta antiochia fodiens in ecclesia sancti petri in loco sibi ostēso presente raymundo comite tholosano et capellano suo lanceam inuenit. Dubitātibus aūt plerisq;: quidam bartholomeus nomine xp̄o sibi apparēte certificatus ignem: licz pedum quem fieri iussit illesus transiuit cum lancea: et sic exercitus domini fiduciam habens in christo et lancea a tempore apostolorum inuisa intrepidus processit.

¶ Vincūt christiani cruce signati: et capitur ciuitas sancta hierusalē



Centesimum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini millesimo nonagesimo nono. Tūc exercitus domini dominiū ciuitatis antiochie boamūdo predicto concedētes ordinatis ecclesiis et clero ac patriarcha et stipendiis

vnde sustētari possint: Siriciq₃ p
ficiscentes marchiam ⁊ barrā mul
taq₃ castellaq₃ regiōis illius expu
gnant tanta fame afflicti: q corpo
ra sarracenorū fetentia edere com
pelluntur. ⁊ inde profectus exerci-
tus dñi ad iteriora syrie larga dei
manus refocillatus: et est tandem
montana hierosolymorū conscen-
dens ante sanctā ciuitatē peruenit
tentoria figēs ⁊ castra: fm milita-
rem disciplinam collocās ex omni
per teipsam vrbem obsidione val-
lauit. Est autē hierusalē ciuitas in
montanis sita riuis fontibus ⁊ flu-
uiis carens: excepto filoe vbi aqua
sufficienter habet. legitur q priusq
exercitus dñi hierusalem appli-
cuisset: quadā colūba desuper exer
citu predicto volans ab accipitre
grauiter plagata est. circa quā re-
perte sunt littere: quas deferebat
talis sententie. Rex acharon duci
cesario salutem. generatio canina
venit gens contentiosa. contra quā
per te ⁊ per alios defendas tuā le-
gem indica idē vrbibus aliis. ere-
ctis ergo petrariis: ⁊ aliis bellicis
instrumentis: ⁊ scalis muro appli-
catis: multum laborantes parū in
principio pfecerūt. quibusdam eni
ex nostris sagittarū imbre graui-
ter sauciatis. Aliis vero molarium
immissiōe pemptis machinis etiā
ligneis ex magna parte igne succē
sis ab his qui in ciuitate erant ma
xime ledebantur. Dux etiā in eadē
obsidione punctus: ⁊ etiā aque pe-
nuria laborarēt ex cōdicto commu
ni omnes quotidie nudis pedibus
orando: septem diebus circuierunt
ciuitatē. Tandē die octauo qui fuit
idus iunii feria que specialiter est
dies crucifixi ardore animi succen
si ⁊ crucis signo muniti prompto
animo p illo parati mori: qui pro
ipso eodē die mortuus est. Strēui
dñi pugiles scalas muris immittē
tis per sagittas: ⁊ spicula per lapi
des desuper venictes et ingentia
saxa per gladios ⁊ lāceas ⁊ ignes
supra muros ascendendo ciuitas
sancta hierusalem a christianis ca
pitur: et in porticu salomonis pa-
ganos egredientes tot occiderunt
vt in sanguine occisorum vsq₃ ad
equorum genua equitarent. sic diui
no munere ciuitas sancta hierusa-
lem a christianis capitur: ⁊ liberta
ti eorum est reducta. que per annos
circiter. ccc. sexaginta postq secun
da vice ab imperatore eraclio fuit
capta ab immūdis sarracenis fue
rat possessa gratias referentes sal
uatori nostro domino iesu christo
patriarcham latinum et tam cle-
rum q ecclesias ordinantes ducem
godefridum de bullon militē stre
nuum. et virum deo et hominibus
acceptum dominum ciuitatis vna-
nimiter elegerunt: qui licet ciuita-
tis administrationem ad multa-
rum precum instantiam suscepis-
set pro reuerentia tamen christi et
cordis humilitate noluit rex ap-
pellari: nec coronā auream depor-
tare: vbi dominus noster spinis
coronatus fuit pro nostra redem-
ptione.

¶ Vincunt christiani cruce signa
ti cesis centum milibus sarrace-
norum.



Entesimum primum bellum inter sarracenos et christianos, accidit paucis elapsis diebus a captione sancte ciuitatis hierusalē. Tūc enī cū principes de repatriādo tractaret. Ecce rex sarracenorum cum centū milibus equitum. et .cccc. milibus peditū ad bellādos xpianos ascalonā venit: quibus exercit⁹ domini in quo nō erāt nisi quinqꝫ milia equitū. et quindecim milia peditum occurrens deo pro eis pugnāte: et nube ab estu solis protegente sarracenos solo impetu territos proiectis armis eos in fugā conuertit. et in hoc bello facto. vi. kal. augusti cesi sunt centū milia paganorum. In portu vero ascalone vsqꝫ ad duo milia suffocātur: eorum vero qui in mari et inter spineta consumpti sunt: numerus ignoratur. His gestis reuersus est exercitus domini in sanctam ciuitatem cum magnis diuitijs et honore. et mansit ibidem supradictus godefridus electus in regem. Alij vero principes ad propria cum honore sunt reuersi.

¶ Vincunt sarraceni in hyspania: et occiditur infans sancius alfonsi perditur concha et plurima alia loca. et destruuntur oia balnea regni.



Entesimum secundum bellū inter sarracenos: et christianos. accidit supradicto āno dñi Millesimo nonagesimo nono. Tunc rex alfonsus sextus tertius rex castelle. de quo dictum est supra consilio Aben. habet regis hyspalensi. cuius filiā caydā noie ceperat in vxorem factam christianā quocata fuit maria: vt nihil esset in hyspania: quod eis nōn subiugaretur. misit in affricā pro sarracenis qui dicebantur almorandes. Erant enī mirabiles bellatores: et placuit regi marrochiorū cōplacere regi alfonso. et misit ei militiā magnā illorum quibus prefecit capitaneū vnum Algnaselum suū maiorem: qui dicebatur halyabenara. Hunc predicti almorandes tunc obliti domini sui eleuauerunt myramamolim: et reuersi sunt in optatam partem: qr cōgregati sunt cū alijs sarracenis et expugnauerunt regē hyspalensi. qui dederat filiam suā in vxorem occulte xpiano: et quia erat amicus regis xpiani. Venerunt ergo cōtra predictum regē et ipe occurrit eis non tam preparatus ad bellū sicut poterat et debuerat. et occisus est in bello. quo facto eleuatus in superbiā ille sarracen⁹ qui se fecerat vocari myramamolim venit cum sua multitudine graui cōtra terrā regis alfonsi. et obsedit hucles. Tunc aūt rex alfonsus predictus erat infirmus: et doluit vehementer: quia non poterat ire in persona contra eos: sed misit illuc filium suum vnigenitum quē habuerat ex illa predicta cayda vxore sua xpiana qui dicebatur infans donus sancius alfonsi. et erat adhuc puer: et cū eo misit comitē donū garsiam de cabra

qui nutriret eũ ꝛ multos alios comites et nobiles cum exercitu magno: ꝛ venerunt ꝓpe villesium. Cũ ergo sarraceni obsedentes viderũt xpianos dimiserũt obsedionẽ: ꝛ venerũt contra eos. ꝛ ordinatis aciebus cõmissum est durũ bellũ: ꝛ permittẽte deo a peccatis forte exigẽtibus victi fuerũt xpiani. ꝛ ibi vbi maior erat potestas christianorum cũ predicto infante filio regis ibi occurrit maior multitudo sarracenorum. Infans aũt sentiens equũ suum vulneratũ: dixit nutricio suo comiti. pater vulneratus est equus meus: ꝛ dixit comes. fili sitis firmus: aľs vos eritis vulneratus. et cecidit statiꝫ equus mortuus cũ eo quod cũ vidit predictus comes timens mortẽ infantis. descendit subito de equo suo ꝛ cooperuit infantẽ cũ scuto. ꝛ ibi defendẽs infantẽ plurimos sarracenos cuꝫ ense suo occidit: sed tanta fuit eorum multitudo: ꝙ non potuit sustinere: quia absciderũt ei vnum pedẽ quodam ense. ꝛ quando vidit ꝙ non poterat se cõtinere dimisit se cadere super puerũ: vt moreretur priusꝙ̃ ipse. et ibi occiderunt comitẽ illum. Ceteri vero comites habuerunt infantem et fugiebant cum eo ꝙ̃tum poterant cogitantes euadere morteꝫ: Sarraceni autẽ vidẽtes eos insecuti sunt eos: ꝛ q꜡ nõ poterant tã cito fugere cũ puero sicut voluissent attinxerunt eos: ꝛ transeuntes vltra eos occiderunt ibi infantẽ: ꝛ comites. ꝛ in memoriã illius victorie posuerũt sarraceni nomen loco illius septẽ porci: sed postmodũ mutat⁹ est locus ille ꝛ vocatus est septem comites. Aliĩ autẽ qui euaserũt venerunt toletũ ad regẽ: ꝛ factus est planctus magnus a rege pro filio suo. sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie. Tũc fuit perdita concha quã habuit cũ vxore sua cayda. habuerunt etiã sarraceni tũc huete ꝛ huclesum quesiuit rex Alfonsus a sapientibus: quare milites sui non poterant tolerare bella sicut solebãt. Et respõsũ est ei ꝙ erat: quia sepe intrabant balnea: ꝛ quia nimis vacabãt delitiis et extunc rex alfonsus fecit ꝙ destruerẽtur omnia balnea regni sui. et fecit milites laborare multis exercitibus.

¶ Vincũt christiani sub principe godefrido de bullion. ꝛ capiuntur plurime ciuitates.



Centesimo nuncentesimum bellũ inter sarracenos ꝛ christianos. accidit anno dñi Millesimo centesimo. Tũc victoriosus princeps Godefridus de bullion expeditis aliis principib⁹ collecto exercitu suo attendens ꝙ ciuitatẽ sanctam non posset retinere nisi fines suos vellet ampliare: ꝛ hostes vicinos a se longius propulsare: licet essent paucissimi respectu' circumstantium nationum: q꜡ habebãt ab oriente arabes moabitas et amonitas. a meridie vero ydumeos egyptios et philisteos. ab occidẽte autem ciuitates maritimas per olimpiadã siue accon ꝛ tiron ꝛ tripoli ꝛ oẽs alias vsꝙ ad anthiochiam.

a septētrione vero tyberiadā et cesareā philippi et regionē decapoleos ⁊ damascum. maluerunt tamē pro xp̄o animas suas morti exponere ꝙ missa manu ad aratrum retrospicere ⁊ negociū imperfectum relinquere: non ergo confidētes in sua fortitudine: nec in multitudine sed in sola dei protectione spē habentes et salutifere crucis vexillū semper in prelio deferentes inimicis partim fugatis partim trucidatis partim carceri mancipatis vrbes munitissimas et castra inexpugnabilia christo subiecerunt. Unde in illo suo primo egressu cepit ciuitatem ioppen in littore maris sitā. Et ciuitatē ramata nobilem populosam muro valido circundatam ⁊ turrib⁹ excelsis in campestribus sitam. cepit etiam ciuitatem porphiriam in littore maris quasi miliaribus quattuor ab accon distantes ⁊ ciuitatem tyberiadem in galylea que est supra stagnum genazareth sita. Quibus subiugatis reuersus est gloriosus princeps in sanctā ciuitatē cū leticia ⁊ honore. In fine supradicti anni mortuus est princeps godefridus: ⁊ elect⁹ est concorditer. ⁊ in regē inunct⁹ Baldouuinus frater eius miles strenuissimus q̄ postmodū diuino fret⁹ auxilio regnū suū dilatauit. Nā ipse expugnauit azur ⁊ cesareā philippi ⁊ accon: q̄ alio noīe dr̄ tolemayda ⁊ ciuitatē berid: ⁊ ciuitatē Sydonis ⁊ montē regalē. ⁊ plurima alia loca cepit: ac multa alia loca fortalicia ac deinde ab aliīs successorib⁹ multis bellis ⁊ multa effusione sanguinis dilatatū fuit regnū hierosolymitanū in ciuitatibus villis ⁊ castris. sicut latissime narrat acconen. ep̄s in libro de reb⁹ ⁊ statu terre orientalium: que propter breuitatem relinquo.

¶ Uincunt christiani et obsidetur ciuitas cordubeñ. ac membratim diuiditur proditor sarracenis qui regem hyspaleñ. interfecerat per regem alfonsum sextum.



Entesimūquartum bellū inter sarracenos et christianos. accidit paucis elapsis diebus post predictum bellum. Tunc enim predictus rex alfonsus. vi. hi. rex castelle ex ira magna quam habebat contra sarracenos: tum quia interfecerant filium eius: tum propter alia damna que fecerāt in terra eius. congregatis exercitib⁹ magnis liber ab infirmitate venit in terram sarracenorum directe contra illum sarracenum qui se fecerat vocare myramamolim: qui tūc erat in ciuitate cordubeñ. et obsedit eum ibi: qui cum cognouit potestatem excedentem regis alfonsi: non fuit ausus exire contra eū. Cum ergo sic esset obsessus: quidam sarracenus nobilis: cuius nomen erat de abdallar venit de nocte cū multitudine magna sarracenorum: et dedit saltum ex improuiso in exercitum regis alfonsi. christiani autem sentientes eos capiētes celeriter arma sua bellauerūt cum eis ⁊ occiderūt maiorē partē ex

corum et ceperunt sarraceni predictum abdellar qui interfecerat regem hyspalen. predictum patrem regine domine marie capde. Ceperunt etiam plures alios cum eo. Precepit ergo rex alfonsus: quod duceretur sarracenus ille ante eum. et mandauit quod duceretur ad locum ubi possent eum videre sarraceni de ciuitate. et quod consideretur corpus membratim in frustra. quia interfecerat socrum suum: vt dictum est. Precepit etiam quod ducerentur alij nobiles sarraceni qui fuerant cum eo: et quod comburerentur viui in eodem loco quod cum viderunt sarraceni de ciuitate timore magno percussi firmauerunt pacem cum eo quod darent ei tributum omnium terrarum quas quas possidebant circa mare: et miserunt multum aurum argentum ac multitudinem lapidum preciosorum ac alia plurima dona. Et tunc rex alfonsus contentus de his que fecerat in cursu illo: et quomodo confregerat et honorauerat illum sarracenum. Alium qui se vocauerat myramamolim reuersus est in terram suam cum magnis diuitijs et honore. et extunc predictus rex alfonsus tenuit regnum suum in pace: et dederunt ei sarraceni citra mare quolibet anno tributa sive parias suas.

Vincunt sarraceni sub nicaph rege morrochiorum: et vulneratur rex alfonsus sextus.



Centesimumquintum bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini Millesimo centesimo primo. Tunc nicaph rex marrochiorum qui erat myramamolim congregato magno exercitu almoranidum transiuit mare cui congregati sunt et vniti omnes sarraceni vuandalie venit ergo super regem hyspalen. et obsederunt ciuitatem atque ceperunt eam et tenuerunt ibi illum proditorem qui se fecerat vocari myramamolim et precidit caput eius: et exinde venerunt supra cordubam et ceperunt eam et factum vnum dominium sarracenorum citra et vltra mare quod primo non erat quo facto intrauit myramamolim cum suo exercitu magno per terram regis alfonsi: et peruenit vsque ad badayos. Rex autem alfonsus predictus: tunc erat super cesar augustam et tenebat eam obsessam Cum ergo sciuit ingressum predicti myramamolim in terram suam eleuauit se ab obsidione et venit cum exercitu suo. et cum multitudine francorum qui venerant in adiutorium eius: et commissum est bellum asperrimum prope badyos. In quodam loco qui dicitur arabice cella que et lingua castellana sathallas dicitur: et permittente deo victi sunt christiani: et multi dederunt terga nemine persequente. Rex autem alfansus sustinuit bellum cum illis qui secum remanserant vsque ad noctem et tam viriliter bellabat rex quod nullus saracenus erat qui ausus esset ponere ante eum. et mouet eos de loco illo retraxitque eos vsque ad tentoria nicaph que bene erat fortificata fossatis. et cum cogitaret fortissime pugnans eos inde extrahere.

Superuenit quidā nūcius q̄ dixit ei φ insidie quas posuerant sarraceni venerūt ad depredandū tētoria sua quod cū audiuit dimisit bellare illos ⁊ reuersus est ad suos. et cum reuerteret̄ inuenit se cū illis qui depredabantur tentoria bellauitq̄ cū eis sed fuit victus ⁊ pdidit multos ibi de suis et ipse vulneratus fuit lancea superueniente ergo nocte diuisi sunt abinuicē bellantes ⁊ illi pauci christiani qui remāserunt coniuncti sunt regi alfonso ⁊ reuersus est cum eis ad ciuitatem que dicitur corya. Sarraceni similiter recesserūt ad terras suas et nicaph transiuit in affricā. Istō bellū fuit feriasexta prima die nouembris anno quo supra.

¶ Uincunt christiani per regez alfonsum sextum destructa sarracenorum terra.



Entesimū sextū bellū inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno dn̄i Millesimocentesimo secundo. Tūc supradictus rex alfonsus sextus congregauit exercitum suum ⁊ intrauit terram sarracenoꝝ et peruenit vsq̄ ad ciuitatē hyspalensē. destruens quicq̄d inuenire poterat et reuersus est in terram suaz cū magnis diuitijs ⁊ honore.

¶ Uincunt christiani ⁊ capitur ciuitas nobilis valentie per Cid cāpeatorem.



Entesimūseptimum bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimocentesimo tertio. Tunc enim rodericus didaci Cid campeator cum multitudine christianorum obsedit ciuitatez valentie ⁊ tenuit eam obsessam nouem mensibus. In quibus fuerunt multa prelia ⁊ effusus sanguis sine mensura [illegible]n christianorum φ sarracenoꝝ: et tam angustiata fuit ciuitas pre fame φ compulsi sūt sarraceni comedere canes murilegos ⁊ mures plures etiaz pauperes comedebant carnes sarracenorū mortuorum et tot moriebantur fame φ platee erant plene sepulchris ⁊ nō erat sepulchrum in quo non essent ad minus decem sarraceni. Alij autem exeuntes a ciuitate tradebant se libere manib⁹ christianoꝝ sz cuz comedebant statim moriebant̄. et compellebat eos ipse Cid redire ad ciuitatem vt in maiori numero magis opprimerent̄ fame ⁊ si aliquē ipse de exeuntibus poterat accipere mandabat eum comburi vt timerent exire. Uidentes autez maximā pressurā famis fecerunt conuenientiam suā firmatā cū predicto roderico didaci vt mitterēt nūcios suos ad regē morsie ⁊ ad regē cesarauguste: q̄ si infra. xv. dies nō succurrerēt eis darent sibi sine mora ciuitatem placuit pactum istud roderico didaci ⁊ transiuit cuz hac conditione φ nullus illoꝝ nunciorum portaret pro expensis vltra quinquaginta morobetinos. Recesserunt ergo nuncij. Sed rodericus didaci fecit φ nauta cum quo transire debebant teneret eos quousq̄ ipse iret ad euz. Fuit ergo sta-

tum et mandauit q inquireretur si plus ducebāt quaȝ .l. morobetinos ⁊ inuentum est q portabant multitudinem auri et argenti et lapidū preciosoꝝ ⁊ omnia cepit et diuisit cuilibet .l. morobetinos sicut pactatum fuerat. Cū ergo transiuit tps ⁊ non habuerunt succursum predictoꝝ regum tradita est ei nobilissima ciuitas valentie que solatiuȝ ⁊ delicie sarracenorum erat. Et ipse Cid intrauit eandē eleuato vexillo suo ante eum cū magna leticia ⁊ honore et precepit q poneret vexillum suum in altiori turri fortalicij ciuitatis. Et ex illa die omia fortalicia que erant dominiū ciuitatis fuerunt posita sub eius potestate ⁊ pro honore fidei catholice. omnes mesquite sarracenoꝝ facte sunt ecclesie ⁊ posuit ibi sedem episcopalem et redditus necessarios et facti sunt nouem parrochie: maior aūt eccl'a dedicata est sancto petro ¶ Uincunt christiani fugato ⁊ vulnerato rege hyspalēsi. ac perēptis quasi .xxix. milibus sarracenoꝝ p Cid campeatoreȝ.



Centesimum octauū bellū inter sarrecenos et xpianos accidit anno domini millesimo centesimoquarto. Tunc cum fama perditionis valentie per omnes terras sarracenoꝝ peruolaret inter ceteros rex hyspalens. dolens vehementer congregauit exercitū suum magnuȝ scilicet .xxx. milium hominuȝ armoꝝ et velocius quo potuit venit super ciuitatem valētie et obsedit eam. Uirtuosus vero Cid campeator exiuit ad eum cum milicia sua et habuit bellum cū eo circa ortum qui dicitur de villa noua ⁊ deuicit eum plurimis sarracenis interfectis. Ipse vero rex hyspalens. cum tribus vulneribus fugiens euasit et persecutus est sarracenos vsq atibam: suffocatiq sunt in flumine quasi tria milia sarracenorū ⁊ tanta fuit cedes eorum q de .xxx. milibus qui venerāt non euaserunt vltra mille quingentos ⁊ reuersus est virtuosus Cid in locum vbi fuit bellum et expoliatis tentorijs tanta fuit multitudo diuitiarum q pars que cecidit in sortem peditorum fuit quinq milium marcarū argenti et ingressi sunt ciuitatem nobilem valentie cuȝ magnis diuitijs et honore. Numerus autē exercitus eius erat mille quingentorum equitum quorum mille erant nobiles genere et .iiij. miliuȝ peditum. ⁊ tunc misit illustri regi alfonso sexto supradicto in purum presentem et donum de sua quinta parte que ei euenerat in sortem centum equos cum sellis et frenis mirabiliter adornatos et rogauit q mitteret sibi vxorem suam dominam ximenā cum duab⁹ filijs suis que manebāt i sancto petro de cardenaȝ. Rex autem illustris gaudēter recepit donū et honorifice misit sibi vxorē ⁊ filias quas postmodū tradidit in vxores comitib⁹ garriōis. Sed quia illi commiserunt quoddam graue contra eas victi ꝑpter hoc ante predictum regem

in cãpo ante garrionẽ tradite fue-runt postea per eundem regem in vxores infantibus nauarre et arragonie filiis regum sicut plenius continetur in generali hystoria hyspanie.

Uincunt xp̄iani fugato et vulnerato ymes myramamoliz ac per emptis.xl.et octo milibus et quingentis sarracenis per Cid Campeatorem.



Centesimum nonũ bellum inter sarracenos ⁊ xp̄ianos accidit anno domini Millesimocentesimo quinto.Tunc cũ predictus virtuosus Cid cum vxore sua ⁊ filiabus suis dña elmira et dña sole in pace et solaciis essent in predicta ciuitate valentie et quidem nunciauit ipsi certitudinaliter quõ ymes myramamolim rex marrochiorũ dolẽs de perditiõe valentie cũ quinquaginta milibus armatorũ veniebat ad obsidendum predictã ciuitatem Quod cum cognouit predict⁹ Cid ꝑcepit ꝙ omnia castra sui dominiũ ꝑpararent et ponerent in eos oĩa necessaria ad pugnã similiter in ciuitate.Congregauitq; omnes gentes quas potuit habere tam de sarracenis ꝙ de christianis ⁊ omnia hec facta sunt breuissimo tempore Uenit ergo multitudo predicta sarracenorum et fixis tentoriis suis steterunt supra ciuitatẽ et tantus fuit eorum tumultus cũ suis atãboribus et vocibus ꝙ domia ximena cum filiabus suis que nunquã similia viderant timuerunt valde. Sed virtuosus Cid dixit eis dña ximena et mee filie non timeatis. Ego enim cogito deuincere hos sarracenos et cum eorum diuitiis vos meas filias honorifice et ditissime maritabo et illos atempores faciam venire ante vos buxinas vero pro honore ecclesie faciam reseruari.Congregatis ergo bellatoribus suis ad signũ campane exierunt in campum cũ insidiis et ordine virtuosissimi Cid campeatoris quos videntes sarraceni ordinatis ẽt suis aciebus cõmissum est durissimũ bellum sic ꝙ vndiq; videbantur exire equi sine dñis suis Et cũ sarraceni essent multi tenebant xp̄ianos iã in magna pressura.Et tũc virtuosus Cid animans milites suos clamauit dicens.de⁹ adiuua et beate Iacobe.et cum dixisset exiuit aluarhanes q̃dã miles strenu⁹ cum trecentis militib⁹ ⁊ insidiis et percusserũt sarracẽos ex aduerso scʒ ex pte maris.Cogitãtes autẽ sarraceni ꝙ erant multe gẽtes timuerũt valde et incperũt dar terga ⁊ secuti sũt fugiẽtes occidẽdo ⁊ vulnerãdo vsq; ad q̃dã castrũ qđ dicitur torquera pcusso ymeo myramamolĩ ab ipo Cid et tanta fuit cedes sarracenorũ ꝙ de quinquaginta milibus ꝑdictis nõ euaserũt vltrã ꝙ millequingẽti ⁊ reuersus ẽ virtuosus Cid cũ militia ad locũ belli vbi inuenerunt spolia multa nimis ⁊ iter cetera inuentũ est vnũ tentorium illi⁹ miramamolim nobili⁹ ꝙ vnquam aliquis viderat et reuersus ẽ in ciuitatẽ valentie brachiis vsq; ab cubi

tus plenus sanguine et vulneribꝰ occisorum et cum magnis diuitijs et honore. Et tunc virtuosus Cid misit domino suo regi alfonso castelle predicto et quinta sua parte ducentos equos cuꝫ sellis ⁊ frenis pendentibꝰ singulis ensibus et singulis sellis eorū. misit etiā sibi in domum tentorium predictum mirabile que omnia gaudenter recepit predictus rex existens in valle olineti.

¶ Vincunt christiani et fugatur bucar. rex marrochiorum vulneratus cuꝫ alijs. xxx. regibus per Cid campeatorem.



Entesimum decimum bellū inter sarracēos et xpianos accidit anno domini Millesimocētesimosexto tūc rex bucar rex marrochiorum cū. xxx. regibus sarracenorum subito apparuit spacio vnius leuce prope valentiam et factus est tumultus magnus in ciuitate ex subitis rumoribus. et ascēdit virtuosus Cid supra turrim altiorem fortalitij cum cōsiliaribus suis vt videret eorum exercitū quē vidēs incepit ridere ostendens magnū gaudium descendens ergo de turri facto signo campane cōgregati sunt omnes sui bellatores. quibus dixit virtuosus Cid quomodo volebat dare belluꝫ regi bucar et illis. xxx. regibus ⁊ hilari aio placuit omnibus sperantes victoriam reportare. Exierunt ergo ordinati: secundum modum suū. Eo tempore quo tempore sarraceni non cogitabant cum ergo venerunt ad locum vbi viderunt tentoria sarracenoruꝫ precepit vt irent lentis passibus et ipse ibat cum suo equo qui dicebatur bauieca quos cum viderunt sarraceni ordinauerūt subito acies suas ⁊ venerunt contra eos satis inordinati cum non cogitarent de aduentu ipsius Cid super eos. Cuꝫ ergo vidit eos inordinatos predictꝰ Cid precepit vexillum suum celeriter ire contra eos et factum est preliū magnum sic ꝙ ceciderunt multi ex vtraqꝫ parte et durauit bellum de mane vsqꝫ ad horam nonaꝫ nec poterant sarracenos eradicare ab illo loco pre multitudine ⁊ tāta erat multitudo mortuoruꝫ peditūꝫ etiā christianorum ꝙ non poterant cuꝫ equis ambulare inter eos. sed placuit deo ꝙ ab hora nona inceperūt sarraceni dare terga et secuti sunt eos christiani occidendo ⁊ vulnerando et in illa sequela vidit ipse Cid regem bucar et euaginato ense secutus est euꝫ vt eum occideret sed qꝛ ille ducebat velocem equū cū cognouit ꝙ Cid sequebaṫ eū fugit velocius ⁊ nō potuit eum attingere sicut voluisset licet cum peruenerunt ad mare prope ipm iret ⁊ tūc emisit a manu ensem: suū super bucar percussitqꝫ eum sed ille percussus itrauit subito nauim. ⁊ Cid descendit et accepit ensem suuꝫ et spatam regis bucar que ei ceciderat quam vocauit tysonam ⁊ reuersus est ad locum belli deuictis sarracenis vbi tot spolia habuerūt ꝙ solum de equis quinta pars que cecidit in sortem ipsius fuit tricenta

rum equorum. Deuictoq; bucar rege marrochiorum cũ aliis. xxx. regibus reuersus in ciuitatem valentie cum magnis diuitiis leticia et honore. Et tunc misit regi alfonso castelle ĩ donũ ex predictis spoliis Centum equos cũ sellis suis ⁊ frenis mirabiliter adornatos et .lxxx. sarracenos captiuos que omnia rex predictus existens in valle oliueti gaudẽter recepit. Tunc etiam soldanus psie videns ꝙ sanctã ciuitatem hierusalem ceperant xpiani ⁊ multas alias ciuitates et loca timens ꝙ tota eius terra perderet si transiret pdictus virtuosus Cid in partes illas pro iuuamie xpianorum. Ideo audita eius celebri fama vt eum in amicum posset cõfederare. misit ei ambasiatorez suũ per mare et cum puenit valentiaz receptus est honorifice ab ipso cid et presentauit sibi dona q̃ sibi mittebat soldan⁹ scz multa iocalia auri et argenti et preciosos ac nobiles pannos de serico et auro mirabilis contexture: et multa alia que non sunt in ista terra. presentauit sibi etiam vnaz libram mirre ⁊ balsami preciosi cũ quo postmodũ fuit corpus ipsius Cid balsamatum in eius morte: dedit etiam sibi vnũ archidrichem de nobilioribus qui fuerunt in mũdo qđ vsq; in hodiernum diẽ manet in monasterio sancti petri de cardinam et his omnibus receptis remisit eum cum honore ad pdictũ soldanũ cũ suis et donariis inito federe inter eos.

¶ Uincunt xpiani fugato rege bucar. cũ aliis. xxxvi. regibus viginti corũ interfectis p Cid cãpeatorẽ non viuum sed mortuũ.



Entesimũ decimum bellum inter sarracenos et xpianos accidit anno domini Millesimocentesimoseptimo. Tunc predictus rex bucar dolens quõ sic turpiter victus a Cid campeatore et quomõ interfecerat et captiuauerat ei⁹ gẽtes ⁊ quõ expoliauerunt eum a tã magnis diuitiis. Ipse ĩ ppria persona predicauit in affrica ꝯuocãs oẽs populos sicut nos facimus tẽpore cruciate et congregatus ẽ ad eum populus innumerabilis cum quo transiuit mare vt veniret sup valenciam et se vindicaret. Cũ ergo predicti rumores peruenerunt ad aures ipsius Cid inter cetera p̃cepit ꝙ oẽs sarraceni habitantes intra ciuitatẽ egrederẽtur foras: ⁊ ꝙ habitarent in alcudia quo facto cũ nocte ille iaceret in lecto suo p̃dictus Cid hora medie noctis cogitãs quomodo se haberet in aduẽtu tante multitudinis sarracenorũ Ecce subito impletum est palaciũ illud claritate magna ⁊ quodã mirabili odore. Et cum ipse miraret illius insolite claritatis et odoris apparuit et vir quidã indutus vestibus albis sicut nix q̃ canus ⁊ crispus videbatur in manibus suis claues gestans. Dixitq; . domine ro derice vel quid agis. ⁊ ille respondit. quis estis vos qui a me hec q̃ritis. Et ait illi ego sum sanct⁹ petrus princeps apostolorum qui venio ad te cum scelerio̅ri mandato

q͂ illud qđ tu cogitas de rege bu-car. sc3 q͂ habes dimittere hūc mū-dum et ire ad vitam vbi non est fi-nis ⁊ prefigitur tibi terminꝰ .xxx. dierū a p̄senti die. Veruntamē vult tibi deus facere hanc gratia3 q͂ tu mortuus cum gentibꝰ tuis habeas victoriam de rege bucar propter honorem tui corporis quod erit cū adiutorio apostoli Jacobi quē deꝰ mittet ad bellum illud. Sed ante hec omnia tu facies penitentiā de peccatis tuis et saluus eris. hec om-nia concessit tibi dn̄s iesus xp̄s ꝓ-pter amorem meum ⁊ ꝓpter reue-rentia3 quam semper habuisti ad ecclesia3 meā monasterij sancti pe-tri de cardenā. Que cū audiuit vir-tuosus Cid pre gaudio dimisit se cadere de lecto in terram ⁊ cecidit ad pedes apostoli volens osculari pedes eius et dicit ei apostolus. Non labores in hoc quia non pote-ris accedere ad me. sed sis certꝰ q͂ oīa que dixi tibi sunt tibi cōcessa ⁊ sic disparuit ab oculis eius: et re-mānsit in palatio illo quidā magnꝰ ⁊ suauissimus odor cuius qualitas effari non potest. ⁊ predictus Cid remansit fortificatus et ita certus de predictis sicut si iam transissent omnia illa. Et die facto conuoca-uit ad fortalitium suū omnes mili-tes suos et narrauit eis visione3 il-lam cum lachrimis nihil eis occul-tans facietis ergo secundum con-siliū meum et deuincetis rege3 bu-car ⁊ triginta sex reges qui veniūt cum eo. Perceptis ergo sacramen-tis ⁊ facta penitentia peccatorum suoꝝ cū non remanerēt nisi septe3

dies de spacio p̄finito p̄cepit voca-ri ad se vxorē suā dn̄am ximenā et mādauit q͂ adducerentur ei vasa illa argentea in quibus erat balsa-mū ⁊ mirra q̄ sibi miserat soldanus magnus p̄sie. Et cū vidit ea sā se p̄cepit adduci quandā cupā aureā in qua ipse bibat et accepit de illo balsamo ⁊ mirra mixto cū aqua ro-sea ad quātitatem vnius cocliaris ⁊ bibit et sic per illos septē dies fe-cit nihil aliud comedēs nec bibēs Et factū est corpus eiꝰ pulchriꝰ et recētius q̄ aā excepto q͂ continue deficiebat sic q͂ nō poterat se mo-uere in lecto. penultia ergo die aā q̄ deficeret vocauit vxorē suā ⁊ ve-nerabilē ep̄m ciuitatis hierosolimē ⁊ alios milites parētes ⁊ amicos q̄bus ꝯfidebat. Dixitq3 eis scitis q͂ rex bucar erit hic vna istaꝝ dierū ⁊ circūdabit ciuitatē cū sua p̄tāte magna ea ergo q̄ vos habetis fac-re vt vincatis sunt hec. ¶ Primo postquam fuero mortuus lauabi-tis corpus meu3 quod satis intrin-secus mundum teneo laudetur deꝰ. vt crastina die que est dies vltima vite mee recipiā corpus dn̄icum ⁊ lauato corpe absterga bene ⁊ vn-getis ip̄m totū caput ⁊ os pedes ⁊ oīa alia mēbra cū balsamo ⁊ mirra qđ superfuit in his vasculis argē-teis et nullus sit ausus ꝓpter mor-tē meā clamare nec ostēdere dolo-rē ne forte sarraceni sentiāt mortē meam et cū venerit dies vt appro-pinquat ciuitati rex bucar precipie-tis q͂ oēs gētes ascēdāt super mu-ros ⁊ q͂ sonent tubas anāfiles ⁊ fa-ciēt maiores leticias que poterūt

fieri per homines et cũ fuerit dies qua volueritis ire cũ corpe meo in castellam facietis ꝙ egrediantur oẽs gentes secretissime. sic ꝙ non intelligãt sarraceni qui sunt i suburbibus: ⁊ precipietis onerari geraulas: aliasq3 bestias cũ omnib⁹ illis diuitijs que sunt valentie. sic ꝙ non remaneat ibi aliquid ꝙ sit alicuius valoris: et cũ factũ fuerit precipietis incellare equum meũ bameca: et armabitur bene corpus verũ meũ ornabitis optime: ⁊ ponet[...] me super equũ taliter ꝙ nõ possim cadere. ponetis etiã in manu mea ensem meũ tyson: ⁊ eant semp ante me eps domin⁹ hieronymus ⁊ gildias priuatus meus: vnus ad dexteram: ⁊ alius ad sinistrã. qui dirigunt equũ meũ. ⁊ vos petre berundem portabitis vexillũ meũ. sicut consueuistis. vos vero aluarhanes ordinabitis acies. ⁊ ite ad bellãdũ cum rege bucar. sitis enĩ certi ⁊ nõ dubitetis ꝙ habebitis victoriã me existente mortuo. sicut mihi de⁹ cõcessit. Sequenti vero die facto testamento suo hora tertiarũ recepit corpus dñicũ de manu epi genib⁹ flexis: ⁊ cũ multis lachrymis. quo pcepto reclinauit se in lecto dicẽs dñe iesu xpe: cuius est oĩs potestas ⁊ cuius sunt oĩa regna. tu es super oẽs gentes: ⁊ oĩa sunt ad preceptũ tuũ. Ideo dñe peto hanc misericordiam: vt aĩa sit vbi est finis sine fine. Quibus dictis virtuosus Cid tradidit animam in manibus creatoris. Post tres autẽ dies mortis eius apparuit rex bucar cum potestate sua super valentiam: et circa sunt tẽtoria. xv. milia sicut narrat analfaxar hystoriographus sarracenorum: ⁊ bellabãt continue contra ciuitatẽ quãtum poterant. ⁊ illi de ciuitate defendebant ciuitatẽ cum magna leticia sicut eis preceperat Cid qđ durauit per nouẽ dies: qꝛ xpiani preparabant oĩa sua ad discedẽdum in castellam sicut pceperat eis gloriosus Cid. Bucar vo rex videns ꝙ Cid tãto tpe nõ egrediebatur ad eos cogitauit ꝙ non erat ausus exire. Et ideo volebat facere machinas ad capiẽdũ viribus ciuitatẽ. Sꝫ die duodecima oĩbus preparatis ⁊ posito ipsius corpore Cid in equo suo sicut mandauerat tali dispositione ꝙ videbat vivus hora media noctis apta est vnica porta ciuitatis q̃ tendit versus castellam ⁊ ordinatis aciebus cũ omnibus oneribus exeũtes secretissime et in magno silentio: sic ꝙ videbatur ꝙ non essent ibi. xx. milites irruerunt subito in saracenos qui inueniẽtes eos inermes nec potentes pre cõfusione magna ordinare seipsos: qꝛ videbat regi bucar ⁊ illis. xxxvi. regibus ꝙ veniebant ex parte xpianoꝝ sup eos vltra sexaginta milia militũ qui erant albiores niue: ⁊ ante eos viderunt virũ militem sup equũ album sedentẽ in manu sinistra gestantẽ vexillum albũ: ⁊ in manu dextra ensem qui videbatur sicut ignis. Uidẽtes ergo Bucar ⁊ reges predicti cedem maximã saracenoꝝ suoꝝ quam faciebãt isti milites timuerũt valde ⁊ dederunt terga fugiẽtes vsq3 ad mare: christiani autem insequen-

tes eos occidēdo ⁊ vulnerādo per- venerunt vsqꝫ ad mare ⁊ tāta pres- sura: vt ingrederentur in nauibus ꝙ scḋm hystoriam viginti illorum regum fuerunt ibi mortui: ⁊ decez milia saracenorum suffocati. Rex vero bucar cuꝫ alijs qui euaserant pressurā illam eleuatis velis nunꝙ amplius sunt reuersi. christiani autem victoria habita reuersi sunt ad tētoria: ⁊ expoliato campo vbi innumeras diuitias inuenerūt: re- ceperunt eas quas portare potue- rāt. relictis ibi pluribus alijs sine numero: ⁊ sic venerunt cum corpo- re ipsius Cid in castellam cuꝫ ma- gna leticia ⁊ honore: ⁊ sepelierunt sicut ipse precepit in sancto petro de cardenā. Saraceni ṽo qui erāt in alcudia videntes ꝙ omnes chri stiani recesserāt a ciuitate: ⁊ nihil dimiserant in eadem ingrediētes iterum populauerāt eam. Fuit au- tem predictus virtuosus Cid dn̄s pdicte ciuitatis quinqꝫ ānis. Rex autem alfonsus sextus supradict⁹ cum audiuit victoriam quam Cid cāpeator habuerat mortuus ⁊ quo modo ducebat̃ in equo suo bame- ca ac si esset viuus venit persona- liter ad sanctum petrū de cardena sceleriter de toleto: ⁊ honorauit eū in sepultura sua in qua etiam fue- runt infantes arragonie ⁊ nauarre cum suis vxoribus q̃ filie fuerunt ipsius Cid. Predictus vero rex al fonsus sext⁹ brauo regnauit. xliij. annis ⁊ septem mensibus ⁊ perce ptis sacramentis feliciter migra- uit ad dominuꝫ anno dn̄i Millesi- mo centesimo vicesimo octauo. Ja cet sepultus in monasterio sancti facundi in cuius morte ex medio lapidum qui erant ante altare san cti ysidori in ciuitate legionē. tri bus diebus manauit aquā qḋ fuit signū lachrymarum regni propter damna secuta post eius mortem. Ipse non reliquit filium heredem Uerūtamen qꝛ ipse dederat filiam suam dominā vrracam in vxorē co miti Raymundo tholosano q̇ erat de genere gotthoꝝ: ⁊ in illa predi- ctus comes habuit vnū filium cuꝫ proficisceretur in hierusalē in pas sayo supradicto quem baptisauit in iordane: ⁊ ideo vocauit eum al- fonsum iorday. Ideo iste post mul ta damna que acciderant in regno fuit eleuatus in regem: et post fa- ctus est imperator.

¶ Uincunt saraceni ⁊ occiditur rex alfonsus arragonie: quia spo- liauit ecclesias.



Centesimū duo- decimum bellū inter sa racenos ⁊ christianos ac cidit post mortē regis predicti al- fonsi pauco elapso tempore. Tunc enim regi arragonuꝫ alfonso cum esset cum exercitu suo in regno ca- stelle facta concordia et pace inter eum et regem alfonsum paruulum dimittēs ei quicquid in regno suo tenebat. Nunciatum est quomodo magna multitudo saracenorum in trauerat regnū suū arragonie: qui nimis dolēs recessit statim: vt oc- curreret illis ⁊ inuenit eos in quo dā loco regni sui qui dicit̃ effergā ⁊ bellauit cū illis dure: vt q̇ nunꝙ

fuerat victus. Ibi vict⁹ fuit a saracenis ꝛ mortuus. Alij dicūt ꝙ non fuit mortuus ibidē: sed duxit post hec vitā peregrini ꝑ mundū incognitus. Et dicit̄ in cronicis ꝙ hoc accidit ei: quia expoliauit ecclesiā sancti ysidori: ꝛ plures alias ecclesias castelle post mortē regis alfōsi sexti beano volens ipse regnare.

¶ Vincunt christiani cruce signati ꝛ capitur ciuitas vlixbona.



Entesimū tredecimū belluꝫ inter saracenos ꝛ christianos accidit āno dn̄i Millesimo centesimo quadragesimo sexto. Tunc cū ludouicus rex francoꝝ audiuisset ciuitatem edisse captam fuisse a thurcis zelo fidei succensus mesopotanie compatiēs ab Eugenio papa iij. apud berselia cum cruce signatus est cum principib⁹ peregrinationē ꝓponens transmarinā anno sequenti Millesimo cētesimo quadragesimo septimo. Sanctus Bernardus chorardo regi apud franchonburg cōstituto ꝛ principibus fere cūctis signum crucis affixit ꝛ socij peregrinatiōis vltra modum multiplicant̄ nanalis exercitus de anglia: flandria: et de lothoringia collecto .ij. idus aprilis de tremundo portu anglie cum ducētis nauibus ꝓfectis .iiij. kal. iulij. vlixbonam applicuit: ꝛ illā post .iiij. mensium obsidionem capiunt hostesqꝫ quorum numerus erat ducenta milium ꝛ quingētos deuincūt lꝫ christiani .xiij. milia vix essent. Chorardus rex cū innumera multitudine peregrinationem egreditur mense mayo: ꝛ vt ad expugnandū yconiū inconsulto diuertit deficiētibus victualibus fame afflictus rediit: et ꝓsequentibus eos thurcis multos perdidit. Rex vero francorum ludouic⁹ etiam aggreditur peregrinationem ꝛ euocatus ab imperatore grecorum nauibus eius hierosolimis euenit̄. Anno millesimo. cxlviij. franci per deserta asye dolo: ꝛ astucia grecoruꝫ qui calcem farine miscuerunt crebro insultis thurcorum patiētes fame cruciati: ita vt quidam equoruꝫ ꝛ armorum carnibus vescerētur tandem multis fame pereuntibus cecilīā veniunt: ꝛ inde antiochiam palestinam nauigio petierunt hay medius comes marianen. in cipro: ꝛ alfonsus comes tholose ꝛ sancti Egidij apud cesaream palestinam obierunt: ꝛ a deo tūc male successit regi francorum ꝙ a grecorū manibus captus imꝑatori grecorum tursolium obsidenti dicitur ꝓsentandus. Queꝫ rogerus rex cecilie expoliata grecia vastata vsqꝫ constantinopolim a captione liberauit.

¶ Vincunt christiani ꝛ capitur ciuitas baecie ꝑ imperatorē hyspanie alfonsum septimum.



Entesimum decimum quartum belluꝫ inter saracenos et xp̄ianos accidit āno domini Millesimo cētesimo septuagesimo Tūc supradict⁹ rex alfonsus septi-

-nus rex quartus castelle: et nepos regis alfonsi qui lucratus est tholetum posita tota hyspania sub eius dominio factus fuit imperator et coronatus in ciuitate legionensi. et confirmatus per papam: vt de cetero vocaretur imperator hyspaniarum. Postquam ergo regnum arragonie castelle et legionis pacifice tenuit: et omnes reges saracenorum hyspanie sibi obedirent tanquam vasalli remanserunt due ciuitates que non recognoscebant eum dominum scilicet boetia et almeria: et propter illas subiugandas congregauit exercitum magnum et venit primo super boetiam: et obsedit eam et aliqui non seruantes eidem fidelitatem recesserunt quod cum cognouerunt saraceni omnium illarum partium congregati sunt et venerunt ibi statim vt facerent imperatorem alfonsum cessare ab obsidione. Sed cum hec a saracenis agerentur: apparuit sanctus ysidorus in visione predicto imperatori confortans eum et dicens. Crastina die dabis bellum istis saracenis viriliter: et ego veniam in adiutorium tuum. Cum ergo dum sol emitteret radios super terram preparauit se imperator alfonsus cum sua militia ad bellandum. Venerunt ergo animose ad locum belli irrueruntque in saracenos: et factum est durum bellum ac ex vtraque parte plurimi ceciderunt. Rex autem sancius filius imperatoris strenuissime se habuit in illo bello: et vidit imperator beatum ysidorum ambulantem in bello ex parte sua et cognouit eum propter quod viribus resumptis confortantes milites suos sine dubio sperantes victoriam obtinere. Et ergo cognouerunt christiani beatum ysidorum bellare cum eis: et pro eis confortati sunt nimis. Sed et saraceni pusillanimes effecti non potentes sustinere bellum terga sunt dare coacti. christiani autem videntes eos fugientes secuti sunt eos et mortui sunt omnes qui venerant in adiutorium boetie. Videntes autem saraceni qui erant intra villam quod non poterant resistere imperatori alfonso apertis ianuis ciuitatis receperunt eum omnia fortalicia sibi submittentes. et propter miraculum quod in illo bello fecit beatus ysidorus statim imperator virtuosus fecit edificari ecclesiam vnam in honorem sancti ysidori sub conuentu canonicorum regularium datis honorifice omnibus necessariis tam in crucibus quam in calicibus vestimentis et libris quam etiam in possessionibus et hereditatibus: sicut necessarium eis erat.

¶ Vincunt christiani et capitur ciuitas almerie per imperatorem alfonsum septimum.



Centesimumnudecimum quintum bellum inter saracenos et christianos accidit anno domini Millesimo centesimo septuagesimo primo. Tunc predictus imperator capta boetia contentis et animatis militibus suis cum eodem exercitu venit super almeriam. Est enim ciuitas in littore maris mediterranee et in terminis granate. fixis ergo tentoriis super eandem ciuitatem cum aliquibus diebus in obsidione

permansisset venerūt in eius auxilium. Comes raymūdus barchinonen. et ianuen. cum classe sua p mare. Qui fideliter adiuuātes impatorē habita victoria cepit almeriā oēm aūt predam ciuitatis: et terminorum eius dedit impator alfōsus ianuēsibus et inter spolia inuētum est vas lapidis pciosi vnius elmoralde quātitate vnius scutelle. Et ianuenses dixerunt impatori q̄ daret eis illud vas: et qđ omnia alia distribueret eis q̄bus vellet: q2 ipsi cū illo vase essent contenti. placuit aūt imperatori et concessit eis vas qđ et ipsi vsq3 in hodiernū diē pro magno iocali obseruant sicut audiui vocātes illud vas sanctū griale Alia autē spolia dedit raymundo comiti marchinoñ. Capta ergo ciuitate et relicta in securitate: vt decebat reuersus est in castellā: et cū iret per viam infirmatus est ex laboribus bellor et viarū. et cum veniret ad locum qui dr delas sesnedas vidēs q̄ndam arborē qui dicitur ensina magne quātitatis et virentibus folijs placuit ei descēdere sub eadē arbore vbi perceptis sacramentis: et facto testamento feliciter migrauit ad dn̄m. Inter cetera laudatur imperator pdict9 alfonsus de iusticia. Unde legitur in sua cronica q̄ cum quidā agricola de regno galicie cōquereret eidem q̄ infans quidā in suo loco acceperat iniuste bona sua statim misit litteras suas illi infanti q̄ restitueret ei bona sua. sed ille parum curans de litteris eius. Iterū rediit predictus agricola ad imperatorē cum querela. tunc predictus imperator secretissime cū duobus aut tribus comitibus recessit a ciuitate toleti et velocissime itinerauit quousq3 peruenit ad locum: facta ergo diligenti inquisitione secrete cum pretoribus loci illius venit ad domum infantis: et pcepit q̄ vocaretur diceretur q3 ei q̄ erat ad portā imperator qui eum vocabat. Ille aūt non modicū mirat9 de tam subito et inexcogitato aduentu voluit fugere sed statim captus est et interrogatus ab impatore de illa iniusticia: et quare litteras suas non impleuerat obmutuit. Quare continuo mādauit ipsū suspēdi in porta dom9 sue: et reuersus est imperator in ciuitatem toleti. Iste aūt imperator reliquit duos filios quorū primogenitus dicebat sancius: alius vo fernandus. Primo dedit regnū castelle. Scđo autem regnū legionis Sepultus est aūt in ecclesia maiori ciuitatis toletane. regnauit et imperauit. xl. ānis. et successit ei in regno filius sancius quintus rex castelle qui tāte virtutis fuit: et tam iustissime gubernabat: q̄ vocatus fuit a populo rex sanci9 desiderat9 regnauit solū anno vno q̄ feliciter finiuit et sepult9 est toleti apud imperatorem patrē suū: et successit ei in regno fili9 ei9 alfonsus octauus vi. rex castelle. Qui icepit regnare cū esset paruul9. s. etatis. iiii. annorum: et orta est diuisio magna inter milites castelle ppter eor iteresse q̄s scȝ eū haberet in potestate sua tanq̄ tutor quousq3 eēt etatis. xv. annor ppter qđ plurima dāna in

regno euenerunt vsq ad prefinitū tempus receptis premijs tyranno rum iusto dei iudicio: vt latius continetur in generali hystoria hyspanie. Incepit regnare iste alfonsus octauus. Anno Millesimocentesimoseptuagesimosexto.

¶ Vincunt xpiani trucidatis plurimis sarracenis. et liberatur ciuitas roderici ab obsidione sarracenorum per regē fernādū legionis.


Entesimumdecimūsextum bellum inter sarracenos et xpianos. accidit anno dn̄i Millesimocētesimooctuagesimoseptimo. Tunc quidam miles qui dicebatur fernandus roderici qui aliqua fortalicia predicti regis alfonsi octaui tenebat vsq ad tempus prefinitum. xv. annorū cū tempus fuit impletū. tradidit omnia fortalicia regi et ipse statim recessit a regno et transiuit ad sarracenos accepta ergo multitudine sarracenorū disposuit venire super ciuitatē roderici que tunc edificabatur a rege fernādo legionis fratre regis alfonsi p̄dicti. Erat em̄ loc⁹ adhuc sine muris. ꝛ ideo leuiter expectabat eum expoliare. Apparuit ergo in visiōe beatus Ysidorus sacriste ecclesie sue vigilanti in sacrario: ꝛ ostendit ei aduentum fernandi roderici cum multitudine arabum. et precepit ei ꝙ iret velociter ꝛ nunciaret regi legionis fernando. Venit ergo nunciauit p̄dicto regi hec omnia. Rex autem gratias agens deo congregauit exercitum suum et venit velocius quo potuit ad succurrendū christianis ciuitatis roderici que iam obsessa erat a sarracenis: ꝛ cū non haberent muros: acceperunt tam viri ꝙ femine currus ꝛ quadrigas ꝛ vasa magna vinaria: archas lectos: ligna: ac oīa alia que habere potuerūt: ꝛ posuerūt circūquaq loco muri quousq veniret rex fernandus. Venit ergo ad locū predictus rex fernandus qui nunꝙ fuerat victus. ꝛ confidēs in dn̄o et diuina reuelatione beati Ysidori irruit viriliter in sarracenos bellauitq cū eis. ꝛ deuicit eos et tanta fuit multitudo mortuorum sarracenorum. ꝙ non erat qui eos dinumerare posset: aliqui autē euaserunt per fugā. Aliꝗ vero iugo captiuitatis sūt traditi. Et tūc murata fuit ciuitas roderici: ꝛ reuersus est rex fernandus cum leticia et honore. Post mortē huius regis fernandi legionis successit ei in regno eodē filius eius alfonsus qui in senectute sua habuit bellū magnum cū albehuc qui erat dominus vuādalie ꝛ deuicit eum. ꝛ tunc lucratus est meridam: montages: badayos: et casseres atq alcantecā et populauit plurima alia loca ꝓpter que regnum suum erat dilatatum.

¶ Vincunt sarraceni: ꝛ vulneratur rex alfonsus octauus.


Entesimūdecimumseptimū bellum inter sarracenos et christianos. accidit anno domini Millesimocentesimooctuagesi-

minono. Tunc erat in affrica mira mamolim sarracenus quidā nomine inslet malcendo. Hic eleuat⁹ in superbiā transiuit mare cū potestate magna. & venit ispolim: & ibi mouit exercitum suum per campaniā corduben transiuitq; portū que dicitur delmiradel. qd cum rex alfonsus octauus cognouit cū iam transiecerant. xv. anni etatis sue & pacifice possideret regnū suum. sic q reges arragonie et nauarre erant ei⁹ vasalli. Cōgregauit ex improuiso maiorem exercitum quem potuit & venit in locum de alarthos: nec voluit expectare reges arrogonum et nauarre: nec multos alios qui veniebant in adiutorium eius. Sed ipse cum paucis quos ad manum potuit habere de locis circumuicinis & cum didaco domino viscaye nec erāt ibi nobiles regni. dixerat enim q ita boni erant milites strenuare sicut nobiles qui lingua nostra dicuntur fids dalgue. Et ideo illi ꝓpter hoc vituperium non venerunt ad bellum. Cum ergo predictus rex alfonsus octauus esset in loco de alarchos fortaliciuз preparando. ecce superuenit miramamolim cum potestate magna sarracenorū: quorum non erat numerus et cuз rex alfonsus esset magni cordis irruit in sarracenos: & cōmissuз est duruз bellum. Et noluit deus q xp̄iani exirent ex illo bello cum honore cū non essent vnius anni: nec tradiderant dn̄o suo auxiliuз sicut debuissent. victi ergo fuerunt ibi christiani: & multi eorum mortui et rex alfonsus fuit in bello vulnerat⁹ et extractus a suis violenter: quia ipse voluit ibi mori & cognouit rex alfonsus q hec ei acciderant propter errorem quem ipse fecerat cōtra deum. sicut ei reuelatum fuerat per angelum: & ꝓposuit in corde suo decetero seruire deo. intellexerat enim q potestas dei castigauit eum q sibi multum profuit: q; seruiens deo nunq̄ aliquid postmodū cepit q̄ non gloriose finiret: vt pз in chronicis hyspanie latissime.

¶ Uincunt sarraceni et perdif ciuitas sancta hierusalem. & plures alie ciuitates & loca.



Centesimuз decimūoctauū bellū iter sarracenos & xp̄ianos. accidit anno dn̄i Millesimocentesimooctuagesimoseptimo. tempore friderici imperatoris: et vrbani pape. iij. Post enim hierosolymitanuз pe xp̄ianos valde fuerat dilatatum post multa bella et gloriosas victorias de sarracenis. in quibus semper pauci de pluribus triumphabat sicut breui cathalogo regum terre sancte postq̄ habita fuit a christianis potest annotari: q; godefridus de bullon primus qui ibi principatuз tenuit anno vno cum paucis principem militie soldani egyptiorum cum infidelium innumera multitudine in prelio superauit. Rex baldouin⁹ qui ei successit primus latinorū in hierusalem. hic cū tricentis septuaginta militibus et tricentis pediribus pricipē militie caliphe egypti

qui secum.xl.milia equitum.et.xxx. milia peditum adduxerat superauit: vbi peditum principē cū quinq; milibus sarracenis interfecit. alij autem per fugam euaserūt. Et iterum cum quingentis equitibus: et duobus milibus peditum presidez assolicarum venientem cum innumera multitudine deuicit cesis ex eis.iiij.milibus.aliijs in fugam cōuersis regnauit annis.xviij. Et successit ei alius baldouoinus de burgo. qui in primo regni sui anno cuz septingentis equitibus cum gario principe turchorum potentissimo qui cum innumeraz multitudinem turchorum habeat: bellauit et deuicit eum.iiij.milibus sarracenis interfectis.aliijs vinculis mācipatis cum reliquis vero sarracenus ille vix euasit. Aliud autem bellum habuit cum rege damascenorum: cuius exercitus erat.xv.militum equituz ipse vero baldouoinus habebat mille.c.equitum: et duo milia peditum hunc etiam deuicit duobus milibus sarracenis mortuis plurimis captiuatis. Alij autem cum principe suo terga dederunt. de xpianis autem ceciderunt.xxiiij. Regem etiā ascalanitarum qui cum multitudine egyptiorum venerat in bello cū suis paucis prostrauit. Item dolo quinū damascenoruz regem qui venerat cuz exercitu magno in bello. Quarto contriuit duobus milibus ex hostibus interēptis. de xpianis vero ceciderūt equites.xxiiij. pedites autem.lxxx. Hic baldouoinus regnauit.xiij.annis. et successit ei in regno gener eius fulco comes. hic cum paucis militibus suis contra innumerā turchorū multitudinē q de perfide ebulerat triūphauit tribus milibus perēptis. et multis aliijs in captiuitate detētis regnauit.xi. annis. successit ei in regno baldouoinus primogenitus eius filius q nono regni sui anno quosdā nobiles turchorū satrapas cū vniuerso exercitu suo circa partes gerocoscianas in prelio superauit. interfectis ex eis quinq; milibus: reliqis cū ignominia et cōfusione fugientibus. In.xv.etiā regni sui anno cū principe damasci noradino congrediens fugiēte noradino cū parte exercitus sui reliquis interemptis rex victor campum obtinuit. regnauit xxiiij.annis sine liberis. et successit ei in regno frater eius Almaricus. Hic primo regni sui anno partibus egypti cum dargan principe militie egyptiorum congreditur et facta magna strage hostium cū paucis diuinitus victoriam obtinuit. In secūdo autē prelio habens secum.cccl.x. milites. pugnauit cum principe soldani damasci. qui secū ducebat.xij.milia turchorū. Arabū autem vndecim milia. et interfecit ex hostibus mille quingētos. de christianis vero centū ceciderūt. regnauit annis.xij. et successit ei in regno baldouoinus filius eius. Hic diuino iudicio lepra percussus regnauit nihilominus rexit. qui anno.ij. sui regni cum.ccclxxv.equitibus circa partes ascalone occurrēs saladino qui cū.xxvi.milibus equitū veniebat superauit ipso saladino cū parte exercitus fugiēte. aliijs trucidatis

duret qd futurū cōsiderās malū i or beventurū cū lachrymis tractatū q̄ de lamētationum mira breuitate de malis in seculo futuris descripsit p quē dicūt greci aristotelē alexādruz in multis instruxisse ⁊ deū pastorem ignē in pera fuisse alexādrū i grecia totius mūdi monarchā primū. mōs magnus tot⁹ mūdus iste arbores ciuitates. villa ⁊ castra ⁊ reges vellētes existētes in ipsis hec plato. ¶ Deus ergo semp flagellū ponit sicut pius pater suis filijs dilectis qbus sufficiēter castigatis flagellū igne cōburit scdm q notat btūs augu. in lib. de verbis dn̄i in tractatu. xix. Ubi sic ait. nō leteris ipse vel tyrāne qm̄ virga vel flagellum effeceris. nouit eīm prudēs doctor nec ignorat pius pater post castigationē pmouere discipulū ⁊ post debitā emēdationem paternali hereditate pficere filiuz. flagellū quoq3 sive virgā incēdio flāmarū cōburere. hec augusti. Patet ergo ex phabitis q facta cōdigna castigatione ppl'i xp̄iani destruetur iperiuz sarracenoꝝ: ⁊ sic cessabit coꝝ supstitiosa facta siue lex.

¶ Quartus iste passus ē de ppetua sarracenorum suitute sub iugo xp̄ianorum.



Uartus passus ⁊ vltim⁹ ē de ppetua captiuitate seu suitute sarracenoꝝ sub iugo xp̄ianoꝝ. Hāc aūt suitutē pdixit methodius marty loquēs de fine scl'i. Ubi postq̄ pnūciauit castigationē xp̄ianorū p sarracenos. Subsequēter dixit ⁊ post tribulationem dieꝝ q̄ facta erit a filijs hysmaelis desolata erit oīs terra ab eis ⁊ erūt oēs amicti ornamētis ex auro ⁊ purpura ⁊ splēdidis vos vestimēt; tāq sponsi dicētes. Ecce vicimus terrā in fortitudie nostra ⁊ oēs q̄ habitāt in ea. Tūc recordabit dn̄s deus sm̄ suā miam quā pmisit diligētib⁹ se ⁊ eis q̄ in xp̄o sunt creduturi ⁊ liberabit eos d̄ manu sarracenoꝝ. Surget aūt xp̄ianoꝝ gēs ⁊ pliabit cū eis ⁊ occidet eos gladio ⁊ captiuas ducet mulieres eoꝝ ⁊ interficiet infantes eoꝝ ⁊ descendēt filij hysmaelis in gladiū ⁊ tribulationez ⁊ afflictionē ⁊ reddet illis dn̄s mala q̄ ipsi alijs fecerāt ⁊ irruet sup eos malicia septies tm̄ quātū i alijs gesserūt ⁊ occidet illos dn̄s in man⁹ xp̄ianoꝝ ⁊ erit regnū xp̄ianoꝝ exaltatū super oīa regna ⁊ imponēt xp̄iani iugū super eos graue ⁊ erūt sui q̄ remanebūt: ⁊ tūc pacificabit terra q̄ ab eis fuerat d̄structa: ⁊ q̄ captiui fuerāt ab eis reuertent in terrā suā ⁊ multiplicabunt hoies sup terrā ⁊ erit idignatio magna regis romanoꝝ sup eos q̄ xp̄m negauerūt ⁊ erit pax ⁊ tranqllitas magna sup terrā qualis nō fuit antea nec erit filijs post illā p eo qd in fine seculoꝝ erit leticia ⁊ pax sup oēm terrā ⁊ reqescēt a laborib⁹. Hec erit pax de qua dicit ap's. i. ad tessalo. v. Cū fuerit tranqllitas magna ⁊ securitas tūc veniet repētin⁹ interitus. a quo liberari mereamur feliciter p iesum xp̄m dn̄m nostrū qui est turris fortitudinis a facie inimici. cui sit honor ⁊ gloria sine fine. Amē.

¶ Finis.







¶ Incipit liber quintus et vltimus: tractans de bello demonum contra fidei fortalicium.



Dissolutis hereticoꝝ iudeorum et sarracenorum bellis. Restat experiri in hoc libro quinto et vltimo huꝰ voluminis de demonum viribus quid scȝ possint contra nostrū fidei fortalicium. et vt meum possez explicare conceptum duodecim considerationes circa bellum demonum occurrunt pertractāde. Prima erit an sint demones et de quidditate demonum et eoꝝ nobilitate ac natura. Secunda de eorum scientia. Tertia de bello demonum in celo. Quarta de eorum habitatione. Quinta de eorum potestate et preeminentia. Sexta de bello demonum contra humanum genus postꝙ ceciderunt de celo vsqꝫ ad xp̄i aduentum. Septima de perditione dominij eoꝝ per iusticiam in christi aduētu. Octaua de ꝓprietatibus et malicia demonum. Nona de bello demonum post aduentum christi. Decima de diuersitate demonum et si possunt haberi spiritus familiares. Undecima de qualitate et figuris corporum in quibus apparent et si possunt humana corpora vel animas subintrare. Duodecima quo fine debent terminari bella demonum.

¶ Prima consideratio est de quattuor punctis.









Rima consideratio e an sint demones & de quiditate demonu & de eorum nobilitate ac natura. quatuor ergo puncta in hac conside ratione sunt videnda. Primo an sint demones. Secundo quid est diabolus. Tertio qualis est eius nobilitas. Quarto qualis est eius natura.

¶ An sint demones i mundo & si sint que sunt eorum nomina.



Rimus punctus est an sint demones & que noia eorum. Quo ad primu no discrepat iudei & sarraceni a xpianis qr apud iudeos scriptu est ee diabolos & de pricipib⁹ eorum husa et azael esse appellatos. dicebat etia iudei i euagelio insultates ptra xpm demoniu h3 & insanit Joha.x. Et iteru in beelzebuth pricipe demoniorum eijcit demonia Math.xij. qd no affirmassent nisi diabolos crederet ee. Non enim psit negare quin scriptu sit in primo Regu.xvi. q spus malus agitabat saul. Sarraceni etia pcedunt demones esse & illos pncipes demonum. quos vocat iudei husa & azael. Ipsi vocat in lingua arabica aroth. et maroth. nos vo xpiani de hoc certaz fide habem⁹ cu euagelica doctrina hoc expsse in plurib⁹ locis exprimat. Et io de hoc nulli dubiu esse d3 sed cu certitudine affirmare demones ee in mudo. Demones vero non nomiam⁹ nos xpiani nisi eo mo quo in sacra scriptura nos reperim⁹ sm modu suaz teptationu. Un cu temptat de supbia vocat diabolus. i. deorsum fluens Apoc.xx. qn de inuidia dicit sathã. i. aduersari⁹ Math.xvi. qn de ira dicit exterminator. i. cor.x. quia ira ponit aiam extra terminos suos. qn de accidia dicit demoniu. i. sufficiens iniqtas Math.viij. quia sufficit ad puniedu hominez. qn de auaricia dicit leuiathã. i. additamentu Job.iij. qn de luxuria dicit asmode⁹. i. facture iudiciu Thobie.iij. qr pter luxuria ia dns mudu iudicauit diluuio Gen.vi. qn de gula dicit Behemoth. i. aial. Job.xl. qr gula reddit homine bestiale. Ite vocat belial qd interpretat absq iugo vel absq dnio. Judic.xix. qr pposse pugnat 9 cu cui d3 ee subiect⁹. Ite vocatur beelzebuth Luc.xi. qd interpretatur vir muscaz p imudicia & sordibus ydolatrie & sanguinis eis imolati ad que multitudo muscaz coueniebat. p3 ergo demones ee & q noia eoz sz xpianos iudos & sarracenos.

¶ De demonum quidditate



Ecundus punct⁹ est scire qd est diabolus. Pro cui⁹ declaratioe notandu q fuit opinio platonicoz pcipue apulei sm q refert beat⁹ augustinus octauo de ciuitate dei.c.xvi. allegas varrone q fuit platonic⁹ q demones sunt genere aialia aio passiua. mete ronalia. corpore aerea. tpe eterna. Si aute obijciat q demones no psit dici aialia cu sint substatie incorporee. Dicedu e q no loquit hic augustin⁹ sm mete ppria vt dictu e. sed sm opinione platonicoz. Et io irroabilr loquunt sic diffinietes cu demoes hoc attribuut augustio. Un

idem augustinus sm mentē ppriam ⁊ rectā fidē diffiniēs demones libro eodē. c. xxii. dicit sic demones spūs nocēdi cupidissimi. a iusticia penit⁹ alieni. supbia tumidi. inuidia liuidi fallacia callidi. Quidē al⁹ dicit q demones sunt substātie rōnales incorporee ingrate deo damnationis hominum cupidissimi.

¶ De nobilitate demonum.



Ertius punctus est qualis ē nobilitas dmonū. Pro cui⁹ noticia sciendū q loqui possum⁹ de demonib⁹ dupliciter vel quo ad bonitatē moralē vel quo ad bonitatez nature. Si loqmur de bonitate morali boni hoies meliores ⁊ nobiliores sunt demonib⁹. Unde augustin⁹ de ciui. dei ca. xv. loquēs de demonibus sm opinionem platonicorū q viuunt corporibus naturalib⁹ ⁊ phisicis sic aie nostre: ⁊ q illa corpora demonū sunt incorruptibilia dicit nō ideo demones meliores sunt hominibus q hñt corpa meliora. s. incorruptibilia. Alioqn multas bestias hoibus pferemus. Quis cū inquit hoim vidēdo equabit aquilis ⁊ vulturib⁹? Quis odorādo canib⁹? quis velocitate leporib⁹ ceruis ⁊ oibus auib⁹? qs multū valēdo leonib⁹ ⁊ elephātibus? qs diu viuēdo serpētibus q etiā deposita tunica, senectutē deponere. ⁊ in iuuētutē redire phibentur. Sed sicut his oib⁹ meliores rōcinādo sum⁹. Ita etiā demonib⁹ honeste viuēdo meliores eē debemus. Hec augustin⁹. pz ergo q in morib⁹ nobiliores sunt boni hoies demonibus. Si uo loqmur de nobilitate nature. nobiliores sunt demōes [illegible] quātūcūqz scis sicut deducit ex uerbis augustini. xi. de ciui. dei ca. [illegible] vbi dicit q aial ex aia ⁊ corpore [illegible] stat. quoꝝ duū aia quātūcūqz viciosa est melior corpore. quantūcūqz [illegible] disposito sicut dicit q aurū licz sordidū. argento quāuis purissimo carius estimat. Et q dicto elicit frāciscus de maronis in florib⁹ suis duas cōclusiones. Prima ē q demones sunt meliores hoib⁹ quātūcūqz scis q sicut aia viciosa excellit corp⁹ quodcūqz propter excellētiorē naturā. ita substātia spūalis oēs substātiā corpoream. Secunda cōclusio q meliores sunt angeli quibuscūqz aiab⁹ separatis quātūcūqz beatis. q maior ē excellentia nature sm quā angeli supant ipsos cū maior sit excellētia de genere substantie. q excellētia gratie que est quedam forma accidentalis. Et isto modo ponuntur [illegible] meliores anima christi. Hec ille.

¶ De natura demonum.



Uartus punctus est q̄lis est natura demonū. Ad quod [illegible] respōdetur dupliciter. Primo q eoꝝ natura nō ē mala sed bona. Uidit enim de⁹ cuncta q fecerat et erāt valde bona. Ideo augustinus dicit diabol⁹ fit mal⁹ nō hz ex natura sed ex vicio. Secūdo dr q eoꝝ natura ē mortalis ⁊ dissolubilis sz ex diuina gratia eoꝝ natura est imortalis ⁊ indissolubilis sicut ⁊ bonoꝝ āgeloꝝ. Unde plato in libro thimei loquēs in psona dei ad angelos dicit. dii deoꝝ quoꝝ opifex ⁊ magister ego sum: vos vtiq

natura corruptibiles estis: mea autem voluntate incorruptibiles permanetis. Illud dictum allegat augustinus .xiij. de ciui.dei.c.xvi. dicens. Sententia fuit platonis deos et angelos esse mortales secundum suam naturam et dissolubiles quia sunt facti a deo: tamen diuina voluntate indissolubiles. Et quia diuinum consilium et voluntas sunt validiora quam sit eorum natura. Ideo dicit plato quod non dissoluentur. Et hec videtur fuisse intentio porphirij qui fuit platonicus in capitulo de differentia vbi dicitur. Sumus rationales nos et dij.i.angeli.sed mortale additum nobis separat nos ab illis. quasi dicat mortales erant angeli sicut et nos ex natura sed diuina voluntate immortales facti sunt et sic differunt a nobis.

¶ De scientia demonum.

Secunda consideratio est videre qualis est scientia demonum. Hic sunt tria puncta declaranda. Primus est de scientia demonum. Secundus est cuius scientia artes magice exercentur et si possunt sine peccato exerceri. Tertius est de arte notoria si est a deo vel a demonibus.

¶ De scientia demonum ante casum et post casum.

Primus punctus est de scientia demonum. Circa quod notandum est quod dupliciter possumus loqui de scientia demonum. Uno modo de illa scientia quam habuerunt ante casum suum de celo et sic dicit magister sententiarum in secundo distinctione.iij. quod triplicem cognitionem naturalem habebant scilicet quod facti erant.a quo facti erant et cum quo facti erant.s.cum celo empireo. materia prima.et tempore.notitiam etiam habuerunt boni et mali et quod appetendum et respuendum illis erat: dicit etiam beatus augustinus loquens de noticia angelorum ante casum.xi. de ciui.dei.c.vij.et.viij. quod cum sit alia noticia angelorum matutina et alia vespertina quarum prima est rerum in verbo et secunda rerum in genere proprio quando fuit dictum factum est vespere et mane dies vnus Gen. primo. Ibi accipitur mane pro noticia matutina: et vespere pro vespertina. Et secundum hoc ponuntur dies sex secundum quod angeli illa sex genera creaturarum que ibi numerantur cognouerunt noticia matutina et vespertina in primo instanti quo omnia fuerunt sub creatura: secundum illud ecclesiastici.xviij.qui viuit in eternum creauit omnia simul. Si vero loquimur de noticia demonum post casum dicit magister in secundo sententiarum disti.vij. quod demones licet sint obstinati in malo triplici tamen sentertie acumine vigent scilicet subtilitate nature: temporum experientia: et reuelatione spirituum superiorum. Primo intelligunt naturalia presentia. Secundo modo naturalia futura sicut tempora pluuiosa vel sicca. et eclipses solis et lune et huiusmodi. Tertio modo intelligunt voluntaria sed de cognitione futurorum contingentium. dicit dominus bonauentura in secundo sententiarum quod licet demones non possunt per se scire futura contingentia certitudinaliter tamen frequenter predicunt quia euentum futurorum aliquo modo presentiunt.iiij.modis secundum augustinum super gen.ad litteram quia aut presentiunt talia ingenio aut sensus acrimonia: vt quando vident aut considerant diligenter ad quod inclinetur affectio mea vel que sunt inducentia vel retrahentia aut presciunt talia temporum experientia scilicet quod ex talibus viderunt accidere simi

lia. Aut tertio talia prescivnt demones cautela dolosa vt quando proponunt aliquid facere et primo predicunt quasi sit aliquod futurum. Aut quarto talia predicunt demones aliena doctrina vt quando scilicet diuino iudicio permittuntur aliquid a bonis angelis addiscere. Unde patet quod demones futura contingentia et si possint probabiliter opinari nequeunt tamen certitudinaliter scire. De cognitione vero temporalium et mutabilium dicit beatus augustinus .viii. de ciui. dei capitulo .xxi. quod angeli boni certius ista temporalia et mutabilia nouerant quia eorum principales causas in verbo dei sapientia contemplantur scilicet quorundam signorum nobis occultorum maiori experientia multo plus quam homines futura prospiciunt. Denique autem isti sepe nunquam illi omnino falluntur quod ibidem declarans dicit. Aliud enim est temporalibus temporalia mutabilibus mutabilia scire eisque temporalem et mutabilem motum sue voluntatis et facultatis inserere quod demonibus certa ratione permissum est. Aliud autem in eternis atque incommutabilibus dei legibus que in eius sapientia viuunt mutationes rerum prouidere deique voluntatem que tam certissima quam potentissima est spiritus eius participatione cognoscere quod sanctis angelis recta discretione donatum est. ¶ Ex quibus sequuntur duo documenta. ¶ Primum est quod sancti in dei legibus eternis contemplentur futura quia hic hoc dicit expresse. Secundum documentum est quod sancti in diuina voluntate cognoscunt ista futura contingentia quia dicit quod dei voluntatem que certissima est et omnipotens ista nouerunt. ¶ Sed remanent due difficultates. ¶ Prima est si demones habuerunt noticiam prophetiarum [illegible] ventus christi dicendum quod sic. Cognouerunt etiam quod christus in lege et prophetis promissus deberet esse verus deus et verus homo et quod debebat pro humano genere de virgine nasci et pati in genere: nunquam tamen in specie cognouerunt quod in hoc homine christo ista complerentur. Sciebat enim diabolus per scripturas et prophetas quod christus venturus erat verus deus et verus homo. Etiam sciebat tempus natiuitatis christi esse impletum per ebdomadas danielis: tamen nesciebat certitudinaliter quod iesus nazarenus esset ipse christus. Uerumtamen propter eminentiam sanctitatis habebat quandam coniecturam quod ipse esset verus christus et hoc voluit experiri per temptationem et per illam illum inducere ad peccatum si inueniretur purus homo sed neutrum obtinuit [illegible] temptauit eum de concupiscentia [illegible] superbia et auaritia. Unde licet [illegible] mon qui christum in deserto [illegible] fuerit inter demones [illegible] nunquam tamen scire potuit per certitudinem vtrum iesus esset qui [illegible] missus in lege ad salutem mundi [illegible] iectionem dyaboli nisi per [illegible] coniecturam et ideo procurauit ipsi crucifixionem per iudeos intelligens per aliqua signa quod ipse esset verus [illegible] et per consequens quod per eius [illegible] expoliaretur infernus hoc per [illegible] per eius patientiam et per scripturarum impletionem et forte per sanctorum patrum in limbo existentium exultationem. Ideo mortem eius impedire voluit per vxorem pylati cuius preces efficaces credebat in conspectu viri sui vt notat Nicolaus de lyra su

per math. ¶ Secunda difficultas est si demones cognoscant cogitationes nostras. Respondetur q soli deo cognite sunt secundum communem opinionem doctorum et hoc videtur per illud quod dicitur primo Regum decimosexto intuetur cor: et primi palipomenon vi. tu solus nosti corda filiorum hominum. dicit tamen hic Nicolaus de lira super illud ad hebreos. iiij. viuus est sermo dei etc. Et discretor cogitationum et intentionum cordium q licet aliqui doctores dicant ipsam cogitationem nostram esse cognoscibilem pure substantie spirituali tamen de intentione cogitationis ipsi concedunt q est cognoscibilis soli deo verbi gratia si cogitet de muliere dicunt q hoc potest cognoscere angelus bonus sine malus. Etiam et naturalibus sed si cogitet de muliere intentione decipiendi ipsam vel ad bonum informandum cognoscit solus deus. Et propter hoc subdit apostolus et intentionem cordis quia cognitio christi non solum se extendit ad ipsas cogitationes sed etiam ad cogitationum intentiones quod vt paret demonibus non conuenit. Ad istud etiam propositum loquitur augustinus de diffinitionibus sic dicens. Internas animi cogitationes dyabolum non videre. Certi sumus sed motu eas concipi ab illo et affectionum indiciis colligi experimento didicimus secreta autem cordis solus ille nouit ad quem dicimus tu solus nosti corda filiorum hominum.

¶ q artes magice demonum scientia exercentur.



Secundus punctus est cuius scientia artes magice exercent et si possunt sine peccato exerceri. ¶ Ad primum respondetur q artes magice exercentur scientia demonum sicut traditur in secundo sententiarum distinctione septima. Unde ibidem dicitur q eorum scientia et virtute artes magice exercentur quam scientiam et virtutem huiusmodi operando a deo demones acceperunt vel ad fallendum fallaces vel ad monendum fideles vel ad exercitandam et probandam iustorum patientiam. ¶ Ad secundum dicitur q artes magice vel diuinationes non possunt exerceri vel a demonibus consilium vel auxilium requiri absque peccato nisi forte in hoc casu vbi diabolum subiiceret homini iusto sicut de aliquibus viris sanctis naratur. Uoluntario autem commertio non potest sine peccato. Nam aut est ibi peccatum infidelitatis vt pote si homo demoni credendo attribuit ei aliquid diuinum: aut est ibi peccatum ydolatrie vt pote in oblationibus et sacrificiis. Aut est ibi peccatum inobedientie saltem quia facit contra prohibitionem dei et ecclesie. ratio huius prohibitionis est quia talis peccat in deum dum recurrit ad dyabolum quasi non sit omnipotens deus christianorum et omnino sufficiens et benignus. Item peccat in seipsum dum se committit discrimini corporis et anime. Item peccat in ecclesiam dum habet commertium cum illo qui est omnino prescisus et ecclesie aduersarius et ideo in caracteribus magnum peccatum est quia est ad ministerium demonum inuocandum

quia huiusmodi est se non habent virtutem sed solum ex pactione diaboli. Sic enim pandit diabolus filiis q̄ fiunt ei familiares quod talia signa recognoscant et ad ea se presentes offerant. Ostendunt enim demones se p illis cogi vt aliquid virtutis ostendāt se habere in huiusmodi artibus in q̄bus sunt multa nephāda per que abducit homo a fide et cultura dei. Et ideo hec facit diabolus non quod in illis delectetur sed potius in infidelitate facientium. Sunt autem hec magice artis nigromantia piromantia aeromantia ydromantia geomantia et ciromantia que sunt diuinationes in mortuis: quo ad primam in igne quo ad secundam: in aere: quo ad terciam in aqua: quo ad quartam in terra: quo ad quintam et in manib' quo ad sextam. tales magici malefici vulgo nūcupātur ob facinorum magnitudinem nigromātici dicuntur quibus precantationibus videntur resuscitaturi mortui et ad interrogata respondere. Alij dicunt cantatores qui artem verbis peragunt. Alij dicuntur arioli qui circa aras ydolorum nephariae preces emittunt et funesta sacrificia offerunt hisque celebrantib' demonum responsa accipiunt. Alij dicuntur aruspices quasi horarum inspectores: dies enim et horas in agēdis negocijs operibusque custodiunt et quid per singula tempora obseruari debeat homo intendunt exta etiā pecudum inspiciunt et ex eis futura p̄dicunt. Alij dicuntur augures qui volatus auiū et voces intēdunt Aliaque singula rerum vel obseruationes improuisas hominibus. Alij dicuntur astrologi eo quod in astris augurantur

Alij dicuntur genetatici propter
talicium considerationes quia
cursum syderum nascentium n
actus euentusque predicere con
que vulgo mathematici dicunt.
matici ab aquis dicti sunt. Est
ydromancia in aquarum inspe
ne vmbras demonum euocare
ab eis aliena audire pronunc
Etiam demones interdum pe
quas figuras vel signa qui in r
inanimatis apparent, que si fiu
aere vocatur aeromantia. si in
piromantia: si in visceribus a
lium immolatorum in aris dem
vocatur aruspicia. si per sermo
nes hominum vel membrorum
vel motus quorumcunque ani
dicitur augurium. Si vero fiat
quibus signis in speculo alicu
malis apparentis vocatur spe
ria qui sub nomine fictę religio
quasdam quas vocant sanctorum
tes diuinationis scientiam pro
tur. Aut quarumcunque scriptur
inspectione futura predicunt
vero tales figure vel signa fia
terra dicitur geomātia a geo
terra. Si vero in palmis manu
citur ciromantia a ciros quod est
talibus portentis per demon
latias illuditur curiositas hu
quomodo id impudenter scire
tit quod nulla ratione inuestiga
conuenit. Unde vitanda sunt a
no et hominū penitus execratio
pudienda quia in istis omnibus
expresse de modo imploratur a
pter petitionem hominis: se oc
demon ingerit hanc maledictam
tem primus Zoroastes inuenit
solus natus est ridendo: hunc n

rex assiriorum bello interfecit. Et si queras quid tales magi facere possunt: Respondetur q ipsi permissio ne dei elementa concuciunt mentes turbant hominum minus in deo confidentium sensus illudunt at sine veneno hausto violentia tm̃ carminis leduntr interdum perimunt. ¶ Magi ergo secundum priuatos contractus quos habent cum demonibus agunt arte eorũ que ars magica nõ est supra ordinem naturalium causarum immo fit virtute actiuorum naturalium: tamen est supra cõprehensionem hominum r facultatem propter tria. ¶ Primo q2 demones magis cognoscunt actiuorũ naturaliũ virtutem q̃ homines. Secundo q2 scelerius possunt ea cõgregare. Tertio q2 actiua naturalia que assumunt vt instrumenta se possunt extendere ad maiores effect9 ex virtute aut demonum arte q̃ ex virtute seu arte hominum. Inde hominibus videntur miracula r stupẽda que p aliquos artifices fiunt r sic patet q magi veritatẽ spnentes r mendacia credentes seducti a demonibus eis coaptãtur cum quib9 sine fine pibunt: hec r plura alia de magicis artib9 ex libro de ciuitate dei transumptiue in decret; xxvi. q̃stione. v. capitulo nec mirum.

¶ Ars notoria est illicita r a demonibus inuenta.

Tertius punctus ẽ de arte notoria si ẽ a deo vel a demõib9 r si psit demones infundere scientiã aliquã. ¶ Ad primum respondetur scd̃m fratrẽ Johannẽ astasẽn. in summa sua q ars notoria ẽ illicita r inefficax. Unde arguitur a demonib9 inuenta. Illicita enĩ est q2 vtit quibusdam ad scientiã habendam que nõ habent secundum se virtutem causandi sciẽtiam sicut inspectione quarũdam figurarũ r plationes quorundam verborum ignotorum r aliis huiusmodi. Et ideo huiusmodi ars non vtitur his vt causis sed vt signis. Non aũt vt signis diuinitus inspiratis sicut sunt sacramentalia signa. Unde restat q sunt signa vana r supersticiosa r per ɔsequens cõtinentia quedam pacta significationum cum demonibus ɔ̃habita r federata. Ars igitur notoria qua sit a dyabolo inuẽta. est a xp̃iano penitus repudianda r fugienda sicut r alie artes nugatorie r noxie superstitionis vt augustinus dicit scd̃o de doctrina xp̃iana. Est etiam huiusmodi ars inefficax ad scientiam acquirendã: cũ enim per huiusmodi artem non attẽdatur acquisitio scientie scd̃m modũ huiusmodi cõnaturalem sc; in adinueniendo vel addiscendo consequẽs est q iste effectus expectatur a deo vel a demonibus. ¶ Certum est aũt aliquos a deo sapientiam r sciẽtiam p infusionẽ habuisse sicut de salomone legit. iii. reg. iii. r scd̃i palipo primo: xp̃s enim dicit discipulis suis luc. xxi. Ego dabo vobis os r sapiẽtiam r scientiã cui non poterunt resistere r contradicere omnes aduersarii vestri: sed hoc donũ datur quibuscumq; cum certa obseruatione sz secundum arbitriũ spũssancti scd̃m illud prima corinth. xii. Aliĩ datur per spiritum sermo sapientie rc. et postea subditur hec omnia opatur vnus atq; idẽ spiritus diuidens singulis

proout vult. Ad demones autem non pertinet illuminare intellectum. Acquisitio autem sapientie et scientie fit per intellectus illuminationem: et nullus unquam scientiam per demones acquisivit: et sic patet solutio ad secundum. ¶ Possunt tamen demones hominibus colloquendo aliquarum scientiarum exprimere documenta: sed hoc non queritur per artem notoriam. Et si dicas quod danielis primo pueris abstinentibus dedit eis scientiam in omni libro et sapientia. Sed observantia artis notorie est secundum quedam ieiunia et secundum quasdam abstinentias ergo per artem illam potest haberi talis sapientia et scientia. Respondetur quod illi non abstinebant secundum vanam observantiam artis notorie sed secundum auctoritatem legis divine nolentes cibis gentilium inquinari. Ideo merito obedientie a deo scientiam consecuti sunt. secundum illud psalmi Super senes intellexi: quia mandata tua exquisivi.

¶ De bello demonum in celo.



Ertia consideratio est de bello demonum in celo. Cum enim angeli fuerunt creati in celo empireo ut dixit beda. et allegat magister in secundo sententiarum distin. ii. omnes angeli fuerunt boni creati et sine vitio. Unde innocentes sunt creati non tamen virtutibus predicti que statibus apposite fuerunt ut patet ibidem non tamen fuerunt apposite cadentibus. boni enim fuerunt ad deum conversi quod est deo adherere. mali autem fuerunt aversi a deo quod est odio habere vel invidere. Invidie enim mater est superbia qua voluerunt se parificare deo. ut patet eodem libro. distin. v. Et cum esset inter omnes angelos lucifer excellentior. nec inter stantes aliquis fuit eo dignior eminentiam sue nature et profunditatem sue scientie perpendens in suum creatorem superbivit tantum quod deo voluit se equare ut patet libro eodem distinctione vi. dixit enim in corde suo illud Ysaie xiv. Ascendam in celum: ubi dicit magister distinctione secunda. illud quod celum vocat equalitatem dignitatis deo enim se parificare volebat: quod hoc nequissima mora fuit ut dicit magister sententiarum. mox ergo ut creati fuerunt angeli quidam deo adheserunt per charitatem. quidam vero cum lucifero deo restiterunt per superbie pravitatem et sic inter utrosque factum est prelium magnum in celo Michael et angeli eius etc. et non prevaluerunt draco et angeli eius neque locus inventus est amplius eorum in celo Apocalypsis. xii. Hoc autem prelium in celo non est intelligendum materiale: sed spirituale: quod factum fuit quando boni et mali diversos affectus et consensus habuerunt quando dixit lucifer. Ascendam in celum et ero similis altissimo ubi magister dicit non per imitationem: sed per equalitatem potentie ubi supra. Ecce affectus et consensus superbie. Et econverso boni angeli humilem habuerunt affectum. Unde michael dicitur preliasse cum dracone: quia michael interpretatur quis ut deus. Ecce humilitas et reverentia. unde psalmo lxxxii. Domine quis similis

erit tibi: quasi dicat non lucifer supbus nec quicunq alius: fit ergo michael cum angelis suis facto prelio magno habuerunt victoriam de superbo lucifero: et ei adherentibus q precipitati sunt de celo. Et vt dicit franciscus de maronis in tractatu angelorum duplex fuit ibi pugna. quarum prima sumpsit initium a lucifero sicut eum nunc impellit homines ad peccandum: sic et tunc impulit sanctos angelos ad consentiendum sibi qui viriliter restiterunt. ¶ Secunda pugna sumpsit initium ab archangelo michaele videns autem q alter deliquerat et q morte dignus erat et in celo cum sanctis angelis habitare non debebat expulsit eum viriliter in istum aerem caliginosum secundum apostolum deiecit. ij. petri. Licet lucifer restiterit quantum potuit: sed non prevaluit vt dictum est. Et si queratur quanta fuit mora inter creationem angelorum et casum eorum de celo. Doctores communiter dicunt q fuit morula parua scilicet a principio aurore vsq ad creationem lucis vbi dicitur: deus diuisit lucem a tenebris. Sed tamen geraldus odonis in suo secundo sententiarum distinctione quarta questione quarta dicit q fuit mora septem dierum ad minus inter instans creationis et auersionis bonorum et inter instans creationis et auersionis malorum q sine preiudicio sententie melioris probat duplici ratione pro cuius probatione supponatur ad presens q angeli fuerunt creati prima die hoc dicit magister. Tunc arguitur sic mali angeli post lapsum non fuerunt valde boni. id est optimi q post lapsum nunq fuerunt boni: sed septima die a primo instanti creationis sue fuerunt valde boni: ergo ad minus inter primum instans creationis et lapsum malorum fuerunt sex vel septem dies. minor probatur per textum quia vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona et factum est vespere et mane sextus dies: septimo vero diei benedixit deus Gen. ij. Et quo sic potest secundo argui. Angeli mali post lapsum nunq receperunt benedictionem dei: sed die septimo receperunt benedictionem dei ergo ante diem septimum non fuerunt lapsi probatur in contrarium per textum Gen. ij. c. Et benedixit deus die septimo glo. id est omnibus creaturis ergo omnes creature receperunt benedictionem dei die septimo. Et si dicatur q natura spiritualis operatur in instantia fortiori q sol qui radium in instanti producit. Cum ergo prima operatio angeli fuerit conuersio vel auersio ergo in instanti fuerunt conuersi vel auersi. Respondet predictus doctor q prima operatio non fuit conuersio vel auersio: sed fuit admiratio: quia in illis septem diebus steterunt in admirationibus stupendis operum sex dierum et istud videtur probabile nisi aliquis sanctus expresse diceret oppositum. Sed die vij. cum deus benediceret illi diei benedixit cunctis operibus et benedictione accepta quasi licentia et mandato accepto q omnia facerent debitum suum angeli diuisi sunt in tres partes. omnes enim firmauerunt se in amore: quidam in amore bonitatis quidam in amore diuine iusticie: quidam in amore proprie potestatis et

excellentie: et hec tertia pars vltima corruit: de quo dicit Johannes in apocalyp. xij. q draco de celo cadens secum traxit tertiam partem stellarum. primo vero nihil faciebat nisi q stabat in admiratione stupenda. Videbat enim subito celum extendi: et de nihilo produci et sic de aliis operibus de quibus omnes homines possunt mirari oibus dieb vite sue. ¶ Et si vlterius queratur quod fuit illud peccatum tante grauitatis quod illud nō potuit sustinere celum. ¶ Respondetur q quandoq fuerunt peccata que primus commisit angelus in celo. primum fuit peccatum luxurie nō carnalis sed spiritualis secundum scotum in secundo sententiarum distinctione. vi. questio. ij. hec autem spiritualis luxuria nihil aliud est q amor inordinatus suipsius: et sic lucifer se suumq primarium bonum excecatus inordinate dilexit intantum q processit vsq ad contemptum dei. Unde beatus augusti. xij. de ciui. dei ca. i. ponens differentiam inter bonos angelos et malos dixit q in mundi principio boni angeli a malis fuerunt diuisi: qr illi in communi bono quod est deus perstiterunt. Alij potius sua potestate delectati velut summum bonum sibipsis esse a communi bono ad propria destiterunt. Ex quo dicto accipiuntur duo documenta theologica. primum est q principium ois boni moralis ē amor bonis cōis: qr boni angeli in hoc primo meruerunt. Secundum est q principium ois mali moralis est inordinata dilectio boni proprij que in demonib fuit prima radix peccati. Secundum fuit pctm superbie et presumptionis videns enim se lucifer nobilissimum in donis naturalibus non dedit honorem deo: sed inaniter gloriatus est in seipso. Unde apostolis gloriantibus de potestate eis data sup demones xps dixit. Luce. x. videbā sathanā propter eius inanē gloriam quasi fulgur de celo cadentē de qua superbia dicitur Eccle. x. Initium ois peccati superbia est. Tertio peccauit pctō auaricie et ambitionis: qr videns se pulcherrimū super oēm creaturam quā deus condiderat oibus concupiuit precesse seipsum reputās ad hoc dignum ad qd attigisset si stetisset secundum illud mū sic enim in permanendo. [illegible] lentias habuisset: qr fuisset optima creatura fuisset deo acceptissimus fuisset felicissimus fuisset deo [illegible] fuisset pulcherrimus fuisset [illegible] militarissimus fuisset dulcissimus [illegible] set potentissimus fuisset oim [illegible] fex fuisset oim princeps fuisset ois [illegible] ctor et fuisset oim pater. Sed q sine meritis ppria auctoritate concupiuit p̄esse deliquit nolēs deo subesse. Esaie. xiiij. super astra celi exaltabo soliū meū. Quarto peccauit pctō inuidie et emulationis. Unde inuidia ē tristicia de apparenti psperitate alterius: sed lucifer contristatus est q deus oibus p̄erat et nulli suberat: ergo inuidit: de qua inuidia dr sapientie. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbē terrarum. Quinto peccauit pctō ire et indignationis: qr vidēs se deiectū a paradiso deliciarum. Ascendit eius malicia vsq ad odiū dei: et tunc cadens de celo bellauit contra hoiem vt dicet infra consideratione vi. Et factus est homicida. Unde Iohan. viij. Ille erat homicida ab initio et inveritate nō stetit. Nō est ergo

intrandum: si sic miserabiliter lucifer cum sibi adherentibus victus cecidit de celo cum tam grauissime peccauerit contra creatorem suum. Et queras quot demones ceciderunt.

Respondetur q si secundum q notatur in summa veritatis theologice libro secundo. In quolibet ordine angelorum sunt tot legiones quot sunt vnitates in legione et sic in quolibet ordine sunt sex mille sexcente sexaginta sex legiones angelorum. Et cum tertia pars angelorum ceciderit sicut notatur a magistro distin.vi.libri secundi capi.j. quia cecidit draco et traxit secum tertiam partem stellarum celi. Apocalyp.xii. sequitur q erit summa legionum omnium angelorum.lix.milia et nouencente.iiij.legiones et diminuendo plus summa omnium erit trecenta nonaginta nouem computatur et nouem centa viginti milia et quatuor angeli. Sequitur etiam q demones q ceciderunt de celo secundum computationem nouem ordinum angelorum fuit decem et nouem milia nouem centenonaginta octo legiones demonum quorum summa secundum veram computationem est centum triginta tria computat et trecenta sex milia ac sex centa sexaginta octo demonia sicut patet distin.xiiij: secundi.capi.notandum. ¶ Opinio tamen communis doctorum est q tot ceciderunt quot possunt vnum angelorum ordinem constituere et communiter numerus angelorum cadentium est sex mille sexcente sexaginta sex legiones: quia totidem sunt legiones in quolibet ordine quot sunt vnitates in legione vt dictum est. Erit ergo vera summa demonum cadentium secundum hanc computationem.xliiij.computat et.iiij.centa triginta quinque milia et quingenta quinquaginta sexaginta sex demonia. Ex quibus manifeste patet excessus numeri bonorum angelorum secundum vtramque viam expellentium predictos demones de celo et iubilantium ante deum in secula seculorum: patet etiam ex predictis numerus saluandorum. Ad hoc enim venit filius dei q vt ait paulus ad ephesios.j. proposuit in eo dispensationem plenitudinis temporis instaurari omnia que in christo in terris et in celis sunt scilicet supplendum numerum angelorum cadentium in celo et renouando omnes peccatores in terra. Nunc autem de saluandorum numero fuit duplex opinio doctorum. Augustinus vult q tot saluabuntur quot ceciderunt: et sic dic sicut supra dictum est. Gregorius vero dicit q tot saluabuntur quot remanserunt: et allegat illud. Constituisti terminos populorum iuxta numerum filiorum dei: tenendo ergo q due partes angelorum remanserunt scilicet sex chori cum in qualibet legione sint sex milia sexcente sexaginta sex legiones: patet diminuendo q eorum summa est ducenta sexaginta sex computa et sexcenta tredecim milia et trecenti triginta sex angeli totidem ergo anime erunt saluande. Quibusdam vero placet q in paradyso erunt duo parietes sic q numerus supplebitur per virgines: et in altero pariete tot erunt anime saluandorum quot angeli sunt in altero pariete: quicquid sit de numero saluandorum deus determinate nouit qui solus numerat multitudinem stellarum: et eis omnibus nomina vocat: et hoc videtur mihi securius dicendum cum ecclesia hoc videatur

tenerent vt patet in collecta. Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

¶ De habitatione demonum post casum.



Quarta consideratio est de habitatione demonum. Circa quod notandum quod locus demonum post suum lapsum a celo vsque ad diem extremi iudicii non est locus subterraneus quem vocamus infernum sed aer caliginosus in quo multitudo demonum inhabitat et hunc locum sequestratum prouidit diuina clementia ne nimis acriter nos tentarent. Non tamen nimis longinquum seu remotum vt possent nos exercitare. Unde quod habitent in aere caliginoso hoc diuine sententie est. quod vero ad nos venissent hoc diuine permissionis est. et cum duplex interstitium sit probabile videtur quod ipsi sint in medio vbi est turbulentia et varietas impressionum et hinc est quod frequenter commouent ventos pluuias et tempestates. vtrum vero aliqui detrusi sint in inferno ego nescio nec a sanctis inuenio determinatum hoc autem bene credo quod aliqui tendunt illuc ad torquendas animas secundum quod habent deputata inter se maledictionis officia: verba sunt domini bonauenture in secundo sententiarum. Magister etiam loquens de loco habitationis demonum. lib. ii. distinctione vi. dicit quod lucifer et illi qui peccauerunt de celo empireo ceciderunt in illum aerem caliginosum qui est eis vt carcer vsque ad diem iudicii et hoc propter nostrum [illegible] consequenter dicit quod demones [illegible] tis vicibus tendunt in [illegible] illuc animas detinent [illegible]. Huic etiam sententie concor[illegible] tus augustinus. viii. de ciui[illegible] capi. xiii. vbi dicit quod demones [illegible] aere habitant: quia de celi [illegible] tate deiecti merito irregressi[illegible] transgressionibus in hoc sibi [illegible] velut carcere damnati sunt. [illegible] dicto accipitur documentum [illegible] mones vsque ad diem iudicii [illegible] est magister in inferno non [illegible] clusi: sed in hoc aere caliginoso [illegible] muniter detenti. Sed est du[illegible] vtrum vbicumque sint demones [illegible] tur igne materiali. quidam [illegible] dicere quod. sic licet dicant [illegible] tense quod post vltimam [illegible] et hoc probant per quandam [illegible] super illud Iacobi. iii. in[illegible] a iehanna que dicit sic. Iehanna [illegible] dyabolus propter quem facta [illegible] cut eum iehanna semper ardet [illegible] bolus vbicumque sit siue in aere [illegible] terra secum fert semper tor[illegible] marum: sed hoc non videtur [illegible] gibile quod ignem cremantem [illegible] sint secum circumferant. Et [illegible] cunt alii quod demonibus [illegible] na ignis vsque ad diem iudicii [illegible] eorum exercitium non obmit[illegible] tum etiam vt diuina clementia [illegible] datur que sustinet vasa ire apta in[illegible] teritum in multa patientia [illegible] buet omnibus secundum fructum [illegible] inuentionum suarum. Et hec [illegible] tio videtur probabilior et illa [illegible] inspiciantur sequentia non [illegible] gitur de flamma ignis materialis sed de flamma vitiorum scilicet super

hic ire et inuidie quibus continue torquentur. Hec de mente domini bonauenture in secundo sententiarum.

¶ De potestate demonum et super quam gentem maiorem principatum optinent.



Quinta conside ratio est de potestate demonum cum enim habitum sit quod demones habitant ut communiter in aere caliginoso videndum est de eorum potestate quanta scilicet est. Ad quod respondet beatus Job in capitulo. xli. Dicens de dyabolo quod non est potestas super terram que comparatur ei. et dicitur super terram ad differentiam potestatis que in celo est que est dei et sanctorum angelorum si tamen loquamur quantum ad conditionem nature non est potestas nec in terra nec in celo equalis sue potentie. Unde de lucifero scribitur ezechie. xxxi. omne lignum paradisi non est assimulatum ei et pulchritudini eius quoniam speciosum eum feci. Sed oritur difficultas quia si non est potestas super terram ei que comparetur ut expositum est. sequitur ergo quod sua potestas est infinita quia finitum finito est comparabile infinito vero non. Respondetur quod hic accipitur comparatio pro equatione. comparetur. i. equetur. nec loquitur de comparatione sed de equalitate. Unde gregorius. xxxiiij. moralium. potestas eius super terram cunctis eminentior probatur quia et si actionis sue merito inter homines cecidit naturam tamen sue magnitudinis non amisit. cuius adhuc viribus humana omnia superat licet sanctis hominibus meritorum suorum delectione subiaceat. Unde eisdem sanctis contra hunc decertantibus et retributionis sue meritum crescit quod ille ab eis vincitur qui per nature potentiam quasi iure se hominibus super esse gloriatur: hec grego. Sic ergo licet loquendo de fortitudine naturali non sit potestas sub deo super terram que compretur dyabolo. si tamen loquamur de potestate que datur a gratia: iusti homines potentiores sunt demone. Et sic intelligitur dictum augustini quod nihil est fortius animo habente charitatem: et illud canticorum. viij. fortis est ut mors dilectio. Notandum est secundum magistrum in secundo distinctione. vij. quod demones multa possunt per nature subtilitatem que tamen non possunt per dei vel bonorum angelorum prohibitionem. quedam etiam non possunt facere licet a superioribus angelis permittantur quia a deo id facere non permittitur: permissa tamen fuit eis potestas detrudendi sanctos patres in limbo ante aduentum christi quia licet deleretur in eis culpa originalis peccati et actualis quantum ad maculam et quantum ad diuinam offensam et quantum ad maculam et quantum ad reatum gehenne. non tamen quantum ad reatum visionis diuine ut notat alex. in tertio sententiarum. Et si queras utrum demones aliquid timeant videtur quod non quia de dyabolo dicitur iob. xli. quod factus est ut nullum timeat glosa nec deum nec quod passurus est. Respondetur quod glosa illa intelligitur de timore filiali vel initiali qui non est in demonibus: non de timore naturali quo naturaliter timent tormenta quia isto modo dicitur iacobi secundo: demones credunt et contremiscunt: et mathei. viij. et luce. viij. Ti

timebant puniri ab eo. licet ergo ma-
gna sit demonum potestas nō tamē
sic quin sit alia superior quē timēt.
Unde augustinus sup ps. diabolus
vult plurimū nocere et nō pōt quia
potestas sua est sub potestate. Nam
si tantum posset nocere dyabolus q̄
tum vult aliquis iustorum nō rema-
neret. Querunt iudei exod. viij. q̄re
magi pharaonis nō potuerūt face-
re cyniffes et respondent q̄ causa ē:
quia demones non habent potesta-
tem super aliquod corp⁹ minus gra-
no ordei qd̄ apparet irrationabiliter
dictum quia qui habet potestatem
supra maius habet potestatē supra
minus licet nō econuerso. Sed cau-
sa potissima quare non potuerūt fa-
cere illud signum est quia nihil pos-
sunt nisi quantum voluntas diuina
permiserit et eius bonitas infinita.
Ad istud etiam propositum loquens
ambrosius super lucaz dicit. sine per
missione dei diabolum non posse no
cere cognoscas. nec potentiam dia-
boli magis timeas q̄ dei offensam.
Et chrisostomus sup mattheum di-
cit. In primis grauis et insustinibi
lis est impetus diaboli quem si quis
forti animo sustinuerit in secundo
inueniet eum infortiorē. quāto eni
plus percussus fuerit magis refri-
gescit et deficit et sicut se ingerunt
demones peccatorib⁹ vt faciāt eos
ruere in peccatuz sic refrigiunt quā
do vident peccatorem a deo exaudi
tum et liberatum. et dicit magister
in secundo distinctiōe. vi. q̄ diabo-
lus qui de aliquo vicio aliquem tem
ptauit hominem cum superatus ab
eo fuerit deinceps illum hominem
de illo vicio de quo separatus est tē-
ptare nō licebit. Sic ergo patet quā
titas et defectus potentie demonum
Dicet forte desiderans scire q̄ gens
est in mundo supra alquam dyabolus
maiorem potestatem habet. Respon
detur q̄ hec est gens iudeorum. Un-
sciendum sicut notat Nycolaus de ly
ra supra mattheum q̄ potestas dya-
boli fuit eiecta quodāmodo a popu-
lo iudaico per legisdationem que ex
cludebat cultum demonum et indu-
cebat ad colendum vnum deum ve-
rum et sic eiectus transijt ad possidē
dum gentiles sine lege et propheta-
rum oraculo viuētes. Et ideo eos te
nebat in idolatria subiectos: sed ad-
ueniente xp̄i predicatione et aposto-
lorum iudei pro maiori pte fuerunt
increduli gentiles autem deuote fidē
xp̄i ad predicationem xp̄i et aposto-
lorum acceperunt et sic dyabolus eie-
ctus ab eis per fidem xp̄i reuersus ē
ad possidendum populum iudaicum
errore excecatum: et sic facta sunt no
uissima hui⁹ populi peiora priorib⁹.
Math. xij. q: status populi iudaici
peior est mō q̄ fuit a principio ante
legem datā et sic maiorem ptātem su
per eum demones habent q̄ sup al-
terum quia regressus dyabolus ad
populum iudaicum assumit septem
spiritus nequitiores se et ingressi ha
bitant ibi. Mar. xij. per quos septem
spiritus vniuersitas viciorum intel-
ligitur. Sed remanent due difficul-
tates. Prima est si demones possunt
facere miracula. Respondetur q̄ so
lus deus potest facere miracula. Un
de cum aliqua virtus finita propter
effectum operatur ad quē determi-
natur non est miraculum licet posset
esse mirum alicui qui illam virtutem

non comprehendit sicut mirum videtur ignaris q magnes trahit ferrum vel q aliquis paruus piscis sit retinens nauem. Cum ergo dyabolus sit creatura et notum est q omnis creature potentia est limitata ad aliquem determinatum effectum vel ad aliquos. quicquid ergo virtute dyaboli vel cuiuscunque creature fit non potest dici miraculum proprie. Et si sit mirum creature virtutem illius non comprehendenti. Quod autem fit virtute diuina cum sit infinita vere miraculum est cum de se incomprehensibilis est. Unde et Augu. secundo de ciuitate dei. capi. xviij. loquens de grauitate persecutionis antichristi scilicet per que illam operabitur dicit. tunc soluetur sathanas: quia per illum antichristus in omni sua virtute mirabiliter quidem: sed mendaciter operabitur. Sequitur etiam deus dyabolo ista permittet facere iusto suo iudicio: quis facit ille iniquo malignoque consilio demones ergo non faciunt miracula: sed quedam mira. Et si dicantur miracula sunt falsa: quoniam mortales sensus per fantasmata decipit vt quod non facit facere videatur et talibus signis et falsis miraculis seducentur qui seduci merebuntur pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt vt salui fierent. Et ideo dicit apostolus. ij. thessa. ij. mittit eis deus operationem erroris vt credant mendacio. Demones tamen proprie virtuti dimissi possunt facere ea que causari possunt ex motu locali: et consequenter possent ignem de celo aereo inferius emittere et ventum turbinis commouere. sicut patet Job primo. Et isto modo antichristus faciet ignem de celo descendere permittente deo demonis potestate: vt patet Apocalip. xiij. Sciendum etiam q secundum q dicit hieronymus q licet virtute magica possint aliqua miracula fieri vt illa que pertinent ad curiositatem tantum et vanitatem sicut symon magus faciebat statuas ambulare loqui et ridere et similia vt habetur in itinerario clementis. Sed illa que sunt salubria vt curatio languidorum illuminatio cecorum et huiusmodi non possunt magicis artibus siue a demonibus fieri. Et ideo talia cum fiunt debent attribui virtuti diuine qualia christus faciebat. ¶ Et si dicas q in vita sancti bartholomei legimus q quidam demon curabat infirmitates. Respondetur q hoc faciebat non sanando: sed a lesione quam faciebat cessando. Secunda difficultas est si demones sunt differentes potestate volo dicere inter demones sunt principatus quibus alij alijs potentiores dicantur. Respondetur q sic quia de dyabolo dicitur Job. xli q ipse est rex super filios superbie: et magister sententiarum secundo distinctione sexta. capitulo. iiij. Dicit q durante mundo angeli angelis homines hominibus demones demonibus presunt. et secundum gradus scientie habent gradus presidentie. Item super illo Matthei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. dicit eius ratione subiectionis secundum glo. Sed obijceret aliquis si principatus et prelatio est inter demones aut erit in eis per naturam aut per violentiam aut de iure. Non per

naturam quia tunc in iudicij die inter eos prelatio nõ cessaret quod est cõtra sacrã scripturã quia tunc euacuabit xp̄s oēm principatum et potestatem. Nec per violentiã quia tunc semper essent discordes cum tamen semper cõcordent contra hominem impugnandum. Nec etiam de iure quia semper preciperent cõtra deū in quo non est obediendum. Itē seruitus est introducta ꝓpter pctm̄ vt dicunt theologi ergo si est seruitus inter demones tunc lucifer cū sit sūmus peccator deberet oīb⁹ subijci. cuius ɔ̄triū dicit iob scz ꝙ ipse est rex sup filios superbie. Rñdet ꝙ sicut multi latrones principi latronū voluntarie se submittunt vt in vnum conueniant scz in rapina sic oēs demones lucifero se voluntarie subijciunt vt in vnū cõueniant ɔ̄ hoīem impugnando. Unū et eadē prelatio ē inter demones assumpta voluntarie sicut inter angelos de iure diuino ratiōe preeminētie naturalis vt diuine institutiōis et sicut cuilibet regno et prouincie prefigitur vnus angelus bon⁹ tanꝗ princeps vt colligitur ex illo danielis. x. princeps regni persarū restitit mihi. xxi. diebus et nunc reuertar vt prelier aduersus persarum principem. et paulo post. Cum enī egrederetur apparuit princeps grecorū. &c. Sic etiā cuilibet regno et prouincie ꝑfigitur a demonibus vnus demon tanꝗ princeps. Ex quo etiam sequitur ꝙ sicut cuilibet ciuitati et cuilibet castro ꝑfigitur a deo vnus angelus bon⁹ de negocijs cōibus curam habens ꝗtū sibi possibile est sic etiam cuilibet ciuitati et castro prefigitur a demonibus vnus demon ad negocia cōmunia perturbanda ꝗtum sibi possibile est. Sequitur etiam tertio ꝙ sicut cuilibet archiepiscopo et epō et sacerdoti parrochiali ꝑfigitur a deo vnus angel⁹ bon⁹ curam hñs de negocijs ad salutem aīaꝝ pertinentibus. Sic cuilibet ꝑdictoꝝ prefigit a demonibus vn⁹ demon curā hñs de perturbatione salutis aīarum et quanto sanctior est ꝑsona tāto potētior est diabolus ei assignatus. Et nisi deus gloriosus cuilibet officio prefigeret aliquem angelum omnia communia officia demones impedirent. Infertur etiā ex ꝑdictis ꝙ nō solū vnus demō est princeps alioꝝ demonum sed etiam maloꝝ hominū. Unde in euāgelio diabolus semper vocatur princeps huius mūdi quia dñatur hoībus mundialiter viuētibus in quātū se ei subiciūt ꝑ peccatū.

¶ De bello demonum post casum de celo.

Sextra cōsideratio est de bello demonū postꝗ ceciderūt de celo vsqꝫ ad aduētū xp̄i. Uidens enī diabolus se expulsum a celo in magna tamen potestate relictum cogitauit quō posset displicere deo et in oībus sibi cōtrariari. et quia vidit primū hominem in terrestri padiso collocatum innocentia decoratū ac oīm bestiarum pisciū et volatiliū dñm necnō possessurū in celo sedes quas ipse cum sibi adherētibus ꝑ supbiā amiserat. doluit vehemēter et inuidens ei⁹ felicitati ꝓposuit ipm̄ debellare et totā sr̄ inficere cognoscēs ꝙ ex putrida radice nō possunt nisi

poma vermiculosa gustari. Bellauit ergo cum homine primo per medium mulieris et miser homo licet esset fortior demone per innocentiam: proiectis tamen armis innocentie sue vt mulieri complaceret relicto deo et tradita paradisi castro sibi commisso inimico dei scilicet diabolo negata obedientia regi superno scilicet deo libere se tradidit proditor factus in manibus diaboli. et sic habita victoria de homine primo indignatus deus propter proditionem et quia sic armis innocentie proiectis captiuum diaboli se fecerat cum posteritate sua eiecit ipsum de terrestri paradiso. gen. iii. et misit ipsum in exilium locum bestiarum et lachrymarum vallem. Expulso ergo homine primo de paradiso gaudens non modicum diabolus cogitauit quomodo amplius posset displicere deo et videns duos filios adam scilicet abel et cayn quorum primus erat a deo dilectus. bellauit contra eos per artem diuisionis et inuidie. et deuicit Cayn qui fratrem suum abel occidit gen. iiii. Bellauit etiam contra filios. Sed per carnis concupiscentiam et deuicit eos cum scilicet acceperunt filios hominum scilicet descendentium de cayn ex quibus procreati sunt gigantes a seculo viri famosi gen. vi. et cum viderat multiplicatum genus humanum. Bellauit contra eum per luxuriam et tam viriliter pugnauit quod deuicit eum sic quod in toto genere humano solum octo persone mundi ab illo vicio reperte sunt immunes. De aliis autem scriptum est quod omnis quippe caro corrumpat viam suam. propter quod indignatus est deus mundum castigauit diluuio generali intantum quod solum dicte octo persone in archa noe liberate sunt vt patet gen. vii. et viii. Per quas iterum propagatum est genus humanum. Bellauit contra filios noe et deuicit cham cum contra paternum honorem verenda patris discooperuit gen. ix. propter quod meruit maledici. Bellauit contra caldeos per ydolatriam et deuicit eos cum ignem adorauerunt gen. xi. Bellauit contra genus filiorum noe et deuicit eos per superbiam volentes turrim edificare que vsque ad celum pertingeret propter quod indignatus deus vnum labium quod ante erat: diuisit et confudit vt patet gen. xi. Bellauit contra sodomas et gomorreanos et deuicit eos per peccatum contra naturam propter quod indignatus deus igne celesti destruxit illas quinque ciuitates cum habitatoribus eorum et cuncta terre virentia exceptis solum loth vxore et filiabus suis vt patet gen. xx. Bellauit contra filios abrahe scilicet ysaac et ysmael. et deuicit ysmael cum fuerit vir superbus onager palustus sagittarius et ydolatra pessimus vt patet gen. xxi. Bellauit contra filios ysaac scilicet iacob et esau et deuicit esau per gulam vendidit enim primogenita propter lenticulam gen. xxvi. De his in persona dei dicit propheta. Jacob dilexi. Esau autem odio habui. Bellauit etiam contra filios iacob. qui cum essent duodecim deuicit. xi. eorum per crimen pessimum et inuidiam et facti sunt venditores fratris sui innocentis Joseph gen. xxvii. propter quod indignatus est deus tradidit eos in captiuitatem quadriugentis annis et vltra in egyptum. Bellauit etiam contra egyptios per crudelitatem intantum vt affligerent filios ysrael in luto et latere propter quod puniuit deus

indurari cor pharaonis vt ad nihil pietatis moueretur. et indignatus deus contra egyptios occidit primogenita eorum et submersit eos in mari rubeo filiis israel liberatis exod. xiiii. Bellauit iterum contra filios israel per ydolatriam et deuicit eos cum scilicet fecerunt vitulum et adorauerunt propter quod et alia crimina quibus vulnerauit eos indignatus deus peremit eos in deserto gen. xxxii. Sic que de sex centum milibus qui exierunt de egypto solum duo scilicet caleph et iosue intrauerunt terram promissionis. Bellauit etiam contra filios israel in deserto et deuicit aliquos eorum per murmurationem scilicet dathan et abiron et chore propter quod indignatus deus aperuit terram et descenderunt viuentes in infernum sicut patet numeri. xvi. Bellauit iterum contra filios israel per homicidium et deuicit eos cum scilicet occiderunt prophetas amicos dei et impleuerunt hierusalem sanguine eorum vsque ad eos: propter quod et indignatus deus tradidit eos in captiuitatem babylonie lxx. annis. Bellauit contra saul primum regem israel et deuicit eum per inobedientiam propter quod indignatus deus tradidit eos in captiuitatem et scidit regnum israel ab eo. primi Regum. xv. et ipse seipsum crudeliter necauit. primi Regum vltimo. Bellauit contra regem dauid per superbiam luxuriam et homicidium et deuicit eum cum scilicet numerauit populum secundi regum vltimo. Accepit bersabee vxorem vrie et interfecit vriam secundi regum. xi. propter quod indignatus deus licet penituerit percussio populo non edificauit sibi templum siue domum quam cogitauerat. Bellauit contra salomonem per luxuriam et ydolatriam et deuicit eum quia adamauit mulieres alienigenas et fecit multa templa ydolorum vt patet tercii regum xi. Bellauit contra roboam per superbiam et deuicit eum propter quod indignatus dominus recessit israel a domo eius vsque in presentem diem vt patet tertii regum xii. Bellauit contra geroboam per ydolatriam et deuicit eum quia peccare fecit israel vitulos aureos adorando vide tertii Regum. xii. Bellauit contra sennacherib per superbiam et deuicit eum cum blasphemauit contra deum israel. propter quod indignatus deus percussit per angelum suum in castris assiriorum centum et octuaginta quinque milia et ipsum occiderunt propria eius ydola in templo suo adoraret: patet ysaie. xxxviii. Bellauit contra nabuchodonosor per superbiam et deuicit eum cum fuit glorificatus in edificio babylonis. propter quod indignatus est deus et precisit eum a regno et septem annis cum feris habitabat sicut bestia danielis. iiii. Bellauit contra olofernem principem militie nabuchodonosor per superbiam gulam et luxuriam et deuicit eum propter quod indignatus est deus tradidit eum in manus sancte mulieris Judith que prescidit caput eius Judith. vi. Bellauit contra Amon per superbiam et deuicit eum cum presumpsit perimere israel propter quod indignatus est deus permisit quod suspenderetur patibulo et que deleretur genus eius

hester.v. Bellauit contra regem antiochum per superbiam et deuicit eum cum dixit se facturum hierusalem congeriem sepulchri iudeorum propter quod indignatus est deus percussit eũ plaga insanabili viscerum suorum primi machabeorum.ix. Bellauit cõtra vniuersum populum gentilium per ydolatriaȝ et deuicit eum sicut patet sapientie.xiiij. cum per vniuersum orbem romani imperantes ydola adorarent. Unde ⁊ tunc rome templum pentheon erat constructum sic dictum. quia simulachrũ erat omnium deorum. Contra alios innumerabiles bellauit ⁊ variis vulneribus peccatorũ infixis de eis viriliter triũphauit ⁊ eorum animas captiuas post hanc vitam ad inferos deducebat quam captiuitateȝ ⁊ miseriam deplorantes patres antiqui gemitibus inenarrabilibus clamauerunt ad deum vt mitteret liberatorem. dicentes veni ad liberandum nos domine deus virtutum. et ps. lxxix. ostende faciem tuam id est filium tuum humanatum ⁊ salui erimus. et iterum ysaie. lxiiij. vtinam disrumperes celos ⁊ descenderes a facie tua montes defluerent: ⁊ cum gemitus humani generis audiret altissimus misertus est super eum ⁊ misit in tempore plenitudinis filiũ suum redemptorem et liberatoreȝ ⁊ tunc diabolus finaliter bellauit cõtra filios israel per maliciam et inuidiaȝ et deuicit eos cum scilicet occiderunt redemptorem messiam suũ propter quod indignatus deus tradidit eos in perpetuam captiuitatẽ sicut supra declaratum fuit libro primo et tertio.

¶ De perditiõe dominiũ demonum in aduentu christi.



Septima consideratio ẽ ꝙ demones in aduentu christi per iusticiaȝ perdiderunt dominiuȝ suuȝ quod super genus humanuȝ habebant. fecerat eñi grandem offensam diabolus deo tã deceptorie ⁊ fraudulenter cõtra dei voluntatem eius seruum tulit ⁊ fecit seruum suum. quo non obstante si voluisset reconciliari deo pro eo sicut pro homine satisfecisset noluit tamen. immo explacuit semper permanere inimicus dei peccatum suũ non recognoscens ꝙ non erat in homine, immo dolebat de peccato vt deo recõciliaretur. ¶ Et ideo ne diabolus possit cõqueri de iniusticia si forte deus de sua potestate absoluta ⁊ violẽter sine aliq̃ satisfacione liberasset hoieȝ per iusticiã. Debuit perdere dominiũ quod supra hominem tenebat qui homo ex eo ꝙ ab eo victus in padiso terrestri fuerat iuste seruus suus erat, ꝙ autẽ deus in tali hominis liberatiõe debuit vti iusticia ⁊ nõ absoluta potentia pꝫ ꝓ tãto q2 deus ẽ necessario iustus ⁊ talis iustus ꝙ nõ põt dici deꝰ si nõ intelligatur iustus. ¶ Et iterũ q2 laudabilior est ꝑceps q̃ vtit iusticia ꝙ potẽtia solũ. Quo aũt ꝑmꝰ hõ nec oẽs hoies nec oẽs ãgeli boni nec etiam oẽs demões sil nõ potuerũt satisfacere ꝑ hoie sꝫ solũ deꝰ ⁊ hõ vt declaratũ est sup libro. iiij. ꝯsideratiõe. v. in tertio articulo fidei nõ eñi totꝰ mũdus soluere valebat dbitũ ꝑmi hoīs.

vt apo.v. Nemo poterat in celo nec in terra neq3 subtus terram aperire librum neq3 videre illum idest implere redemptionem humani generis que ab eterno scripta fuit in libro diuine dispositionis: vt per xpm solum impleretur: librum ergo ipse solus aperuit quia solus penam crucis nobis mortis debitoribus tulit. Vñ dixit ps. lxviij. que non rapuit sed xpe tunc exsoluebat. Estimabant autem homines potestatem magnam dyaboli et eius dominiu3 super homines et dicebant illud ysaie. xlix. numquid tolletur a forti preda idest humanu3 genus a dyaboli potestate aut q captum fuerit a robusto saluum esse poterit. Et Respondet deus ibidē hec dicit dominus equide3 et captiuitas a forti tolletur et quod ablatum fuerit a robusto saluabitur sed per xpm Unde sequitur ibidem quasi musto: sanguine suo inebriabuntur et sciet omnis caro quia ego domin⁹ saluās te redemptor tuus fortis Jacob. Et confirmatur per dictum saluatoris Johannis. xij. Nunc iudicium scilicet discretionis est mundi nunc princeps huius mūdi eiicietur foras sed a dominio et potestate tyrannica sup homines. Unde ipse dyablus dicebatur princeps mundi quia dominatur in hominibus mundo deditis: et sicut dicit paulus ad colossen. scdo expolians scilicet xps principatus et potestates traduxit confidenter id est dyabolum exterminauit longe a potestate quam habebat. Et si queras demō quem xps tenuit vt vinceret dyabolum et eius dominium auferret. Respondetur q fuit modus quo piscis capitur hamo sub esca absconso quia volens capere escam nō videns hamum capitur ab hamo: sic christus volens preliari cum dyabolo in sua passione abscondit ipse sua3 fortitudinem suam pulchritudine3 suā sanitatem suam dignitatem in cruce Cum enim per virtutem fortitudinis deberet cum dyabolo preliari totam eam abscondit tenendo manus fixas et clauatas in cornibus crucis Unde abacuc in tertio capitulo loquens de cruce christi dicit: cornua scilicet crucis in manus eius ibi abscondita est fortitudo eius: et patet fortitudo sua ibi abscondita: quia p eam vicit fortissimam mortem et fortissimum dyabolu3 Nam sequitur ib illo eodē ante faciem eius ibit mors egredietur dyabolus ante pedes ei⁹ scilicet victus et nudus a suo dominio et potentia qua3 primo tenebat. Absconderant enim demones laqos mortis pedib⁹ nostris in ligno scientie boni et mali. Et ideo xps abscondit eis laqueum Unde capti sunt in ligno crucis Et ideo dixit psalmista veniat illi sed dyabolo laqueus que3 ignorat et cē. Abscondit etiā in cruce suam pulchritudinē in turpidinē cum eēt speciosus forma p filiis hominu3 ps. xliiij. ibi non erat ei species nec decor absconditus vult⁹ eius et despectus. Vñ nec reputauimus eu3 ysaie. liij. Abscondit tertio suam sanitatem in infirmitate quia vt dicitur ysaie capitulo eode3 nos reputauimus eu3 quasi leprosum percussu3 a deo et humiliatum virum dolorum et scientem infirmitatem Abscondit iiij. suam dignitatem in contemptu3 et vilitatem quia cum latronibus et homicidiis cum iniquis et sceleratis

deputatus est: ysa. capitulo eodem cum tamen esset summe dignitatis et excellentie quia verus deus et verus homo sicut fuit declaratum supra.i. libro Sic ergo in xpi passione egressus est dyabolus victus ante pedes eius perdita potestate et dominio liberato homine ab eius captiuitate. Et ideo in figura huius legitur.i. Regum.xvij. q david occidit leonem et predam eius tulit ab ore huius leonis. Petebat propheta liberari dicens salua me ex ore leonis ps.xxi. Et in signum victorie habite legauit xps humani generis inimicum scilz dyabolum et sic ante faciem iuit mors i. dyabolus victus et ligatus sicut in triumphis victi solent ire ante victorem ligati. Unde apo.xx. Apprehendit draconem serpentem antiquum qui est dyabolus et sathanas et ligauit eum per annos mille.i. vsqz ad tempus antichristi et ponitur ibi tempus determinatum pro indeterminato. Et q tunc resumet violentam potestatem et exiet per affluentam malignitatem vt mittat populos in errorem. Ideo tunc dicitur solui Signum autem manifestum perditionis dominij demonum fuit cessatio ydolatrie in vniuerso mundo ad predicationem xpi et apostolorum per quam ydolatriam fere vniuersum orbem captiuum tenebat cum ydolis vt deus coleretur.

¶ De proprietatibus et malicia demonum.

Octaua considera tio e de pprietatibus et malicia demonum Circa primum vt notatur Joh.iiij. Christus assignauit tres proprietates precipuas dyaboli. ¶ Prima q est homicida ab initio: quia homo in specie humana ponitur per animam Ideo ille magis proprie est homicida qui animam interficit p peccatum mortale q iste qui interficit corpus per quod homo conuenit cum brutis hoc autem fecit dyabolus a principio mundi quia per suggestionem eius primum peccatum homini contigit et in hoc officio continue perseuerauit. ¶ Secunda proprietas dyaboli ibidem est q in veritate non stetit.i. in debita obedientia ad deum: res enim dicuntur vere in quantum conformantur veritati prime a qua veritate deuiauit dyabolus per peccatum superbie. ¶ Tertia est q mendacium ex propriis loquitur.i. ex habitu malo in quo est obstinatus idest subdit causa quia mendax est et pater eius.i. ipsius mendacij qui enim mendacia ab aliis inuenta solum refert mendacia dicit sed qui ea facit mendax dicitur et propter hoc dyabolus dicitur pater mendacij quia primus mendacium adinuenit dicens mulieri Gen. iij. nequaquam moriemini. Sed est difficultas cum sint mendaces si possint demones compelli ad dicendum veritatem. Dicitur q sic. Compelluntur enim fallaces spiritus ad dicendum veritates et salubria nobis sicut exemplificat beatus augustinus. viij. de ciui.dei.ca.xxvi. de dolore demonum qui loquebantur per hermem ante xpi aduentum de suis futuris penis apud memorias sanctorum martyrum quas iminere cernebant. ¶ In multis enim ait augusti. talibus locis torquentur et confitentur: et de

possessis hominum corporibus eiiciuntur. ¶ Sunt et alie viginti due demonum proprietates quarum viginti numerantur in secundo libro: summe veritatis theologice scilicet quod sunt spiritus impuri humani generis inimici mente rationales nequitia subtiles nocendi cupidi p superbias tumidi semper in fraude novitier immutant sensus inquinant effectus vigilantes turbant dormientes per somnia inquietant: morbos inferunt tempestates concitant in angelos lucis se transformant semper infernum suum secum portant. ¶ In ydolis diuinum cultum sibi vsurpant semp bonis dominari appetunt: magice artes per eos fiunt bonis ad exercitium dantur semper fini hominis insidiant hec ibi. ¶ Vicesimaprima demonum proprietas est quod semper ambulant in circulo. Unde ps. de demonib⁹ ait. In circuitu impii ambulant. Item cum dominus quereret a sathan Job. i. Unde venis. Respondit circuiui terram et perambulaui eam quod quadrupliciter intelligi potest. ¶ Primo sic. Circuiui terram. i. data est mihi vniuersalis temptandi diligentia quia pauci sunt in quibus non habeant locum vestigia mea ¶ Secundo sic exponeret dyabolus si posset inclinari ad suum peccatum cognoscendum. Circuiui terram idest in hoc me ostendo remotum a virtute et obstinatum in malo quia semp sum in circumferentia et nunquam possum venire in lineam per quam veniam ad medium quod est virtus. ¶ Tertio sic circuiui terram propter anxietatem aborum. Unde glo. sathan laborans terram circuit quia quietus in dei culmine stare contempsit. ¶ Quarto sic circuiui terram propter hoc quod dyabolus serpens est tortuosus. Unde ysa. xxvii. Visitabit dominus super leuiathan serpentem tortuosum et sicut motus circularis dicitum est de se nunquam cessat sic et dyabolus nunquam quiescit et quia semper in circulo est ideo nunquam rectus sed magis tortuosus est. ¶ Recte ergo dicitur de demonibus recte in circuitu impii ambulant. Et si queras qualiter circuit dyabolus. ¶ Respondit glo. super illo verbo. i. petri. v. Circuit querens quem deuoret dicens. Circuit tanquam hostis obsidens muros clausos explorat an sit pars aliqua murorum minus stabilis cuius aditu ad interiora penetret. Offert oculis formas illicitas et facile voluptates vt visu destruat castitatem aures per canora temptat et mollit xpianum iniuriis lacescentibus ad cedem instigat. honores terrenos promittit vt adimat celestes et cum latenter non potest fallere apertos addit terrores in pace subdolus in persecutione violentus: contra quem tamen animus debet esse paratus ad resistendum quantum ille paratus est ad repugnandum: hec ibi. ¶ Vicesima secunda demonum proprietas est quod sunt crudeles immo seuissimi et est crudelitas demonis in tribus. ¶ Primo in persuadendo vnde ysa. xix. Tradam egyptum in manu demoniorum crudelium. Secundo demon est crudelis in puniendo: prouerbiorum xvii. Semper iurgia querit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum Tertio est crudelis in non miserendo hieremie. vi. Crudelis est et non miserebitur. et. i. petri. v. Aduersarius vester tanquam leo rugiens circuit querens

quem devorat. Est enim figuraliter bestia illa de qua dicitur genesis. xxxvii. Fera pessima devoravit filium meum ioseph. multe alie sunt proprietates demonum quas non sufficere calamo explicare. ideo hec sufficiant pro presenti. ¶ Videndum est ergo de secundo scilicet de malicia demonum que quadrupliciter explicari potest. Primo demones aliquo modo suadent bonum sed non propter bonum sed propter malum finem vt cum in instabilibus hominibus in bonum suadent ingressum religionis scientes quod non permanebunt sed apostatabunt. Non autem talia suadent stabilibus hominibus in bonum. ¶ Secundo demonum malicia ostenditur cum decipiunt hominem suadendo malum sub spe boni vt piurare et iuramentum falsum facere pro rebus alterius conservandis. ¶ Tertio demonum malicia ostenditur cum decipiunt homines dissuadendo bonum tanquam nocivum vt cum dissuadet probo et stabili viro ingressum religionis ne de hoc peniteat et ingrediens confundatur. In cuius persona bernardus sic loquens ait. Noli inquit precipitanter agere diu considera diligenter intuere magnum est quod proponis et opus agenda magna deliberatione: experire quod possis amicos consule ne post facta penitere contingat. ¶ Contra cuius consilium bernardus subiungit hec est sapientia mundi animalis et dyabolica inimica salutis suffocatrix: vite mater tepiditatis eiusque solet deovomitum procurare. Cum enim verbum dei esse non dubites quid opus est deliberatione vocat te magni consilii angelus quid ergo adhuc consilium prestolaris: quis enim sapientior et fidelior illo. ab ore putei gehenne eripior et consilium peta amicos consulat qui non legit inimici hoies domestici eius michee. vii. Supradicto modo dyabolus malicia sua aliquando dissuadet aliquibus orationem vel elemosynam ne per hoc incurrant vanam gloriam. Quarto demonum malicia ostenditur cum decipiunt hominem dissuadendo malum vt ducant ad penas aliquando intemperantiam in victu et in somno vt inducant indiscretam abstinentiam quod est peius et sic eius malicia mille nocendi modos habet. xvi. q. ii. ca. vi. sis semper. Rugit adversus homines qui quidem rugitus nihil aliud est quam eius voluntas et ardentissima cupiditas nocendi. Unde glo. supra hoc verbo tanquam leo rugiens dicit. Sicut rugitus leonis impedit aures ne alium sonum recipiant: sic dyabolus fidelium mentes terrendo vel illicita ingerendo a via veritatis ne vocem christi audiant avertit. Et si queras nunquid semper crescit malicia diaboli Ad quod respondit doctor seraphicus bonaventura in. ii. sententiarum quod in dyabolo crescit malicia voluntatis quantum ad vim administrativam qua convertitur ad hominem sed non quantum ad contemptivam qua est simpliciter et aversus a deo quia quantum ad hanc non est in statu demerendi. Sed nunquid malicia demonum aliqua via impediri pot dicitur quod sic. ¶ Quadrupliciter enim impediri potest. Primo per terminum peccati positum a deo. Secundo per resistentiam bonorum spirituum habet enim angelos vnum bonum ad custodiam: et vnum malum ad exercitum. ¶ Tertio per liberum arbitrium hominis non consentientis quia dyabolus neminem vicit

nisi volentem ab eo vinci. Unde Ambrosius de vita beata et ponitur. xvi. q. i. capi. non est voluntarium militē elegit sibi christus voluntarium sibi seruum dyabolus actionatur. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet nisi se ei prius peccatorum ere vendiderit. Quarto propter peccati abbominationem: quia demones nobilioris nature detestantur peccata vilia. Hec sufficiant pro presenti de proprietatib⁹ et malicia demonū.

¶ De bello demonum post aduētum xpi vsq₃ ad diem iudicij.



Ona consideratio ē de bello demonum post christi aduētum vsq₃ ad diem iudicij. Unde lз demones perdiderant potestatē quam primo super humanum genus habebant et eorum princeps victus et ligatus vsq₃ ad prefinitum tempus sit in inferno vt supra declaratum est consideratione quarta: permittuntur tamen demones habere cōsilia sua cū suo principe lucifero et temptare homines pro eorum exercitio et vt istud bellum possimus intelligere imaginemur ecclesiam fidelium nisi vnam ciuitatē dei que dicatur fidei fortalicium vel ciuitas iustificationis siue bone conscientie que duodecim perfectiōibus decoratur. ¶ Primo est in situ congruenti: quia in medio vbi virtus habitat longe ab extremis scilicet vitijs et peccatis. ¶ Secundo est pulchra et excellens: qз maior pulchritudo hominis est in bona cōscientia. ¶ Tertio est in securitate: qз nō timet aduersa. ¶ Quarto ē sana qз ī bona ꝯsciētia nō pōt habitare ifirmitas peccī. ¶ Quinto est situata in loco delectabili quia nunq̄ est vera delectatio vbi non est quies cōscientie. ¶ Sexto est in bona dispositione quoniam in circulo edificata est per operum perfectionem. ¶ Septimo habet cōcordiam ciuium qз semper homo in statu iustificationis diligit proximum suum sicut seipsum. ¶ Octauo habet priuilegiorum habundantiaз quia non est sub lege peccati. ¶ Nono quia habent victualium habundantiam qз nihil sibi deficit vbi grā habundat. ¶ Decimo habet bonum regimen cum voluntas rationis sibi subdiciat. ¶ Undecimo est libera a captiuitate per christum: et etiam qз bona conscientia non est sub seruitute dyaboli. ¶ Duodecimo habet amorem et charitatem quod pulchrificat totam ciuitatem. Ista est illa ciuitas hierusalem descendens de celo ornata a christo sicut sponsa pulchra et excellens vbi ipse habitat per gratiaз de qua Apocalip. xxi. ¶ Huic ciuitati pulcherrime et fortissima est christus posuit murum antemurale et fossatuз. murus est charitas que omnia sustinet hunc custodire debent prelati ecclesie episcopi et clerici qui stare debent ad portam ciuitatis: vt si venerit aliq̄s de pugna dyaboli vulneratus per peccatum dent sibi medicinam penitentie: et si venirēt pauperes indigentes tribuāt eis de bonis ecclesie qз bona clericoꝝ pauperum sunt. ¶ Secundo posuit antemurale q̄ est iusticia et equitas que sunt in defensionem muri et hoc antemurale defendere et custodire de

bent principes christiani qui positi sunt pro iusticia ministrenda in mundo. Unde sapientie.i. dicitur. Diligite iusticiam qui iudicatis terram Ibi etiam debent ad portas antemuralevt si forte inimici venerint et voluerint impugnare murum cum fuerit inter murum et antemurale eos capiant et faciant iusticiam expedientem. ¶ Tertio posuit christus predicte ciuitati fossatum profundum quod est humilitas. ¶ Istud custodire debent religiosi qui debent esse fundati in vera humilitate et eam omnibus venientibus predicare. Quid dicam de hac ciuitate si tales sunt custodes vere ipsa est gloriosa et habitans in confidentia: sophonie. Secundo gloriosa quantum ad pulchritudinem et habitans in confidentia quantum ad sua magna fortalicia. merito ergo gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. ps teste. Talis fuit hec ciuitas in primitiua ecclesia quando ipsis fidelibus erat cor vnum et anima vna vt legitur in actibus. ¶ Uidens ergo dyabolus felicitatem et gloriam predicte ciuitatis doluit vehementer cognoscens quod in ea multe anime liberare a manibus eius ad sedes celestes: vnde ipse ceciderat angelorum manibus cum gaudio ferebantur non curans debellare iudeos sarracenos nec hereticos et alios obstinatos iuxta dictum gregorii: quia illos temptare negligit quos quieto iure se possidere sentit. Cogitauit quod predictam ciuitatem debellare posset: et primo inter cetera excitauit contra eam persecutionem gentilium que durauit toto tempore apostolorum et ducentis annis vltra. In qua persecutione et bello vltra ducenta milia hominum veriusque sexus pro veritate fidei et zelo ciuitatis iustificationis siue bone conscientie martyrio coronati sunt sicut libro.i.consideratione.iii.articulo.i.in examine.iii.latissime declaratum fuit. In quo bello nihil lucratus est dyabolus: sed potius misserabiliter victus ab illo bello cessauit cum per talem persecutionem plus multicarentur fideles et fortior efficiebatur ciuitas iustificationis vere fidei et bone conscientie. Suscitauit etiam bella hereticorum quorum hereses per diuersa consilia examinate damnate sunt et plurimi eorum igne cremati sic quod eorum in publico non est vox neque sonus licet in occulto nimium seuiat ista pestis sicut supra libro.ii.declaratum est: quare cum sit maliciosissimus vt in precedenti consideratione dictum fuit non valens desistere. Cogitauit contra predictam ciuitatem aliam edificare que dicitur ciuitas babylonie.i.confusionis et dyabolica cuius fundamentum posuit contemptum dei super quod edificauit.xii.abusiones que sunt princeps iniustus curialis adulator miles sine fide consiliarius sine veritate commissarius sine pietate prelatus sine charitate.aduocatus sine rapacitate.clericus ignorans religiosus superbus. mercator falsus. Iuuenis sine verecundia.populus sine amicicia: murus predicte ciuitatis dyabolice dicitur animositas et diuisio. Antemurale dicitur iniusticia et oppressio. Fossatum vero dicitur superbia et ambitio et sic in omnibus ista ciuitas contrariatur prime ciuitati. ¶ De his duabus ciuitatibus dicit augu. de ciuitate dei. duo amores fecerunt sibi duas ciuitates; quia

una incipit a contemptu sui vsq3 ad amorem dei. et hec est ciuitas iustificationis. Alia vero incipit a contemptu dei vsq3 ad amorem sui: et hec est ciuitas dyaboli et destructionis. Cum ergo ex diuina permissione vidit dyabolus se potentem ad expugnandum magna parte predictam ciuitatem ordinauit exercitum suum i triplici acie. ¶ In prima posuit capitaneum sathan. ¶ In scdo beelzebub. ¶ In tertio vero mamonam. ¶ Primus capitaneus bellauit et continuo bellat contra religiosos qui custodiunt fossatum predictus dyabolus portat p armis suis superbiam et ambitionem simulationem permittit ergo iter vtrosq3 durum bellum et vulnerati sunt ac trucidati spaliter plurimi religiosi si qui ferunt habitum humilitatis in corpore et leonem superbie in corde. exterius apparent hoibus humiles capite in terram inclinato: sed corde sunt altiores celo. Unde vidi temporibus meis duos religiosos duorum ordinum informatorum q a mundo segregati sancti viri mundum contemnentes exterius videbant se victos a demone q sua claustra relinquentes mundanis fauoribus adherentes epi facti sunt non vocati: sed vt eius nas fugerent ordinum suorum q fuit in magnam confusionem predictarum religionum et cum multarum murmuratione. Ipsi vero facti inuerecundi ac si nihil eorum status indecens fecissent vt surdi in omnibus pertransibant. Bellat etiam dyabolus cum aliis religiosis per ambitionem et intantum vulnerat eos ambitione miserabili q cum non efficiuntur plati in ordine inter dei seruos viuere non possunt: immo exeuntes ad alios se transferunt vbi possint suas ambitiones implere non attendentes q cum populi xpm voluerunt facere regem fugit in montem. Johan. vi. Charitas etiam non est ambitiosa. i. Cor. xiii. sup quod dicit augu. Ocium sanctum querit charitas veritatis negocium iustum suscepit: necessitas charitatis quam sarcinam si nullus ipponit vacandum est veritati: si aut imponitur suscipienda est pp charitatis necessitatem. Alios aut religiosos inuenit dyabolus desiderantes visiones et reuelationes et q raro tale desiderium absq3 radice superbie et presumptionis seruare curiositatis inuenit iusticia dei permittente veniunt in illusiones et deceptiones dyaboli p quem modus seminat dyabolus in maiori pte temptationes spuales huius temporis et indicat in corde illorum qui sunt ministri antichristi: et sic cadunt plurimi religiosi vulnerati superbia a demonibus. Ea pp fugiendum est tale desiderium sicut venenum cum non concedantur visiones et reuelationes vere propter tale desiderium: sed solum pcedunt ex pura bonitate dei et in anima existente in magna humilitate timore et reuerentia et feruenti amore dei. Alios autem religiosos vulnerat et decipit dyabolus cum in orationibus quas faciunt sustinent aliquam consolationem que fundat in presumptione siue estimatione superba sui ipsius aut in ducente ipos in ambitionem sui pprii honoris et glorie. Aut inuita illa aut in paradyso cum talis consolatio principaliter includat saturitatem et refectionem sue ppie affectionis Ex quo sequitur multitudo maxima pessimorum viciorum et errorum: et ideo talis consolatio fugienda est omnis

nor solum illa est sustinenda q̄ sequitur ppriam cognitionem tuis perfectam sensibilitatē tue nihilitatis et tue imperfectionis cū magna subiectione tue magnitudini ꝛ altitudini dei per altā reuerentiā ꝛ cū magno desiderio honoris dei: q̄ in talib⁹ vl' similibus debet fundari talis consolatio. Cauere etiam summe dicunt deuoti religiosi ab oī sentimēto ꝛ visione quātūcunq; alta ꝛ quātūcunq; appareat certa si ducat eoꝝ coꝛ i opinionē aut affectionē contra aliquē articulū fidei: aut contra bonos mores ꝛ bonas honestates cum sine dubio ex parte dyaboli sint. ¶ Hec est doctrina illius illuminati ꝛ sancti viri fratris Petri scrōyo in quib⁹ suis notabilibus de remediis contra temptationes spūales qui fuit vnus de principalibus reformatoribus ordinis nostri in hoc regno castelle. O q̄ debilitatū est fossatū ciuitatis dei ꝛ q̄ pauci veri religiosi humiles inueniuntur in orbe p̄sertiz cū multi cadunt ex simulata sanctitate que s̄m hieronymū duplex est iniquitas tales enim sepulchra dealbata plena spurcitia mortuorum nuncupari debent. Sed lȝ innumeri cadant ꝛ pereāt de fossato victi a dyabolo aliqui tamen semper manent qui viriliter resistunt quos deus cognoscit ꝛ reseruat p defensiōe sue ciuitatis dilecte. ¶ Sed accedit secunda acies bellatorum dyaboli beelzebub ꝛ dat secūdū preliū antemurale quorum arma sunt oppressio distractio iniusticia indignatio ꝛ committit hoc bellum forte sic q̄ multi principū ꝛ militum inuenti sunt vulnerati in capitibus nomina vulneꝝ ab armis dyaboli nuncupantur oppressio populorum destructio impotentium. Iniusticia ꝛ indignatio de talibus principibus ꝛ militibus dicitur Ezechie. xxij. capi. principes eius in medio eius quasi lupi rapientes predā: ad effundendum sanguinem ꝛ ad perdēdas animas ꝛ sic antemurale iusticie ꝛ equitatis rūpitur: q̄ vigiles scȝ curiales ꝛ ꝯsiliarij dormiūt: nō vigilāt p bono ciuitat lȝ: sȝ p bono pprio: consulendo principibus iniusticias oppressiones adulendo eis ꝛ laudando eorum malum regimen. De talibus principibus dicit dominus per prophetam osee. viij. Ipsi regnauerunt ꝛ non ex me: principes extiterunt et nō cognoui eos. ¶ Uere isto tempore magnam victoriam ꝛ grandam p̄dam de principibus ꝛ militibus reportat dyabolus. Cum vix inueniatur qui non studeat tyrannice presidere potius q̄ recte in suo regimine facere. Nec querunt iā principes cōsiliarios virtuosos ꝛ honestos: sȝ homines vulpinos astutissimos ꝛ fraudulentos quibus possint suas miliitias ꝛ tyrannides colorare q̄ ad inuentiones dyabolicas exquisitas cū quibus captiuati a dyabolo perhibunt sine fine. Iam vicarius christi nihil fere potest in ecclesiis prouidere nisi quod principibus placet: ꝛ sic sepe prouidentur de dignitatib⁹ et beneficiis ecclesie viri insipientes viri scelerati, paruuli lactantes: et qui nondum a materno vtero exierunt. Sic ergo antemurale ciuitatis iustificationis quasi totum videtur dirruptum: et expugnatum per demones licet aliquos deus suo occulto iudicio semper reseruet: in

quibus servetur veritas iustificatio nis qui ita paucissimi sunt q in tanta multitudine maloꝝ non apparēt semper tamen ad numerum septē reservant. Iuxta illud. iij. Reg. xix. reservaui mihi in israel septē milia virorū qui non curuauerunt genua ante baal per quos intelliguntur viri fideles septē donis spiritussancti pulchriformiter illustrati q̄ nō curuant genua dyabolo bellatori per consensum. ¶ Accedat ergo tertia acies demonum bellatorum volentes murum capere violenter: sed non possunt quia vt dictum est murus est charitas que fortissima est. charitas enim nunq̄ excidit. Cor. xiij. quod videns capitaneus huius aciei qui mānona dicitur triumphare de custodibus muri armauit milites suos fortissimis armis auaricie et symonie et cum murus nimiū angustiaretur venerunt prelati non pauci ad parlamentū cū mānona et rescatati sunt. ¶ Dic mihi quis est in ecclesia qui non sit rescatatus per mānonam vis tu aliquid in ecclesia oportet q primo roget pro te mānona vis episcopari habeas p te aduocatū mammonā: quia a maiori vsq ad minorem omnes auaricie student et a propheta vsq ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Hiere. vi. Iam nihil valent electiones canonice in ecclesiis cathedralibus: sed fauor et pecunia: nihil scientia et sancta vita sed astuta mānone malicia: et sic ruptus est murus ciuitatis iustificationis p magna p[ar]te multi vigilātes occisi sūt quia non vigilant illi tales propter curam animarum sed bursarū. Ideo dicit bernardus quem dabis de numero prelatorum qui non magis studeat bursis euacuandis q̄ vitiis extirpandis. plus student in salmone q̄ in salomone. Merito ergo de his conqueritur dominus Ezech. xxij. Sacerdotes eius contempserunt legem meam et polluerūt sanctuaria mea inter sanctum et prophanum non habuerunt distantiam et inter pollutum et mundū non intellexerunt et a sabbatis meis auerterunt oculos suos et coinquinabar in medio illorum. ¶ Rupto ergo muro et peremptis multis custodibus iniquis et vulneribus auaricie et symonie ingrediuntur demones ciuitatem sanctificationis et occidunt filios: scilicet cogitationes eorum capiunt mulieres affectiones et viros: scilicet cōsensus quos captiuos in damnationem perpetuā abyssi infernalis deducunt pro magna parte et ciuitatem ignibus exponunt: vt non remaneat lapis super lapidem: quia quasi nihil iusticie nihil humilitatis nihil charitatis remanet in illa ciuitate. Sic ergo incenderunt electam ciuitatem sanctitatis et desertas fecerūt vias ipsius: ecclesiastici. xlix. hanc desolationem p[re]uidens saluator noster dolens de talium animarum damnatione suo sanguine redempturum fleuit super illam scilicet ciuitatem iustificationis q̄si ei diceret o ciuitas mea dilecta o spiritualis habitatio mea quis te sic destruxit quis te in abyssum mersit: o ciuitas melius tibi fuisset nūq̄ fuisse vbi sunt muri charitat[is] vbi est antemurale iusticie vbi est fossatum humilitatis vbi sunt in prelati charitatiui: vbi principes iusti: vbi sunt humiles religiosi omnia subuersa sunt et q̄s poterit continere lachrymas si

cum deuotione voluerit contemplari quot anime principu: quot aie plato:quot anime pereunt religiosoru quot anime subditorum sub vtroque brachio ex eorum malo exemplo et regimine ve illis. Sz licz quasi.vij. numeri in hoc demonu bello cadant religiosi principes et milites plati ecclesiastici subditi etia sub vtroque brachio semper tamen manent aliq in quibus saluatur veritas fidei et iustificatio bone cosciencie.et si no nisi duo viri fideles remanerent in mudo in eis saluaretur ecclesia que est vnitas fidelium.charitatis vinculo adunata.non est autem dubita dum quin aliqui tales sint in mudo. quia scdm chrisostomum iusti sunt in mundo sicut medulla in arbore qua deficiente deficit seu perit arbor ergo si non essent aliqui iusti periret mundus fluctuat ergo nauicula petri sed non mergitur bellorum turbinibus quibuscunque quia porte inferi.i.demonum furie non preualebut aduersus eam cum sit turris fortitudinis a facie inimici. Et attente intuendum est q illud bellum diaboli nunq cessat immo continuo crescit et aggrauatur. Unde dicit ysidorus libro .i.de summo bono q quato propinquius finem mundi diabol? videt tanto crudelius persecutiones exercet et q se continuo damnandu conspicit socios sibi multiplicat cuz quibus gehenne ignibus abdicatur. ¶ Resumptis ergo viribus et captis armis christiane militie de quibus supra libro. i. consideratione. i. dictum fuit vigilandum est et viriliter pugnandum cum demonibus qz vt dicit apostolus ephe. vi. non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem.i.aduersus homines qui sunt caro et sanguis et per consequens visibiles sed aduersus principes et potestates.i.demones q sunt hostes inuisibiles.et dicit principes et potestates quia angelorum ordines non solum sunt per gratiam sed etiam per naturam:et sic de singulis ordinib? ceciderut aliqui in quibus naturalia permanserunt integra vt dicit dyonisius et inferiores obediut superioribus vt possint nocere hominibus. et per principes et potestates intelliguntur alij ordines demonu. ¶ Sequit aduersus mudi rectores:hic nomine mundi non intelligitur vniuersitas creaturarum que non regitur a demonibus sed a deo et angelis sibi ministrantibus sed intelligitur vniuersitas malorum hominum sic dicitur. Joh.i.mudus eu3 non conouit qui per demones regutur inquantu per eos ad peccata mouentur pter quod subditur ad declaratione huiusmodi intellectus tenebrarum harum. dicuntur em mali homines tenebre quia sunt inuoluti tenebris ignorantie et culpe contra spiritualia nequitie.i.cotra spiritus neq sine malignos quod dicitur ad ostendendum q per rectores mundi hic demones intelliguntur in celestibus idest in hoc aere caliginoso q frequenter in scriptura celum nominatur in quo demones habitant vsque ad iudicium : vt supra dictum fuit propter quod etiam aues celi nominantur. Mathei. xiij. vbi dicitur q aues celi comederut semen quod cecidit secus viam. Sic exponit predictum verbum Nicolaus de lira su-

per epistolam ad Ephe. propterea accipite armaturaʒ dei scilicet virtutum vt predictum est vt possitis resistere insultibus demonuʒ in die mala.i.in presenti vita vbi imminet temptationuʒ pugna vsqʒ ad diem iudicii que etiam erit dies mala malis et amara valde. Unde ⁊ iohānes papa scribens ysaac Syracusano episcopo.xvi.q.ii.capitulo visis de astucia diaboli et bello contra ecclesiā catholicam ac de munitione nostra dicit sic. ¶ Nec ignoramus astuciam eius conatur nāqʒ a principio rumpe suevnitatē ecclīe rescīdere charitatem vulnerare sanctorū operuʒ dulcedinem inuidie felle inficere et omnibus modis humanuʒ gen⁹ peruertere ac perturbare. Dolet enīʒ satis et erubescit charitatem quaʒ in celo nequiuit habere: homines constantes et lutea materia in terra tenere. Unde oportet quantuʒ fragilitati nostre conceditur vt omnes aditus nocēdi eius versucie muniam⁹ ne mors ingrediatur per portas nostras. Hec ibi.

¶ De diuersitate demonuʒ et si possunt habere spiritus familiares.



Ecima consideratio: est de diuersitate demonum ⁊ si possunt habere spūs familiares.

¶ Pro declaratiōe primi notādū est ꝙ sicut boni angeli sunt distincti in nouē ordinib⁹ ⁊ cū eis aie sancte sic ēt demōes qꝫ a nouē ordinib⁹ ceciderūt sūt distīcti in nouē ordinib⁹ ⁊ cū eis aie dānate. Et illi dmōes ꝗ erāt altiores hierarchie facti sunt peiores ⁊ īferiores in meridionali pte ꝗrum presidentem vocauit dauid demonem meridianum. Est autem vox communis multorum ꝙ sunt.x. differentie demonum: quidam dicuntur fata. Alii dicuntur vulgariter drusde causa. Alii dicuntur incubi ⁊ succubi. Alii faciunt prelia. Alii comedunt ⁊ bibunt cum hominibus apparent in somnis. Alii vt dicunt fiunt spermate ⁊ ex odore viri ⁊ mulieris cum coniungantur vel ex radiis planetarum. Alii sunt masculi ⁊ femine Aliqui sunt mundi ⁊ aliqui immundi Alii illudunt viros et feminas qui. turguine siue bruxe vulgariter nuncupantur. Multi asserunt se talia vidisse et quasi tenent quasi certa sed quid veritatis contineat consequenter declarabitur.

¶ De fato.



Rima differentia demonuʒ ē de fatis voluerunt quidam simplices dicere ꝙ fata sunt ꝗdam femine ꝗs dant spiritus super creaturam nouiter natā Unde et seneca tragedia prima in choro primo loquitur de eis quasi de quibusdaʒ sortibus siue deis que sic disponunt vitam humanam ꝙ null⁹ potest pertransire ordinem ab eis dispositum sic dicens. dura peragunt pensa sorores nec sua retro fila reuoluunt ad gens hominum fertur rapidum obuia fatis incerta sui. Sequitur certo veniunt ordine parce.i.sorores ille ꝗ disponunt vitam humanā nulli iusso cessare licet nulli scriptū proferre dicet. ꝙ antē fata sint tales femine vł dee disponētes vitā huma

nans error est. Unde dicit augustin⁹ super Johā. sermone tertio qui edificantur ad credenda fata scilicet talia fiunt corda eorum fatua. Et secundum veritatem si alicui nomen fati tribuatur nulli nisi voluntati dei tribuendum est sm augusti. v. de ciuitate dei. capi. viij q2 ille summus deus optime & verissime creditur cuncta scire anteq̄ fiant & nihil inordinatū relinquere. Quia ergo diuina voluntate cuncta disponuntur cum sit prima regula in contingentibus: ideo fatum non mulieres non dee nō vis positionis syderum: sed diuina volūtas fatum appellabitur. Unde fatuz isto modo dicitur a for faris: & sic fatum dicitur quicquid deus fatur.

Si plura vis videre de fato & fortuna ac diuina prouidētia vide in dyalogo fortune libro. i. capi. ix. vbi latissime de hac materia locutus sum. Sed quid dicenduz est ad illos qui dicunt se talia fata vidisse. Respondetur q̄ si talia accidant non femine sed demones sunt qui volunt imitari & deridere illud quod deus dixit p angelum abrahe de natiuitate ysaac & illud quod dixit angel⁹ matri sampson & illud quod dixit angelus zacharie patri Johannis baptiste: et quod dixit angelus marie virgini de christo anteq̄ conciperet.

¶ Secunda differentia demonum.



Secunda differentia demonum est illorum q̄ dicuntur duen de casa. Experiunt̄ sepe homines de nocte in domibus suis vigilantes in lectis suis q̄ ambulat aliquis p domū mutando frāgēdo res aliquas ictus magnos dādo specialiter inuasis vinariis amouendo etiā capitib⁹ hoīz birreta sua & tollēdo oēs rupas quas in lectis super se habēt in quoꝝ aliquibus ego expertus sum. Cum eni iuuenis essem & iacerem in quadam domo quadrata. cuius soluz vnica erat porta ab intus bene clausa cū aliis tribus sociis in eodē lecto. ecce subito in tempeste noctis silētio audiuim⁹ extra portā quasi sonū quē apothecarii faciunt in mortariolis ereis in fracturam specierum. euigilātes ergo & mirātes quid hoc esse posset tali hora cessauit modicum sonus ille & post paululum sensibiliter audiuimus intra domum sub mensa quadā que ibi erat sub qua manserat cophinus quidem quasi plenus nouis nucibus & tantus ibidem sentiebatur a nobis sonitus nucum confractaruz ac si ibidem plurimi porci grosolantes nucesq̧ confrangentes ambularent de quo non modicum stupefacti eramus cum ianua optime ab intus esset clausa: & nullus alius esset ingressus. Post paululum vero cessante sonitu illo i angulo in p̄dicte quadre nobis opposite. subito apparuit quidam paruus splendor & nunq̄ amplius vidimus nec aliquid sentimus. Quidam autem ex sociis qui maioris etatis erat et vir satis peritus dixit nobis q̄ non timeremus: q2 erat quidam spiritus malus nobilis hierarchie q̄ alia mala nō operabatur nisi ludos illos s3 die facto nuces sicut dimisim⁹ inuenim⁹. Faciūt etiam luctā cū hominibus & plura

alijs aliquibus pavorosa et secundum veritatem tales non sunt homines nec mulieres sed sunt quidam demones qui volunt deridere homines volētes imitari angelū qui luctatus est cum iacob et angelum qui locut⁹ est cum moyse ꝛ angelū quem vidit iosue in campo hiericho ꝛ licet multa damna de nocte in domibus videāntur egisse nihil tamen damni de die reperitur nec res aliqua mutata de loco suo sed quelibet in suo ordine sicut primo erat. Est ergo illusio quedam talium demonū derisorum que ad nihil aliud extēdi pōt nisi ad talem hominum derisionem.

¶ Tertia demonū differētia est.



Tertia differētia est quorūdam demonū qui incubi et succubi nūcupātur qui hoīes generare dicuntur tales eīm demones in specie hominum virorū aliquo modo. Aliquādo incubunt feminis et aliquando in specie feminarum succūbunt viris. Quomodo autem talis generatio efficiatur declarat doctor seraphicus bonauentura super secundum sententiarum in scripto suo. dicens ꝙ in actu generatiōis sunt duo scilicet seminis decisi cōstitutio secundum neruos ꝛ virtutes calorū talis speciei competentes ꝛ sic est solius illi⁹ cui dedit deus vim generatiuam vel ꝓpagatiuam et hoc nullo modo competit demonibus assumētibus corpus. ¶ Item est ibi seminis ꝓfecti transfusio ꝛ trāsfusi susceptio ꝛ hoc potest cōpetere demonibus. ¶ Primo eīm demones succūbunt viris in specie mulieris et ex eis semen pollutionis suscipiūt et quadam sagacitate nature ipsum semē in sua virtute custodiunt ꝛ postmodū deo permittente fiūt incubi ꝛ in vasa mulieris transfundunt ex qua transfusione homines generari possunt nō tn̄ sic generati sunt filij demonum sed hominis. Hec ille. Isto modo fertur generatū fuisse merlinū. ¶ Unde legitur in hystoria britannorū ꝙ rex bortegeris qui britāniā regebat totius insule in se odia considerans. Inito cōsilio cum sapientibus quid agere deberet ad tutamen sui iussit ꝯuenire artifices qui ei castrū fortissimum fabricarēt. sed cum opus terra absorberet suasum est ei a magis cōiectoribus vt hominem sine patre natū quereret ꝛ eius sanguine lapides ꝛ cemēta aspergi preciperet et sic suum edificium stare posset. Queritur ergo merlinus qui illis temporibus natus erat cuius ortus traditur fuisse modo subscripto. Quidā enim dicūt eū fuisse filium cuiusdā monialis filie cuiusdam regis que clemētia vocabatur. Richardus vo dicit eam nō fuisse monialem sed dicit ꝙ inter moniales nutrita fuit in ecclesia beati petri de vrbe baremadim. Huic aūt demon apparebat in spē pulcherrimi iuuenis quā sepi⁹ alloquens deosculabatur tandē eā cognoscens grauidam dereliquit. Cumq; huius facti noticia ad predictum regem bortegerium peruenisset stupefactus rex a magis perquirit vtrum hoc possibile videretur: q responderūt ꝙ sic quia philosophorum hystorie hec affirmant. ¶ Refert enim apuleius inter lunam et

terram esse demones incubos quod nec beatus augustinus discordat vt in.xv. libro de ciuitate dei patz Hic merlinus a nūcijs regis requisitus cum inuentus fuisset coram rege cū matre adducitur. Qui regem interrogauit cur ipse cum matre sua vocati fuissent. Cui rex causam vocationis aperuit dixit quoqz q vnū castrum seu turrim edificari mādauerat sed fundamenta in loco firmari nō poterāt quia quicquid in die edificabatur in nocte totum absorbebatur. Cūqz magi et cōiectores de causa requisiti fuissent. Responderunt nullo modo posse in loco fundamēta firmari nisi inueniatur homo sine patre cuius sanguine lapides et cementa aspergātur tu autem dicerís esse talis et propter hoc te perquiri fecimus. Ad hec verba merlinus respondit dicēs magos et cōiectores fuisse mētitos causamqz aperuit propterquam nō poterāt firmari fundamenta: asseruit quoqz stagnum sub fundamēto esse q totum quod struitur absorbet. Queritur ergo fodiendo et sic inuenitur. Tūc mādat merlinus euacuari stagnum per riuos et incepit tunc aperire mysterium futurorum sicut plenius cōtinetur in collectatiōe hystoriarum fratris iohānis de podio. Nō ergo fm ea que supradicta sunt mirandū est si sic homines generētur per demones incubos et succubos licet istud raro inueniatur. frequenter tamē experiūtur aliqne femine etiam deo dedite et nimis deuote tales demones ad se venientes qui eas vigilantes a lectis extrahunt vel orātes amplectūtur et quadam dulcedine somni soporate euigilātes inueniūt se pollutas ac si cum viris miscerentur nec remediuz se habere posse dicūt nisi solum cuz ligno vere crucis xpi in cuius psentia accedere nō possunt tales demones sicut istis temporibus experte sunt que hoc bello tribulātur. De viro et quodā deuoto audiui q semel cum esset in oratiōe sentiebat i aere quādam dulcedinē cātus venire ad se qua appropinquāte soporabatur et euigilās inueniebat se pollutuz. Plura alia de istis spiritibus accidunt que longum essent enarrare. tales enim demones volunt deridere homines et volūt imitari āgelos qui loquebātur cum daniele et cum zacharia. et cum sancto iohāne qui quasi semper erant cum eis in cubiculo suarum habitationum.

¶ Qualiter demones videntur facere prelia.



Quarta differētia ē aliquoꝝ demonū qui vigilātib⁹ p vias apparent quasi exercitus magni cū magnis tumultib⁹ incedere videtur et vulgo dicit huesta antiqua. Aliquādo etiā videt facere prelia magna tales enī volūt imitari prelia regis sennacherib et cōstātini et alia multa de quib⁹ supra libro. iiij. consideratione. ix. dictum est. In qb⁹ ipsi lucrati sunt nō paruam multitudinez animarum.

¶ Quomodo demones in forma humana videntur comedere.



Quinta differentia est aliquoꝝ demonūz q inter hoies se apparēt

comedentes et bibẽtes quasi associã tes se eis. Tales volũt deridere homines et volũt imitari angelos q̄ cũ abraham comederũt et per vias fuerunt et raphaelem angelum qui socius fuit thobie iunioris qui cũ eo comedere et bibere videbatur et xp̄s qui sociatus est per viam lucam et cleophan et ad mẽsam cum eis fuit. Unde legitur in vita beati germani qui cum predict⁹ sanctus quidã nocte hospitatus fuisset in una domo et post cenã mensa iterum pararetur admiratus quesiuit ab hospitib⁹ cui denuo mensa pararet qui cũ dicerẽt q̄ bonis illis viris et mulierib⁹ que nocte incedũt prepararet. nocte illa statuit sanctus germanus vigilare. et ecce vidit multitudinem demonũ ad mensam in formis virorũ et mulierum venientẽ qui eis precipiens ne abirent cunctos de familia excitauit et quesiuit si personas illas cognoscerent. qui cũ omnes vicinos et vicinas dicerent esse misit ad domos singulorum et ecce in suis lectulis sunt inuenti adiurati ergo p sanctum germanum demones se esse demones dixerunt qui sic homines illudebant.

¶ Q̄ño in somnis terrent hoies.



Exta differẽtia demonum est coꝝ qui in somnis ho ib⁹ apparẽt eos iquietãtes diuersis modis somniorum. terrent etiam dormiẽtes in tãtum euigilans hõ sentiat se totũ horribilitatũ et alteratum ex presentia spiritus maligni. Unde iob. iiij. In horrore visionis nocturne quomodo solet sopoꝛ occupare homies pauoꝛ tenuit me et tremoꝛ et oĩs ossa mea pterrita sunt. et cum spirit⁹ me presente trãsirent inhorruerũt pili carnis mee. nec mirũ quia magnum pauorẽ et tremorẽ sequitur piloꝛũ erectio et si hoc sequatur ad presentiam spiritus boni cuiusmodi erat iste qui iob apparuit et terruit multo fortius spiritus malus terrorem et pauorẽ inducet. Quomodo etiã sit spiritus malus signũ est q̄ cum homines sic euigilãt et nomẽ iesus cũ deuotiõe semel nominãt facto signaculo crucis securatur statĩ animus a tali alteratiõe demone fugato. tales etiã demones volũt deridere homines et appetunt imitari qui apparuerũt in somnis pphetis. et ioseph sponso virginis ac aliis pluribus sanctis.

¶ Falsũ est demones fieri ex odore vel ex planetarũ radiis.



Eptima differentia demonũ est similiquos insipientes q̄ dicere voluerũt q̄ sũt aliqui demones siue spiritus sũt odore aer (cũ hõ accedit ad [illegible] et q̄ aliqui etiã fiunt ex radiis planetaꝛũ cũ mutuo repcutiũtur. Et dicunt q̄ illi qui meliores sunt veniunt in somniis hoibus et faciunt q̄ somnient. q̄ dormiunt cũ mulieribus et recipiũt illud semẽ ex quo nouiter efficitur unus spiritus. que omnia sunt falsa et erronea cũ a pncipio facti sint oẽs angeli siue boni siue mali nec facta fuit creatio alicuius maligni spiritus postq̄ ceciderunt a celo sicut nec postea creatus est aliquis bonus angelus.

¶ Quomodo apparent in spē masculi vel femine.



Octaua differentia demonum est eorum qui in specie virorum et feminarum apparēt qui sʒ veritatem nec sunt masculi nec femine. Verūtamen aliquibus eorum placet plus societas virorum et aliis mulierum. Et causa huiꝰ diuersitatis ꝛ ſm dispositiones diuersas quas inueniūt inviris vel feminis ad suas deceptiões credendum sicut legimus de eua ꝛ phitonissa ꝛ pluribus aliis mulieribus cum quibus diabolus lucratus est multum. Et ideo tales demones adheserunt mulieribus, et nō adheserunt helye. nec samueli. nec nathan. nec heliseo nec aliis pluribus sctis propter quos ipsi perdiderunt multitudinem animarum. nec tales demones adheserunt virgini marie nec susanne. nec sancte lucie. margarethe katherine. nec aliis pluribus virginibꝰ et feminis sanctis. ꝑpter quas multuʒ demones perdiderūt. Unde isto modo plus diabolus gaudebat cum egea ꝙ cū vxore sua maximilla et plus cum datiano ꝙ cum vxore sua alexandra ꝛ plus cū marcīo ꝙ cum vxore sua et sic de pluribus aliis..

¶ Quō dicuntur mundi ꝛ immūdi.



Nona differentia demonū est eorū ꝙ mundi ꝛ immundi dicuntur. Unde et luce xi. saluator dixit. Cuʒ immūdus spūs exierit ab hoīe ꝛc. Dicitur autē spūs immūdus ꝑpter tria. ¶ Primo ꝑpter immundiciam proprie iniqtatis. ezechielis. xxviij. repleta sunt interiora tua iniquitate ꝛ peccasti. s. peccato supbie et eieci te de mōte sancto dei. i. de celo empireo tanꝙ leprosuʒ. ¶ Secūdo ꝑpter immundiciā suggestionis quia feda et immūda suggerit. est enī diabolus ad modū leprosi. qui statim inficit cor humanuʒ cuʒ se ei applicat per consensuʒ. Ideo orat ecclesia in collecta. Da q̄sumꝰ dñe populo tuo diabolica vitare contagia. ¶ Tertio dicitur immūdus ꝑpter immūdiciā habitationis quia nō habitat nisi in immūdo loco. i. in existente in peccato mortali. Ad similitudinē vppupe ꝙ nidificat in stercore. Unde demones dicunt dño Math. viij. si eiicis nos hinc mitte nos in gregeʒ porcorum. ¶ Aduertenduʒ tamen ꝙ proprie diabolus habitat in ypocritis. Luc. xi. et ingressi habitāt ibi. sedet in auaris diuitibus ps. sedet in insidiis cum diuitibus. dormit in voluptuosis. Job. xl. sub vmbra dormit. regnat autem in superbis iob. xli. ipse rex super filios superbie. Alii qui eorum dicuntur mundi ꝙ sic intelligendum est ꝙ illi demones qui fuerunt de altiori ordine volunt plꝰ decipere limpidiores et puriores creaturas sicut patʒ de lucifero qui temptauit primum homineʒ et christum in deserto et sic de pluribus aliis sanctis. Unde alexander papa. ii. q. v. xima. capitu. nulli dicit diabolus non cessat circuire querens quem deuoret: et querere quos ex fidelibus perdat, et maxime si‑

los quos ardentiores in seruitio sal
uatoris eius familiariores inuenerit
τ instantius desiderat impugnare ser
uos dei mundos τ sanctos ꝙ non so-
lum vnus mittitur contra vnum sed
sepe plurimi. Unde in cronicis mi-
norum legitur ꝙ cū semel demones
tempore beati francisci congregarē
tur cum principe suo vt deliberarent
quomodo possent ordinē sancti frā
cisci nouiter incipientem destruere
septem milia demonum fuerunt ele
cti contra quinque fratres quos beatꝰ
franciscus ad vnum heremitorium
destinauerat vt illos a mundicia vi
te contemptu mūdi τ vera humilita
te auerterent quia ergo tales demo-
nes plus sequuntur homines mūdos
et sanctos. Ideo denominatione ex
trinseca demones mundi appellari
possunt licet in se immundissimi sint
peccatis vt dictum est. Demones ve
ro inferioris ordinis licet non pos-
sunt decipere personas altioris vite
placet tamen eis cum immundi effi
ciuntur et turpes in peccatis preser
tim delectantur demones cum auer-
tant aliquem a vera fide iesu xpi do
mini nostri qꝛ de aliis virtutibus pa
rū curāt sine fide. Ideo dicitur pri
ma petri. v. cui resistite fortes in fide
Sobrii ergo estote τ vigilate.

¶ Quomō illudūt feminas que bru-
xe vel turgumine nuncupantur.



Ecima differen
tia demonum est eoꝝ qui
decipiunt mulieres ali-
quas vetulas maledictas
que turgumine siue bruxe nuncupā-
tur. ¶ Sciendum ergo ē ꝙ sunt que
dam male gentes viri et mulieres
apostate in fide et heretice creature
τ false qui seipsos dant voluntarie
dyabolo et dyabolus recipit eos et
dat eis ꝙ per suas artes falsas eis
appareat ꝙ ambulant τ discurrentes lo
cis: τ ꝙ redeunt in spacium. iiii. vel
quinque horarum: τ destruunt creatu-
ras suggētes sanguinem eorum τ ꝙ
faciunt alia maleficia que volunt se
cundum diaboli voluntatem ꝙ ē eis
τ illis qui eis credunt magna dece-
ptio τ illusio dyaboli. Ueritas autē
huius facti est ꝙ quando iste male ꝑ
sone volunt vti his pessimis fictioni
bus consecrant se cum verbis τ vn
ctionibus dyabolo: τ statim dyabo-
lus recipit eos i opere suo τ accipit
figuram earum τ fantasiā cuiuslibet
earum ducitque illas per illa loca per
que desiderabant: corpora vero earū
remanent sine aliqua sensibilitate et
cooperit illa dyabolꝰ vmbra sua ita
ꝙ nullus illa videre possit: τ cū dya
bolus videt in fantasiis earum ꝙ im
pleuerant que volebant non amouē
do ad earū fantasias dyabolicas fan
tasias que viderunt reducit illas ima
ginationes coniungens cum suis ꝓ
priis motibus τ corporibus τ tollit
vmbram suam deꝰ super. corporibus
earum τ statim videre possunt existē
tia tamen illorum nunquam ab illo loco
absens fuit, sed solum actio cum ydo
lo τ fantasia fuerunt illis rebus que
dyabolus eis presentauit τ que fecit
pro quolibet eorū: τ ꝙ hoc facit dya
bolus nō est mirum qꝛ illa operatur
vt derideat miseras animas volens
imitari ea que deus verissime per an
gelos bonos fecit. sicut quando de-
duxit abacuc propheta per capil-
lum de iudea in babylonem realiter

cum sua presentiali existentia et actio-ne. Sed q dyabolus habeat potesta-tem mutandi existentiam alicuius creature nec facere q transeat vnuz corpus per aliud sine dãno vnius vl ambozum vel q transeat maius cor-pus per spacium improportionatuz loco vt videlicet q ingrediantur ta-les persone per parua foramina do-morum vel q sit simul vnum corpus in diuersis locis vel diuersa in vno et similia hec demones facere nõ pos-sunt cum hec repugnẽt naturali phi-losophie et solum per miracula aliq talia a deo sunt possibilia fieri vt di-ctum fuit supra consideratione quin-ta huius libri cuz de potestate demo-num ageretur. ¶ Illud tamen quod dyabolus potest facere q vnum pro altero videatur et q illud quod natu-ra potest facere in vno mense ipse po-test facere in puncto. ¶ Et causa est qui scit applicare actiua passiuis si-cut patet in his que fecerunt magi pharaonis: q tamẽ dyabolus faciat q vnus homo conuertatur in serpẽ-tem vel auem vel plantem hoc est si-bi impossibile: et ideo in hoc multi p-uersi christiani alchimiste sunt dece-pti habentes pacta cum demonibus cogitantes q per eorum artem fer-rum conuertent in aurum: q autem vna res sit et videatur altera hoc be-ne potest dyabolus facere deo per-mittente. Sic enim sepe facit dya-bolus vt plurimos decipiat. Sic enim legitur in hystoria sancti clementis et sancti cypriani et sancti germani et aliorum multorum quia accipie-bat figuras aliquorum virorum et mulierum ad decipiendum populuz et ad diffamandum creaturas dei. Et ideo non est credendum q hom-nes vel mulieres conuertantur in anseres vel aliis similibus. Ea ergo que scelerate mulieres credunt et p-fitentur scilicet cum diana dea pa-ganorum nocturnis horis et cum he-rodiade et nimia mulierum multitu-dine equitare super quasdaz bestias et multa terrarum spacia in tempe-ste noctis silentio pertransire eiusq iussionibus obedire, velut domino et cunctis noctibus ad eius serui-tium euocari et q ab illis possunt alique creature in melius vel in de-terius commutari. Aut in speciem vel similitudinem aliam transforma-ri omnia sunt falsa et erronea et non a diuino spiritu sed a maligno vt di-ctum est talia fantasmata mentibus earum irrogantur: quia cum alicu-ius animam per talem credulitatem subiugauerit sibi transfigurans se in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atq similitudines mentem quam ca-ptiuam tenet multipliciter deludit et nullus debet venire in tantam stul-ticiã vt credat hec omnia que in som-niis et spiritu tantum fiunt etiam in corpore accidere cum etiam Paulus non audeat asserere q fuerat raptus in corpore. Quicunq ergo talia cre-diderit scilicet postq super talibus audierit veritatem vel asseruerit sci-licet pertinaciter proculdubio infi-delis est et pagano deterior. xxvi. q. v. episcopi et quia nimium habun-dant tales peruerse mulieres in del-phinatu et in gaschonia vbi se asse-runt concurrere de nocte in quadam planicie deserta vbi est aper quidam in rupe qui vulgariter dicitur elboch

debiterne et q ibi conueniunt cum candelis accensis et adorant illum apertum osculantes eum in ano suo. Ideo capte plures earum ab inquisitoribus fidei et conuicte ignibus comburuntur. Signa autem combustorum sunt depicta qualiter scilicet adorant cum candelis predictum aprum in domo inquisitoris tholosam in magna multitudine camisearum sicut ego propriis oculis aspexi.

De spiritibus familiaribus.

Circa secundum principale huius decime considerationis scilicet vtrum possint haberi spiritus familiares Respondet ad hoc beatus augustinus. viii. de ciui. dei. ca. xiiii. q apolectius platonicus scripsit q socrates habuit deum vnum ex illo genere minimum qui dicuntur demones cum quo habebat amicitiam et consilium a quo perhibetur inquit aug. solitus amoueri vt desisteret ab agendo quo modo illud quod agere volebat non prospere fuit euenturum. Ex quo satis clare videtur accipi argumentum q ille philosophus habuit familiarem spiritum: sed est difficultas si ille spiritus erat bonus vel malus: videretur alicui q esset angelus bonus quia ceteri futura prenunciare non possunt nisi forte diuino iudicio sicut fuit s. declaratum consideratione secunda huius quinti libri. nec obstat quia dicit augu. q dicebatur demon quia apud grecos idem significat q plura cognoscens: dixit tamen doctor illuminatus franciscus de maronis in floribus suis super isto passu q magis credit q fuit malus angelus quia socrates paganus et infidelis erat. Sic ergo patet q demones tanq familiares spiritus possunt haberi in damnationem tamen illorum qui suam familiaritatem habere contendunt Cauendum est etiam ab incauta inuocatione demonum. Unde greg. in libro dyalogorum narrat q stephanus presbyter de itinere rediens mancipio suo negligenter precepit dicens veni dyabole discaltia me: ad hanc vocem ceperunt caligarum corrigie cum summa velocitate solui quod vt presbyter sensit expauit: et magnis clamoribus dicit recede miser non enim tibi sed mancipio sum locutus: sicque ex magna parte solute suarum caligarum corrigie remanserunt et sic patet q licet aliqui nolunt habere demones familiares ex mala tamen consuetudine loquendi de diabolo ipsi efficiuntur familiares ei vt subito faciant que incante mandant.

De qualitate corporum in quibus demones apparent.

Undecima consideratio est qualia sunt corpora in quibus demones apparent et si possunt humana corpora vel aias subitrare. Iuxta ergo tria que queruntur tribus punctis presens consideratio explicabitur. Primum erit de qualitate et figuris corporum in quibus demones apparent. Secundus erit de subintratione demonum in corporibus obsessorum Tertius erit si possunt demones essentie animme illabi quod est animam subintrare.

De qualitate et figuris corporum in

quibus demones apparent.



Primus punct⁹ est de qualitate ⁊ figuris corporum in quib⁹ demones apparēt. Circa quod notat seraphic⁹ doctor Bonauentura dicēs in suo secundo loquens de angelis bonis et malis ꝙ in āgelis duplex est vis scʒ contemplatiua qua conuertuntur ad deum ⁊ fruunt eo ⁊ administratiua secundum quam descendunt ad nos ⁊ condescendunt nobis: ⁊ vt cōgruētius nobis condescendant indigent solatio corporis assumpti quod assumunt angeli sicut organū vel instrumentū ad operandum ⁊ sicut signum ad seipsos manifestandū ⁊ sicut operimentū vel habitaculū ad cōuersandum vel ad nos letificādum ⁊ cōfortandū ⁊ si corpus assumptū coniūgitur angelis sicut instrumentū motori. Hoc enim magis requirit exigentia ex pte nostra ꝙ et parte sua. Et ē sciendum ꝙ corpus effigiatum humana effigie. magis competit operatiōi spiritus rationalis. Ideo angelus bonus assumit corpus nō qualecūqꝫ. sed humana effigie insignitū Et istud corp⁹ sic assumptum dicitur esse corp⁹ elementare. Nō qꝛ sit ex qt tuor elementis plena mixtione mixtum sicut ē corpus cōplexionatū nec qꝛ sit ex puro ⁊ simplici elemēto formatum: sed qꝛ principaliter format ex aere cū mixtione aliqua alterius elemēti sicut videm⁹ in nube que nō est corpus plene mixtū habet tamen in se naturas plurium elemētorum p hunc aūt modū est corpus ab āgelo sumptū qꝛ pricipaliter ab aere eē formatū intelligit cōcurrēte ad hoc natura alicui⁹ vaporꝫ aquei vel terrei que quidaʒ facit tā ad veritatē cōdensationis ꝙ ad multiformitatem coloris. hanc autem nō oportet āgelum de longinquo cogitare cū aer p magna sui pte sit cōmixtus vaporib⁹ Scdm veritatē autē tenendum est ꝙ angeli tā boni ꝙ mali assumūt corpora non de natura celesti sed elemētari non simpliciter nec plene mixta sʒ medio modo vt pote ex aere vaporabili āgelus tamen malus accipit ex pte inferiori bon⁹ vero ex superiori ¶ De figuris vero corporꝫ in quib⁹ demones apparent vt plurimū sunt turpissime. Et ideo si scdm eius difformitatem in peccando pmitteret deus ꝙ correspōderet figura corpis assumpti non esset aliquis homo viuens qui eius visionem horribilē posset tolerare. Vn̄ et virgo gloriosa p singulari dono petijt a filio ꝙ i morte sua non appareret ei dyabol⁹ credendū est ꝙ xps eius dulcissimus filius reuelauit sibi turpidinē eius et hinc ē ꝙ pictores oēs deformitates serpētinas ⁊ brutales qs vidēt ⁊ qs excogitare possunt depingunt in figuris demonū. Unde legitur de quodam pictore ꝙ quotienscūqꝫ depingebat imaginē virginis cū oī studio ipsam pulcherrime effigiebat sed cū pingebat dyabolum cū omni diligētia difformius quo poterat describebat ppter quod indignatus dyabolus cōtra eum pcurauit quomodo pictor ille haberet verbū cum vxore cuiusdā militis illi⁹ ciuitatis vbi erat finaliter tantā ardorem posuit inter eos ꝙ cōcordauerūt se mutuo ⁊ nocte quadā acceptis plurimis iocalib⁹

auri ⁊ argenti recesserunt. dyabolus autem cum vidit quod erant extra civitatem ascendit campanile ecclesie ⁊ pulsavit campanam sicut consuevit pulsare pro igne vel pro accipiendis armis: exeuntes autem homines per civitatem querebant quid hoc esset. Respondit dyabolus qui pulsabat quod pictor ille portabat extra civitatem uxorem talis militis: exeuntes ergo propter illam vocem ceperunt pictorem illum cum militis uxore ⁊ posuerunt eos in carcere: maritus vero qui presens erat in captione eius sperans quod altera die ambo per iusticiam perimerentur dolens de pulchritudine capillorum uxoris prescidit capillos eius quos secum duxit ad domum suam. Cum ergo valde angustiati ⁊ timore concussi ambo nocte illa manerent in carcere recordatus est pictor de virgine beata quam ipse summe pulcherrimam depingebat ⁊ cum magna devotione recommisit se sibi quatenus dignaretur eos liberare a periculo illo. Et ecce regina angelorum dei mater pulcherrima apparuit eis in carcere solvitque eos a vinculis ⁊ aperuit portas carceris precepitque pictori quod iret in domum ac si nihil sibi accidisset. Precepit etiam mulieri illi quod iret in domum suam ⁊ secrete iuxta maritum suum qui in lecto erat accumberet ⁊ disparuit virgo beata. Illi vero impleverunt omnia sicut eis preceperat. Cumque evigilaret miles invenit apud se uxorem suam ⁊ miratus quesivit quis esset: que respondit quasi admirans ⁊ quis debeo esse nisi uxor vestra. Et ille numquid ego te cepi cum pictore ⁊ dimisi in carcere heri ⁊ decurtavi capillos tuos quos manu propria a capite tuo prescidi. Respondit illa somniastis illud domine. Ille ergo surgens a lecto quesivit capillos ⁊ non invenit ostendens ⁊ illa caput suum nihil deficiebat de capillis eius. Venit ergo vir eius ad alios cives qui secum fuerant in captione ⁊ quesivit ab eis si recordabantur de tali facto quod acciderat die preterita. Dixerunt quod sic. Narravit quomodo uxor sua erat in domo cum omnibus suis capillis et dicebat quod erat somnium. Venerunt etiam in domo pictoris ⁊ invenerunt eum ac si nihil male fecisset occupatum in picturis suis ⁊ finaliter meritis virginis gloriose omnes in unum concordaverunt quod illud fuerat somnium. Ecce ergo quanta demonis malicia propter picturam sue difformitatis.

¶ Et notandum quod licet dyabolus ut communiter sicut depingitur in talibus deformibus figuris se presentet sicut cum decepit evam sub figura serpentis sepe tamen deo permittente ut levius decipiat transfigurat se in angelum lucis secundum apostolum sicut etiam legitur apparuisse in figura crucifixi. Sed diceres in quo tunc potest cognosci quod sit angelus malus. Respondetur quod in. iij.

¶ Primum est: quia licet in talibus figuris se representet semper tamen si diligenter inspiciatur ducit aliquam difformitatem ut caudam vel quid simile. Secundum est quod si apparens in principio letificat ⁊ post recessum tristem hominem dimittit non sic angelus bonus: quia in principio turbat sicut patet de gabriele cum apparuit danieli. Daniel. viij. Et cum ap

paruit virgini. Luce primo: quia turbata est in sermone eius: sed post recessum dimittit hominem cum magno gaudio ⁊ leticia. Tertium est ꝙ indurat hominem in malo ꝙ suggerit sicut declarauit beatus pater noster franciscus fratri rufino in hoc periculo laboranti: vt patet in cronicis minorum. Angelus auteꝫ bonus non indurat in malum: sed auertit a malo ⁊ mollificat ac inclinat ad bonum. Quartuꝫ est ꝙ si aliquid ei turpe respondeatur per illum cui apparet in eius contemptum ⁊ derisioneꝫ statim euanescit sicut patet in dicta cronica minorum: quia cum beatus franciscus vellet liberare predictuꝫ fratrem rufinum inter cetera dixit sibi vt itelligas ꝙ ille qui tibi apparuit in figura crucifixi non est christus sed dyabolus dices ei cum tibi apparuerit et dixerit ego sum christus aperi os tuum ⁊ ponam tibi feces: quod cuꝫ faceret frater rufinus indignatus dyabolus cuꝫ magno tumultu recessit confringens lapides ⁊ rupes. Unde ⁊ vsqꝫ in hodiernum diem apparet horribilis illa fractura rupium in monte aluerne.

¶ De subintratione demonū in corporibus obsessorum.



Ecūdus punctus est de subintratione demonū in corporibus obsessorum ⁊ de expulsione eorum. Circa hoc notandum est ꝙ non est ponendum in dubium ꝙ sit obsessio corporum per demones cuꝫ euangelia hoc manifeste exprimant in pluribus locis. Sed diceres quomodo demones possint intrare corpora et ea obsidere. Respondetur ꝙ demones per naturam subtilitatis sue et spiritualitatis possunt queciꝫ corpora penetrare ⁊ in eis sine obstaculo ⁊ impedimento subsistere. Item per rationem sue potestatis possunt ea corpora in quibus sunt commouere ⁊ conturbare: ⁊ ideo demones subtilitate ⁊ potestate nature possūt corpora humana penetrare: ⁊ ita intrare. possunt etiam vexare nisi prohibeantur a virtute superiori ⁊ cum permittuntur a deo introire ⁊ vexare dicuntur corpora obsidere. Et si q̄ras quare hoc permittit deus. Respondetur ꝙ propter tria vel ad sue glorie ostensionem vel ad peccantis correctionem vel ad nostram instructionem. Sed ex qua istarum causarum determinate hoc deus permittat latet humanam industriam propter hoc: quia occulta sunt dei iudicia. verba sunt domini Bonauenture in secundo sententiarum distinctiōe. ix. Et si velis scire super quos habet dyabolus maiorem potestatē ad obsidendum eos post christi passionem. Respondetur ꝙ super excōmunicatos precisos ab ecclesia habet dyabolus potestateꝫ vexandi corporaliter. Unde. i. Cor. v. Iudico illos qui huiusmodi est tradere sathane in interitum carnis. In non precisis auteꝫ potestatē non habet dyabolus nisi quantum a deo permittitur vt dictum est vel ad peccati punitionem vel ad aliorum terroreꝫ ⁊ correctionem vel ad glorie dei ostensionem vel ad bonorum coronam ⁊ exercitationem. Et si dicas nunquid ante passionem christi habebat pote-

statem etiam vexandi homines. Re
spondetur q habebat potestatē ve-
xandi corporaliter omnes preter il-
los solos qui privilegio solo tuebā
tur a domino. Job primo. Nonne tu
vallasti eū. non tamen vtebatur dya
bolus semper potestate puniendi vt
haberet maiorē potestatem seducē
di per culpam sicut ꝛ nūc excommu-
nicatis ꝛ infidelibus sic eciā dyabolꝰ
obmittit aliquando mala facere: vt
peius fiat quia non vexando excom
municatos vt in primitiua ecclesia
tales sententias minus vitant homi
nes ꝛ minus timēt. Et hic est q sunt
multi precisi excommunicati qui nō
essent si eos vexaret. ¶ Et notandū
q cum aliquem vexat dyabolus po-
test pro voluntate sua per linguam
hominis diuersa formare verba. Et
ideo arrepticij aliquando loquun-
tur idioma ignotum sicut purus lay
cus latinum q est manifestum signū
demoniaci. Unde et demon quidam
rusticum obsidens requisitus a quo-
dam magistro coniurante quare nō
recte loquebatur latinum. Respon-
dit: non possum domare labia illius
rustici. Et si queris causā quare de
mones aliqñ sm varietatē lune ma
gis affligūt homines q̄ alio tempo
re. Respondetur q est duplex causa
sicut notat Nicholaus de lyra super
Matheum ca. xvij. declarans qua-
re discipuli non potuerūt curare lu-
naticum. ¶ Prima causa est vt per
hoc creatura dei: scilicet ipa luna in
fametur vt Hieronymus ꝛ Chrisosto
mus dicunt. ¶ Secunda est: quia p-
pter molliciem cerebri in nouilunio
quando habundant humida sup que
luna habet dominium; cerebrum est
aptius vt demon in ipso aliquid ope-
retur hinc demones secundum certa
augmenta lune perturbāt hominis
fantasiam quando considerant cere-
brum ad hoc esse dispositum. ¶ Nūc
videndum est de eorum expulsione.
Circa quod notandum est q demo-
nes non nisi virtute diuina possunt
a corporibus expelli immediate vel
mediantibus angelis qui frequēter
in talibus sunt executores diuine vo
luntatis: nec aliqua res sensibilis aut
virtus corporalis potest in eis ali-
quid agere directe vel indirecte cum
sint omnino spirituales substantie
per quod possint ad aliquid cōpelli
nec per consequens ab obsessis cor-
poribus expelli. Verūtamen ex euā-
gelio christi duas doctrinas habe-
mus ad demones expellēdos. ¶ Pri
ma est vniuersalis scꝫ per nomen ie
su. Mat. vltimo. In nomine meo de
monia eiicient. Alia est particularis
q est quoddam genus demoniorum
q non eiicitur nisi in oratione ꝛ ieiu
nio vt patet Matth. xvij. Unde sicut
in diuersis rebus corporalibꝰ admi-
nistrandis diuersi angeli a deo pre-
parantur ꝛ diuersorum ordinum: sic
etiam in diuersis temptationibꝰ de-
mones habent specialem affectum:
q aliqui potentissime temptant de
diuitijs congregandis aliqui de ho-
noribus appetendis. Unde ꝛ aliqui
dicunt spiritus superbie ꝛ aliq spiri
tus luxurie. ¶ Iste autem demon de
quo loquitur christus habebat virtu
tem temptādi potissime de vitio car
nis quod vitium potissime refrena-
tur per orationem ꝛ ieiunium: ꝛ per
consequens demon in talibus tem-
ptans per talia superatur. ¶ Rediē

tamen expulsionis demonum vera credulitas est vt declaratur a christo capitulo eodem. Cum enim quererent discipuli quare nõ potuissent expellere illum demonem. Christus respondit propter incredulitatem vestram.

¶ Et si queras an aliquo modo virtute herbarum, vel armonie possint expelli demones. Respõdetur quod ita parua posset esse illa vexatio quod penitus expelleretur quod facerent non agendo in demonem cum sit spiritus separatus: sed agendo in ipsum vexatum a demonio. Vexat enim dyabolus secundum dispositionem maiorem vel minorem melancolicam vel colericam &c. Herbe autem et armonie multum possunt immutare dispositionem corporis cum quedam inclinent ad leticiam quedam ad tristiciã quod etiam patet de armonijs vt patet octauo politice vbi aristoteles vult quod diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine.

¶ Hoc etiam refert boetius in musica sua et auctor de ortu scientiarum vbi loquens de vtilitate musice dicit quod valet ad curandum vel alleuiandũ diuersas infirmitates: et ita patet quod herbe et armonie causare nõ possunt in homine dispositionem contrariã illi vexationi qua dyabolus vexare conatur hominem. ¶ Ex quo sequitur quod ceteris paribus fit vexatio debilior non videtur tamen quomodo herbe vel armonie possunt in homine dispositionem aliquam causare, propter quam homo nullo modo vexare posset a demone si permitteretur: quia dyabolus mouendo solum localiter vapores et ipsos spiritus inordinato motu possent hominem multum vexare. herbe autem vel armonie nullam dispositionem causare possunt in homine sua naturali virtute per quam prohiberetur demon predictã commotionem facere. Contingit tamen quandoque quod dyabolus non permittitur hominem vexare nisi vexatione ita parua quod per aliquam fortem dispositionem ad contrarium totaliter tolleretur: et tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ita ad contrarium disponere quod illa vexatio totaliter amoueretur verbi gratia dyabolus quãdoque posset hominem vexare vexatione tristicie; itã debiliter quod per aliquas herbas vel armonias que haberent causare dilatationem et diffusionem spirituum qui sunt motus contrarij tristicie totaliter amoueretur illa tristicia. ¶ quod autem dicitur primo Reg. xvi. quod saul qui vexabatur a demone alleuiabatur quando dauid cytharã percutiebat coram eo et quod recedebat spiritus malus. ¶ Dicendum est quod bene verum est quod per tactum cythare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquantulum afflictio saulis inquantum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum per quam dulcorationem redebatur minimus actus ad illam vexationem. Sed quod spiritus malus recederet a saule quando dauid cytharizabat coram eo hoc erat propter vim crucis quod satis exprimitur in glo. vbi dicitur. sic erat dauid cãticis musice eruditus. diuersorum sonorum rationabilis moderator: que cõceptus vnitatẽ cẽntie significat quam varijs modis quo

tidie resonāt dauid in cythara sua
malignuȝ spiritum compescuit non
quia tanta esset vis in cythara: sȝ in
signo crucis que in ligno ꝛ cordarū
extensione gerebatur que iam tunc
demones effugabat hec de mēte Ri
chardi in questionibus de quolibet
sine preiudicio sententie melioris.
Ex predictis excluditur vnus error
in quo istis tēporibus incidunt ali-
qui exorciste quomodo cōiurant ob-
sessos a demonibus ꝛ illi demoniaci
respondent ꝛ dicūt ꝙ sunt homines
mortui vel viui qui ambulant ibi et
hec est alia species deceptionis dya
boli: quia bene scit dyabolus oēs q̄
male viuunt: ꝛ vt ponat eos in despe
ratione ꝛ audientes in errore. ¶ Di-
cūt ego suȝ talis homo vel talis mu
lier ꝙ tamen est falsum: qꝛ vna sub-
stantia existentis vel assistēs non po
test esse in altera nec minus in duo-
bus locis ꝛ vt dyabolus celet et co-
loret suam deceptionē dicit ego suȝ
talis homo ꝛ ambulo ī hac pena pro
pter talia peccata que feci et fingit
modum loquendi eius ꝛ modum am
bulandi: ꝛ ideo faciatis ꝙ dicantur
pro me tales misse ꝛ similia vt exeam
ab hac pena ꝛ totum est falsum ꝛ de-
ceptio magna: qꝛ si exorcista sapiēs ꝛ
virtuosus coniurauerit euȝ recte ip
se dicet si est spiritus etiaȝ si sibi dis
pliceat quia nunq̄ legimus ꝙ chri-
stus vel sancti tales spiritus inuene
rint in hominibus quos sanauerunt
Sed demones cambiāt ꝛ alterutrāt
nomina ꝙ citius possunt facere q̄ fi
guras: constat autem ꝙ ipsi laborāt
vt alterutrent figuras ad inhonora-
tionem ꝛ diffamationem seruorum ꝛ
creaturarum dei vt supra dictum est
ergo multo fortius ꝛ leuius alterutri
bunt nomina ꝛ decipiuntur simpli-
ces in hoc ꝙ precipiūt eis ꝙ faciāt
dicere missas ꝛ facere alia bona. cum
multotiens dyabolus suadeat bonū
propter malum finem sicut supra po
suit octaua consideratione cum de
malicia demonum ageretur. sic hic
precipiunt bonum propter malum
finem scilicet vt tales si viuunt de-
sperent ꝛ vt alij audientes in errorē
inuoluantur. ¶ Numquid inuitispe-
trum sepe legimus ꝙ dyaboli mone
bant antiquos senes ꝙ facerent san
cta opa. O insipiētes exorciste num
quid legistis in euangelio. Luce. ti.
ꝙ erat iesus eijciens demonium mu
tassis inuenistis in euāgelijs ꝙ q̄ut
iesus eijciens homines de corpori-
bus obsessoruȝ numquid dans doctri
nam christus eijciendi demones in
fine euāgelij marci dicit. Signa au
tem eos qui crediderint hec sequen
tur. In noīe meo demonia eijcient
non dicit homines eijcient ab homi
nibus. Respondeat insipiens exor-
cista si verum est ꝙ petrus est in cor
pore iohānis quis dedit ei talem po
testatem ad expellendam eum inde
quia christus non dedit potestatem
nisi ad expellenduȝ demones. Errāt
ergo nimis exorciste cum sua igno-
rantia credentes dyaboli mendacia
ꝛ facientes ꝙ alij simplices credant
ꝛ ideo digni sunt magna pena apud
deū ꝛ homines. ¶ Sed remanet vna
magna difficultas si verum est ꝙ ho
mines mortui non possunt ambula-
re in hominibus viuis sicut demo-
nes: quomodo ergo dicunt illi qui
transpassantur vel rapiuntur de hoc
mundo ad alterum ꝙ viderunt ali-

quos homies vel mulieres quasi ad huc vivebāt in presenti vita sustine ri graves penas in alio mundo. Sicut ergo isti sunt hic et illic vt vivāt hic et ibi puniantur ita non erit mirum φ homines vivi vel mortui licet sint in suis existētiis alibi φ ambulant sicut demones in hominib⁹. ¶ Pro solutione huiusmodi notandum φ nulla persona potest videri in duobus locis naturaliter quia absentia presentie privat visionem in omni loco ab actione sua. Requirit enim noticia int..itiua. iiij. scilicet presentiam existentiam causationem et motionem potentie: sicut notat Franciscus de maronis in prologo sui primi sententiarum. q.xvij. Tenēdum ergo est tanφ verum φ nec angelus bon⁹ nec mal⁹: nec hō sanct⁹ nec mulier sctā: nec hō puersus nec mulier puersa pñt eē simul in diversis locis: quia cum gabriel erat cum daniele vel cum zacharia vel cum virgine maria pro tunc non erat in alio loco sic etiam demones quia cū asmodeus de quo thobie. iij. erat in domo sare non erat in alio loco ita etiam nec viventes possunt hic vivere et esse simul in alio mūdo quia impossibile est φ sint per assistētiam hic et ibi. quid ergo est dicendum ad ea que dicuntur. Respondetur φ est vna consideratio talis cum homo vivus transit ante speculum vel ponit se ante eum tunc speculum ostendit imaginem suam non diminutam in sua assistentia et cum inde amouetur nō apparet imago in speculo sic homo qui vivit et est in peccato imago eius potest apparere in sepulchro infernali quia in speculo ante quod est: et cum iustus etiam vivit imago sua vel nomen videtur in li. vite et in convivio eternali. quod antē hoc posset eē ptz qz christus dixit de talibus luce. x. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis et sic etiā nomina malorum scripta sunt in inferno et tamē maioris efficatie sunt nomina φ imagines in speculo non est ergo verum φ homines male viventes sint in inferno sed bene eorū nomina vel figure.

¶ Quod demones nō possunt essentiam anime intrare.



Ertius punctus huius consideratonis est an demones possint illabi essentie anime φ est animam penetrare vel an possint malas cogitationes immittere. Ad primum dicitur φ ista est proprietas solius dei. solum enim qui creavit animam potest essentie eius illabi ipsam substantialiter intrare et penetrare. Ideo ecclesia cātat in hymno vsqz sol illabitur. et in collecta amorem pectoribus nostris purificādum illabere. Sed nec bonus angelus nec malus illabi potest essentie anime vt intret substātialiter in ipsam per essentiam penetrando. Sic ergo demones non possunt intrare cor hominis. i. animam hominis per essentiam sed tantum potentiā scilicet per suggestionem quam extra operatur sicut dicitur Osee. vij. Oēs adulterantes quasi clibanus incensus a coquēte. φ autem magister in-

quirit. viij. distin. secundi sententiarum an demones substantialiter intrant corpora obsessorum vel ideo dicantur intrare vel exire: quia ibi malicie sue opus exercent dei permissione vel non exercent et determinat quod non substantialiter intrant corpora hominis sed propter malicie sue officium intrare dicuntur de quibus pellere dicuntur tamen non nocere sinuntur: sed hoc non facit ad propositum: quia ipse et beda ibi loquuntur de corde et patet quod ibi cor accipitur pro spiritu rationali. Unde et adducunt illud Actuum. v. cur temptauit sathanas cor tuum de quo constat quod erat obsessus a demone. Sed est difficultas: quia alij libri habent anama cur impleuit sathanas cor tuum. Si ergo dyabolus implet cor vestrum quod possit anime illabi. Respondit sanctus Tho. in summa contra gentiles lib. iiij. ca. xviij. quod cum dyabolus sit creatura non implet aliquid participatione sui nec potest mentem inhabitare per suam substantiam sed dicitur aliquos implere per effectum sue malicie. Unde et paulus dicit ad quendam actuum. xiij. O plene omni dolo et omni fallacia non est sic de spiritusancto qui cum sit deus per suam substantiam mentem inhabitat et implet.

¶ Tenendum est ergo quod demones intrare possunt corpora sed non corda id est non possunt illabi animabus. Nec obstat quod dyabolus ratiocinetur et formet verba per os obsessi cum hoc non veniat ex defectu anime: sed ex debilitate corporis quod sic accidere solet quando spiritus immundus sedet in illis partibus seu membris in quibus continetur fortificatio anime imponit in eisdem magnam ponderositatem ex insidiam oneris quod sustinere non possunt: et sic quasi confringens sensus qui sunt fastige intellectus quadam obscuritate nigra accipit potestatem in illis quod sepe contingit ex corruptione vini vel febris vel magni frigoris vel ex aliis debilitatibus quas cognoscimus inuenire ab extrinseco et sic dyabolus hoc probaret in Job quando habuit a deo potestatem super carnem suam fuit ei inhibitio posita a deo per hec verba. ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua Job. ij. quasi diceret sibi deus solo modo obserua quod non attoneas ei intellectum debilitando memoriam anime ipsius opprimendo eius intellectum et sapientiam cordis eius suffocando eius principalem habitationem oneris incompetentis: licet ergo dyabolus immisceat se carni non tamen potest anime misceri sic quod ipsam penetret cum hoc sit solius deitatis ut dictum est. Hec enim sola potestatem habet penetrando naturam anime taliter: quod non solum eam apprehendit eruditque eam circuit sed ipsam sic penetrat quod intimior est anime quam anima sibi ipsi.

¶ Circa secundum vero an scilicet demones possint immittere malas cogitationes et videtur quod sic quia dyabolus misit in cor iude ut traderet dominum Johannis. xiij. In contrarium est Beda qui super illud euangelij Math. xv. De corde exeunt male cogitationes furta homicidia et cetera dicit quod dyabolus non est immissor malarum cogitationum sed incensor. ¶ Dicendum ergo quod dyabolus potest dici immissor cogitationum vno modo per hoc

sez q imagines rerum sensibilium delectantiu3 imprimit instrumento imaginationis quia data est ei potestas vt misceat seipsum sensibili et immutet ip3. qñq3 sicut permittitur immiscere imaginibus rerum delectabilium ⁊ sic immittit cogitationes de rebus delectabilib⁹ sicut aliquis ponēs ante me speculū immittit mihi visu3 rei que resultat in speculo. Scit enim diabolus q delectabile apphensum mouet: ⁊ iō imittit apphēsionem rei delectabilis: vt apprehensio rei delectabilis moueat hominem ad cōcupiscēdum rem delectabilem et sic potest dicere immittere cogitationē sed non potest immittere cogitationem mala3 que sit peccatum que est mala voluntas.

¶ Et ideo bene dicit beda q diabolus non est immissor malarum cogitationum id est malarum voluntatū quia non eas immittit proprie nisi p actionem vel causam voluntarias ⁊ sic apprehēsio delectabilis generat malam voluntatem non tanq causa necessaria sed tanq occasio. immittit ergo diabolus cogitationem mali p modum consulentis sicut angelus bonus immittit cogitationem boni ⁊ talis imissio ppe dici ſ suggestio.

¶ Quo fine debet terminari bellu3 demonum.

DUodecima ac vltia cōsideratio oportet iam finem ponere huic libro que tribus passibus mensurabitur. Primi⁹ erit de causa quare demones sunt in mundo. Secundus de cessatione sui belli et principatus. Tertius de eorum perpetua reclusione et punitione in inferno.

¶ Quare demones sunt in mundo.



PRimus passus ē scire quare demones sunt in mundo. Ad quod breuiter respondet q causa quare demones sunt in mundo est propter exercitium bonorum et propter decorem vniuersi. cōsistit enim decor vniuersi in quadam difformitate rerum: vt patet in sole luna et stellis. patet etiā in deformitate elementorum volatilium. piscium. serpentum. brutorum ⁊ facierum hominum. patet etiam in diuersitate temporum et lucis ac tenebraru3. ¶ Similis questio fieri potest quare mali homines sunt in mundo cum tātum noceant bonis. Et patet causa quia omnis malus sm Augustinum vel ideo viuit vt corrigatur vel vt per eum bonus exerceatur. In quo decus relucet vniuersi. Unde ad propositum augustin⁹. in. xi. de ciuitate dei capitulo decimo octauo. dicit q deus non crearet vllum angelorum vel hominum quem malum esse futurum presciuisset nisi pariter nosset quibus eos bonorum vsibus commodaret atq3 ita ordinem seculorū quasi pulcherrimum carmen ex quibusdam quasi antitetis honestaret. Et si queratur quid vocat augustinus antiteta dicitur q sunt quedam locutionis ornamenta que fiunt per contraria sicut loquitur apostolus secundo Corinthio. vi. per gloria3 ⁊ ignobilitatem per infamiam et bo-

mani finitam. ¶ Unde sicut in talib⁹ varietatibus apparet decor. ita in vniuerso decor boni magis refulget ex ista punitione mali ⁊ bonitas angelorum ex malicia demonum.

¶ De cessatione principatus ⁊ belli demonum contra genus humanum.



Ecundus passus est de cessatione belli demonum contra genus humanuz. Cum eñi fuerit completus numerus electoruz ⁊ vniuersum suum completum habuerit decorem cessabit in finali iudicio cessabit omnis presidentia ⁊ principatus demonum sic ꝙ non remanebit nisi principatus eternus iesu christi domini nostri. Unde dicitur primo Corin. xv. Cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et virtutem oportet autem illum regnare donec ponat omnes iimicos sub pedibus eius. super quo dicit glo. duz durat mũdus angeli angelis p̄sunt demones demonibus: homines hominibus ad vtilitatem viuentiuz vel deceptionez: sed omnibus collectis iaz omnis prelatio cessabit: quia necessaria non erit. Hanc autem prelationem dicitur christus euacuare: q2 suos omnes exaltabit in regno qui hic fuerunt humiles sicut ipse ex humilitate regnat. Principatum dicit maiores: potestatem minores. Uirtutem dicit illos qui mirabilia faciunt vel fortes homines. sed tunc cessabit omnis creature prelatio in angelis ⁊ hominibus: cessabit timor regnabit charitas: non erit inter p̄sidentes ⁊ subditos vlla dissensio. Oportet autem illum: id est christũ regnare. tunc scilicet aperte interiz autem regnat occulte donec ponat inimicos suos: scilicet demones et damnatos voluntarios vel coactos in futuro iudicio sub pedibus eius: id est sub plena subiectione vt ipm hominem deum et regem omnium agnoscãt. Et est sensus interiz oportet regnum eius manifestari donec euz regnare fateantur omnes inimici eius. tunc eñi impii eum regnare ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. nec est intelligendum ꝙ tunc christus desinet regnare. quia li donec non facit exclusionem futuri regni. sicut Matthei. i. dicitur de ioseph ⁊ maria ꝙ non cognoscebat eam donec peperit filiuz suum primogenitum. Et si queras quomodo ergo angeli manebũt euacuato principatu: dic ꝙ manebunt ordines angelorum distincti quantũ ad eminentiam glorie secunduz hierarchias ⁊ ordines: ⁊ sic etiam demones manebunt distincti quantuz ad magnitudinem pene secundum hierarchias ⁊ ordines vnde ceciderunt.

¶ De reclusione perpetua demonũ in inferno.



Ertius passus ⁊ vltimus est de reclusione perpetua demonum in inferno. Uñ cessante bello demonuz. in facie iudicis magni

domini nostri iesu christi audiēt demones vna cum damnatis illam terribilem sententiaꝫ. Mat.xxv. Discedite a me maledicti in ignem eternū q̄ parat⁹ est dyabolo ⁊ angelis eius. Et sequitur: ibunt hi in supplicium eternum. ❡ Super quo verbo dicit glo. frustra ergo Orige. spondet liberationem post multos annos malis hominibus ⁊ ipsis demonibus.

❡ Dixerat enī Origenes q̄ post hāc sententiā ite maledicti in ignē eternū ꝫ post multos dies: id est post mille annos visitandi ⁊ liberandi sunt: sed hoc ecclesia non recipit: dictum est enī ibunt impii in suppliciū eternum: quod autem eternum est omni fine caret. Et sicut gaudium eternū ꝫ ita ⁊ supplicium. Hec ex laterali glo. sup illud Esa.xxiiii. Et cōgregabūt i ꝯgregationē vni⁹ fascis in lacū ⁊ claudent ibi in carcereꝫ. nūq̄ ergo liberabuntur: sed in momēto in ictu oculi dabitur executioni sententia christi. ❡ Sic ergo subito data sententia demones cum condemnatis detrudentur perpetuo ignibus infernalibus. Unde Apo.xviii. Hoc impetu mittetur babylon ⁊ vltra iā nō inuenietur. Et iterum Apo.xx. dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis ⁊ sulphuris vbi et bestia ⁊ pseudo prophete cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. ❡ Et sicut demones cum damnatis ibunt in ignem eternūꝫ sic angeli boni cum electis ibunt cum christo rege seculorum in vitam eternam quā nobis concedat iudex⁹ ille supremus verus de⁹ ⁊ homo iesus christus saluator noster alpha ⁊ o principium ⁊ finis: qui dedit mihi paupercuło et inutili seruo suo presentē librū principiare ⁊ finire. Tibi ergo iesu dulcissime qui dedisti noticiam fidei illis quos crediturus ante mundi initiuꝫ nosti. Tibi cuius magnitudo incomprehensibilis: cuius gloria inestimabilis cuius iussio fortis. cui⁹ dispositio iusta. cuius iudicia vera: cui⁹ clementia super omnia opera tua extenta. Tibi quem nemo nisi corde attingit purgatus: quē nullus nisi operibus inuenit probatus: cui nullus adest nisi mente ⁊ corpore castus. Tibi qui es cecorūꝫ oculus infirmātiū verissima salus pes claudorum: lingua mutorum: fortitudo omnium seculorum. Tibi qui es vite via salutis vita: ⁊ omniuꝫ te postulantium inuictissima dextera. Tibi qui es diuitie pauperum consolatio tribulantium erector humilium ⁊ destructor extollentium. Tibi a quo incrementuꝫ accepit iustus. sanctificatur perfectus ⁊ coronatur in bono opere consummatus. Tibi qui odis iniquos damnas iniustos: deiicis elatos. ⁊ cōfundis superbos. Tibi qui das penitentibus veniam. peccato mortuis vitā. nec abnegas te rogantibus misericordiam consuetam. Tibi qui peccatores non despicis: sed delicta condemnas non odis peccātes: sed peccata detestaris non homines: sed scelera insectando consumunis: et non creaturam sed culpam extirpas. Tibi cuius iusticiam iniquitas nostra commendat scelera nostra te iustum affirmant: quia vnde iustus es inde iniustos odis. Unde sanctus es: inde peccantes punis. Unde verus es

inde mendaces condemnas. ⁊ vnde mitis es inde superbos detestaris. Tibi qui ab initio creaturam singulari misericordia foues potentiali virtute regis ineffabili consilio vel potestate disponis. Tibi qui cōtritoꝝ nō despicis preces nec deprecantiū te puro corde spernis clamores. Tibi q frigidas mentes igni tui amoris incēdis ⁊ initium boni operis pleruq̄ꝫ nobis nescientibus quibusdam occasionibus formas. Tibi a quo initium est virtutum ⁊ augmentum ac perficitur inchoatum. Tibi bone iesu qui es turris fortitudinis a facie inimici sit honor ⁊ gloria benedictio ⁊ gratiarum actio sine fine. Amen.

Fortalicium fidei quoscꝫ religionis xpiane aduersarios aptissime confutans. Jamdudū in plerisqꝫ passibus multipliciter viciatum. Nūc vero magna cum diligentia castigatum: ⁊ fideliter emēdatum. Per venerabilē magistrum nostrum guillelmū totani: in sacra pagina professorem ordinis predicatoꝝ cōuentus Lugdun. Ad laudem gloriam ⁊ honorem cuncti potētis dei itemerate ꝑpetueqꝫ virginis marie: simulqꝫ ad defensionē ⁊ ppagationē prememorate fidei orthodoxe feliciter explicit. Impssū lugd. Per Johannē de romoys. Anno salutis nr̄e. xi. supra millesimūqngētesimū: Impēsis spectabilis viri magri stephani gueynart. Die. xxvi. mensis Nouembris.

¶ Registrum.

✠ ✠✠ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA Omnes sunt quaterni pter AA ⁊ ✠✠ qui sunt duerni.



pote r' dr' aldala' may enima

